Central BAPTIST
THEOLOGICAL SEMINARY

presented by

ALUMNI OF

CENTRAL BAPTIST SEMINARY

KANSAS CITY, KANSAS

CORPUS
INSCRIPTIONUM SEMITICARUM

REYNOLDS BINDERY — 1703 Lister — Kansas City, Mo.

PARISIIS

PROSTAT APUD C. KLINCKSIECK, BIBLIOPOLAM

VIA DICTA DE LILLE, N° 11

CORPUS
INSCRIPTIONUM SEMITICARUM

AB

ACADEMIA INSCRIPTIONUM ET LITTERARUM HUMANIORUM

CONDITUM ATQUE DIGESTUM

PARS QUARTA

INSCRIPTIONES ḤIMYARITICAS ET SABÆAS CONTINENS

TOMUS II

PARISIIS

E REIPUBLICÆ TYPOGRAPHEO

M DCCCC XI

PROOEMIUM.

Partis quartæ *Corporis inscriptionum semiticarum* fasciculus primus tomi secundi inscriptiones deo Îlmaḳaho dedicatas continet. In quarto tomi primi fasciculo titulos jam non geographico ordine colligere, sed quoslibet ad deum Ta'labum pertinentes conferre cœptum erat. Non temere de via primum inita discessimus. Titulos variis in locis repertos, quum ex diversis regionibus oriantur et scriptura et sermone differant, disjungendos esse nemo facile negaverit. Itaque sabæas inscriptiones cum minæis et ḳatabânicis non commiscere oportet. Titulos autem in locis inter se propinquis inventos separatim tractari, quod ad artem epigraphicam attinet, minime interest. Ceterum haud exiguus est eorum titulorum numerus, quorum de origine nihil constat. Interdum, utrum tituli ibi scripti sint ubi nunc forte fortuna asservantur, an vero aliunde illuc translati sint, perquam lubricum est judicium. Quod quum ita sit, titulos conjungere satius est, in quibus numen idem nominatur, nulla loci ratione habita.

Post titulos Îlmaḳaho consecratos monumentis studemus ubi *ʿAthtar*, *Wadd*, *Haubas*, *Dhât Baʿdân*, *Dhât Ḥimy*, *Mutibnatiy*, *Dhû Samaway* et *Raḥmân* commemorantur; deinde ad numina minora accedimus, quorum alia nomine proprio designantur, e. g. *Umm ʿAthtar*, *Atharat*, *Bišr*, *Dhû Garb*, alia nomine appellativo, nempe *Šams*, *Munaḍḍiḥat*, *Baʿl bait*, *Ilâh* et *Al'ilat*. Denique titulos in quibus nullus deus commemoratur, sive integri, sive mutilati sint, edimus.

In tomo tertio minæas et ḳatabânicas inscriptiones simili ordine compositas invenies.

Transcribendi ars in tomo primo usitata servabitur; attamen litteras ⸢ et ⸣ jam nunc distinguemus *s* et *ś* transcribentes. Præterea in aliquot nominibus propriis nonnulla mutabimus, quum de vetere interpretatione destiterimus et novam probaverimus. Itaque Îlmaḳah jam non Îlmaḳḳah scribemus, quum nobis pateat reduplicandi *ḳâf* nullam causam esse. Ergo nobis venia tribuatur quod in perpaucis a tomo primo tomi sequentes discrepant; etenim non novi sed veri studio ad mutandum adducimur.

CORPUS

INSCRIPTIONUM SEMITICARUM.

PARS QUARTA.

INSCRIPTIONES ḤIMYARITICÆ ET SABÆÆ.

CAPUT SEPTIMUM.

INSCRIPTIONES SABÆÆ DEO ÎLMAḲAHO DEDICATÆ.

ARTICULUS I.

ÎLMAḲAH.

Primi auctores qui nomen dei Îlmaḳahi explicare conati sunt Al-Bakrîi, geographi arabici, testimonium protulerunt, qui, in *Muʿdjamo*, p. 855, hæc scripsit : « *Yalḳama* ex operibus dæmonum quæ exstruxerunt dæmones tempore Salomonis... Dictum est illum locum Yalḳama appellatum esse nomine Bilḳîsi, filiæ Haddâdi Dhî Šaraḥ, filii Šaraḥbîli, filii Al-Ḥârithi Ar-Râ'is, uxoris Salomonis, quæ nomen habebat Yalḳama. Dixit Al-Hamdânî : Significatio hujus nominis Venus; etenim nomen Veneris in sermone Ḥimyari Yalḳama et Almaḳ et nomen lunæ Haibas. » E verbis Al-Bakrîi et Al-Hamdânîi concludere licet Arabas deum Îlmaḳah ignoravisse; sed quum scirent templum Mâribi, quod Ḥaram Bilḳîs appellabant, ad personam Îlmaḳahi (cujus nomen corruptum in Yalmaḳa vel Almaḳ) pertinuisse, Îlmaḳahum cum regina celebri Sabæ commiscuerunt forsan recte, si nomen Bilḳîsi corruptionem alteram vocis Îlmaḳahi præbet. Al-Hamdânî autem, vocem *Almaḳ* a radice لمق « splenduit » deducens, stellam Veneris, arabice زهرة « splendens », apud Sabæos sic designatam fuisse censuit; cf. D. H. Müller, *Burgen und Schlösser*, II, p. 20-22; Nielsen, *Ilmuḳah*, p. 1-4.

F. Fresnel, quum Arnaudi inscriptiones Îlmaḳahum commemorantes ederet, primus inter rerum ḥimyariticarum studiosos de Îlmaḳaho in *Journal asiatique*, 1845, II, p. 202 et 234-236, disseruit. Qui jam secum quærit num Almaḳah, ut legit, verum nomen « reginæ meridiei » (i. e. Bilḳîs) sit, voce Almaḳah cum præpositione *bâ* in Balḳamah mutata. H. Ewald, *Hœfer's Zeitschrift für die Wissenschaft der Sprache*, I, 1846, p. 34, opinatur Almaḳum lunam designare, collatis arabicis لَمَقَ et لَمَعَ « splenduit ». E. Osiander, *Zeitschrift der deutschen morgenl. Gesellschaft*, X (1856), p. 62, opinionem Fresneli repudians et Ewaldi probans conjicit Arabas nomen Yalḳamah, formam rectam pro men-

(Impressum mense novembri 1911.)

doso Balḳamah, cum Almaḳaho commiscuisse. Litteram ה in אלמקה pro feminini terminatione habet. Ipse, postquam tabulæ æneæ ʿAmrâni repertæ ostenderunt Îlmaḳahum deum esse, de eo disseruit *o. c.*, XVII (1863), p. 794, et XX (1866), p. 275-276, dubitans utrum אלמקה ex אל et מקה «participio verbi וקה constet an adjectivum elativum e radice למק sit. Litteram *wâw* in אלמקהו, forma rara pro אלמקה, nominativi terminationem esse existimat. F. Lenormant, *Lettres assyriologiques*, II (1871), p. 60-61, et F. Prätorius, *Beiträge*, II (1873), p. 6, priorem interpretationem Osianderi probant. J. Halévy, *Études sabéennes*, p. 106 et 150, Elmaḳḳahu enuntiat, i. e. *El* «deus», *makka*, a radice arabica مقق «domuit, subegit» ortum, et terminatio הו (cujus significationem non explicat). D. H. Müller, *Burgen und Schlösser*, II, 1881, p. 20-21, ad Al-Hamdânîi testimonium recurrens putat nomen Yalmakah, i. e. Almaḳah, stellam Veneris designare et Almaḳahum apud Sabæos pristinis temporibus idem ac ʿAthtarum apud Minæos fuisse; deinde, quum ʿAthtar a Sabæis quoque coli cœpisset, duo numina e duobus nominibus orta esse. Cui sententiæ J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 28, objicit, vix credibile esse, numen Minæorum apud Sabæos primum locum tenuisse. De opinione H. Derenbourg, scilicet nomen Îlmaḳah «Deus præses» significare, vide supra, I, p. 107. F. Hommel, contra, in *Aufsätze und Abhandlungen*, p. 157 et 192, אלמקה rursus a למק trahit et «turba bellatorum» interpretatur. אלמקהו «exercitus ejus», scilicet dei Haubasi, significare, quocum «ʾAlmâḳ» nonnunquam conjungitur. Haubasum esse numen lunare. M. Hartmann, *Die Arabische Frage*, p. 13, affirmat Almaḳahum tantum valere apud Sabæos quantum Nukruḥ apud Minæos, Ḥaul apud Ḥaḍramautitas, et Anbay apud Ḳatabânitas. Ibidem, p. 139-140, notat Almaḳahum cultum esse a regibus Ṣirwâhi, Hamdânenses vero Taʾlabum patronum habuisse; cf. ibidem, p. 148, 176 et 298. Quod ad formam nominis pertinet, dubitanter formam nominis loci Kamnahu confert, ubi ה vocalem *a* longam designare opinatur; cf. *ibid.*, p. 178. D. Nielsen, in *Mélanges Hartwig Derenbourg*, 1909, p. 191-193, Hommelum secutus, censet Îlmaḳahum eumdem deum esse ac Haubasum, deum lunarem. St. Langdon in *Vorderasiatische Schriftdenkmäler*, VIII, p. 14, et *Orientalistische Litteratur-Zeitung*, 1910, c. 13, nomen hominis assyriacum *Ili-ma-ki-kha* comparavit. Denique Nielsen dissertationem peculiarem de Îlmaḳaho composuit sub titulo *Der sabäische Gott Ilmuḳah*, 1910. Osianderum secutus, in אלמקה, אל «deus» sonare et מקה a radice וקה deducendum putat. Sed existimat מקה, pro מוקה scriptum, nomen appellativum esse et significare «jussa, imperium», quum וקה non «exaudire» sed «jubere» vertendum sit, et confert אלה אמרם, epitheton dei Dhû Samawayi in Os. 36 = B. M. 37, v. 2; Gl. 1790 = Vindob. 9, v. 2. Formam אלמקהו vertit «Ilmuḳah ejus» אלמקהו in אלמקההו contractum opinatus.

Quum Nielsen veteres sententias examinaverit et fere omnes rejecerit, satis est opinionem ipsius inspicere. Credere non possumus הו in אלמקהו suffixum possessivum esse; nam inter אלמקה et אלמקהו nullum discrimen reperitur, et suffixum ad nomen proprium compositum adhiberi non solet. Tum אל apud Sabæos nomen proprium, non appellativum ut אלה (D. H. Müller, *Actes du sixième congrès international des Orientalistes*, pars II, sectio 1, p. 465-470). Ergo אלמקהו non aliter ac אלמקה interpretandum est et littera *wâw* ad radicem pertinet. Itaque putamus אלמקה duabus vocibus אלם et קה vel קהו compositum esse. Vox אלם exstat etiam in אלמנד (tit. Lupar. 4561, v. 1), אלמידע (Hal. 275, v. 2), אלמנבט (Hal. 154, v. 24), et forsan in אלם עמדם (Glaser, *Abessinier*, p. 155). At eam jam non pro altera forma vocis אל «deus» habemus, sed sententiam F. Hommel in *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 16, nunc probamus existimantis in אלמידע et אלמנבט litteram *mîm* pronomen indefinitum esse et conferentis אבמעתתר. Quod si probas, etiam in אלם אלמקה ex אל et מ constare judicabis.

Halévy quidem in *Revue sémitique*, 1910, p. 479, objicit vocem אל in nominibus deorum propriis nunquam inveniri, at, præter עזאל et רכבאל, de quibus dubitat, nominis אל שדי apud Hebræos ratio habenda. קה vel קהו quid significet perspicuum non esse fatemur, nam cum קה, in tit. 325, v. 3, verisimiliter e radice קוה orto, תקהו in O. M. 17, nunc 53, v. 4, et הקהו in Mass. 5, v. 2, conferri non posse videtur. Forsitan קהו cum arabico قوى «fortis fuit» cohæret, et אלמקה vertendum «Deus est fortis».

Non solum titulos deo Îlmaḳaho proprie dedicatos hic colligendos censemus, sed etiam eos in quibus Îlmaḳah cum aliis numinibus commemoratur, quotiescumque primus inter socios stat. Quando autem secundum vel tertium locum tenet, inscriptionem ad articulos de ceteris numinibus agentes reservamus. Præter titulos jam editos 43, 145, 172, 227, 293, 317(?), 324, tales sunt tit. Fresnel 22 (39); Hal. 154, 372, 382, 631, 632+628, 633+635; Os. 30, 31, 33; Müller 3, 4; B. M. 64; B. N. 2; O. M. nunc 41; Lupar. 4091, 4095; Burchardt 4; Gl. 926.

In hoc articulo primo reperies titulos ubi deus Îlmaḳah sine epitheto nominatur, sive tituli auctor nihil dei nomini addidit, sive damno quodam e titulo mutilato epitheton evanuit. Ad hanc seriem pertinent tituli in tomo primo jam editi 18, 42, 106, 143, et, si Hartmanno, *Arabische Frage*, p. 302, n. 1, credis, etiam 281.

Denique nobis exspectandum donec magna inscriptio Ṣirwâḥi (Gl. 1000) publici juris fiat, et tit. Fresnel 11, qui partem illius tituli præbet, in tempus futurum servare malumus quam conjecturis incertis complere. Etiam Gl. 484, cujus versionem germanicam Glaser, *Skizze*, I, p. 67, dedit, ad seriem titulorum Îlmaḳaho dicatorum pertinet.

363

B. N., 5-6 (F. 2941 et 2948).

(Tab. I.)

Utrumque titulum, fragmento lapidis inscriptum, in viciniis urbis Ṣanʿâ'i repertum, acquisivit A. Goupil et Bibliothecæ maximæ Parisiensi donavit. Jam J. H. Mordtmann, quum primus titulos ederet, eos partes unius inscriptionis esse animadvertit et, quum unus a dextera, alter a sinistra collocetur, aptissime conjungi posse. Etenim uterque modo *boustrophedon* dicto inscriptus est, i. e. versus unus a dextera ad lævam tendit, versus alter a læva ad dexteram, et easdem formas litterarum præbet. Titulus sinister, $0^m,33$ altus, $0^m,20$ latus, quinque versus circiter novem litterarum tenet; dexter, 0^m27 altus, $0^m,21$ latus, quatuor versus tantum octo litterarum habet, sed vestigia versus quinti facile dispiciuntur. J. H. Mordtmann et H. Derenbourg opinati erant tertium quoque fragmentum, scilicet tit. B. N. 7, ad eamdem inscriptionem pertinere; sed eorum sententia non est probanda, nam forma litterarum *alif* et *kâf* ibi alia est ac in titulis 5 et 6. In utroque titulo multa desunt; quare fit ut difficillime intelligi possint. H. Derenbourg censet de imperatore agi, qui regionem Nadjrân invaserat et cultores Îlmaḳahi injuriis affecerat. Cui deo Nadjrânenses gratias agunt quod ipsos servavit. Titulum in antiquissimis temporibus Sabæorum, verisimiliter ætate principum *Makâṛib* dictorum confectum esse e modo scripturæ et forma litterarum judicari potest. Notum enim est inscriptiones quæ *boustrophedon* inscriptæ sunt inter monumenta Sabæorum antiquissima esse et semper pristinas formas litterarum præbere; vide D. H. Müller in Mordtmann und Müller,

Sabäische Denkmäler, p. 167, et Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 6. Revera in nostro titulo non solum litteræ 𐩢 et 𐩣 antiqua forma eminent, sed etiam littera 𐩺 litteræ minææ est simillima. Titulorum imaginem luce solis expressam in tabula nostra prima invenies.

Titulos tractaverunt : J. H. Mordtmann, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXX (1876), p. 294. — H. Derenbourg, *Les monuments sabéens et himyarites de la Bibliothèque nationale*, p. 16-18.

Hæc leguntur, quæ hebraicis litteris transcribimus :

𐩣𐩣 | 𐩲𐩧𐩲 | 𐩣 | 𐩲𐩺𐩧 | 𐩧𐩲𐩺𐩢 | 𐩧𐩲𐩧𐩰 | 𐩲 ←	ת | וכל | אהנ[ר] | נגרן | וו ←	1
→ | 𐩺𐩧 | 𐩢𐩺𐩲𐩣 | 𐩺𐩲𐩣𐩲 | 𐩰𐩲𐩣𐩧 →	[ו]לבגו | נרגנ רגהא | לכ |	2
𐩧 | 𐩲𐩧𐩲𐩰 | 𐩲𐩣 | 𐩺𐩰𐩢𐩧𐩢 | 𐩧𐩲 ←	לד | אלמקה | בן | נגרן | ד	3
→ 𐩧𐩰 | 𐩢𐩺𐩢𐩢𐩣 𐩢|𐩣𐩧𐩢𐩣𐩲|𐩺𐩢, →	מח | וקצ | ם רמאהמ | עצ .	4
𐩰 | 𐩢𐩧𐩰 | 𐩣𐩢𐩢 ←	מצר | וקדם | ע ←	5

Versus 1. ת videtur nominis loci terminatio esse. Num חצרמות legendum sit (H. Derenbourg) dubitamus, quum Ḥaḍramaut longe a Nadjrâno absit. — נגרן. Hæc regio itinere septem dierum a Ṣan'â'o versus septentrionem distat; vide Glaser, *Geographie*, p. 50. — וו. Utrum verbi an nominis loci initium sit dubium; in prius inclinamus, legentes וו[צ]עו; cf. v. 4.

Versus 2. גבו, quod H. Derenbourg pro nomine loci habet, potius «delere» sonat; vide tit. 308 v. 23 et confer Gl. 1000 *a*, v. 5, apud O. Weber, *Studien*, II, p. 24.

Versus 3. Quæ vox litteris לד incipiat ignoramus.

Versus 4. עצ; verisimiliter ועצ «demittere» legendum; cf. tit. 2 v. 17 et 315 v. 21. — מהאמרם «imperator» participium quartæ formæ verbi אמר nusquam alias repertæ. — מח ab H. Derenbourg «donavit» vertitur, qui sine dubio מחר complevit; at, quum vestigia litteræ potius cum littera ם congruant, [ח]מ «exercitus» legere malumus.

Versus 5. מצר «arcis præfectus», in statu constructo cum verbo sequente. De voce מצר vide quæ ad tit. 308 v. 12 adnotavimus. — קדם potius verbum «progressus est» quam substantivum (H. Derenbourg); cf. tit. 309 v. 4. — ע forsan initium præpositionis עדי.

Rursus transcribimus ordine litterarum solito et vertimus, quantum vertere valemus :

...ת | וכל | אהנר | נגרן | וו[צ]עו...	1	... *et omnes urbes Nagrâni et de*[*miserunt*...
... | כל | אהגר [ו] נגרן | ונבד[ו]...	2	... *omnes urbes Nagrâni et vastave*[*runt*...
.....לד | אלמקה | בן | נגרן | ד...	3	.... *Îlmaḳah a Nagrâno*.....
...ו[צ]עצ | מהאמרם | בצרן | חמ[ם]...	4	... *demisit imperator in bello exercitum*...
...מצר | קדם | ע[די].....	5	... *arcis præfectus progressus est usque ad*...

364

Flemming, 2.

(Tab. I.)

Titulum tabulæ lapidis $0^{m},20$ altæ et $0^{m},19$ latæ inscriptum bibliotheca Universitatis Gœttingensis ab H. Brugsch acquisivit et nunc servat. Wüstenfeld, *Nachrichten der k. Gesellschaft der Wissenschaften*, 1878, p. 325, crediderat Brugschum effecisse ut titulus hic et alter e rupis pariete

evellerentur. Sed Brugsch ipse litteris scripsit se lapides a mercatoribus arabicis emisse. Itaque ubi hæc monumenta reperta sint nescimus; vide Flemming, *ibidem*, 1894, n° 2. Flemming utrumque titulum hebraicis litteris transcriptum edidit. Monumentum secundum, ab omnibus lateribus mutilatum, nunc quinque versus circiter tredecim litterarum $0^{m},035$ altarum præbet. Si versus quartus non ampliora teneret quam quæ complevimus, existimandum esset quemque versum circa triginta litteras habuisse. A scriptura judicare licet inscriptionem novissimis temporibus Sabæorum confectam esse. Tituli imaginem de monumento sumptam et luce solis expressam tabula nostra prima præbet.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris :

1 דו | בדת | מטא | עדי | .
2 עדי | לקט | בעבר | מקת
3 | דמטא | בופים | כל |
4 קה | סעדהמו | נעמתם
5 שנאהמו | בעתתר | והב

Versus 1. דו finis verbi חמדו, cujus subjectum tituli auctores et objectum implicitum verisimiliter Îlmaḳah. — מטא (cf. v. 3), cujus decima forma in Gl. 282 = B. M. 90, v. 4, occurrit, cum arabico مَضَى et æthiopico ማጽአ *maṣea* conferendum putamus et vertendum « pervenit ». Quis pervenerit nescimus. In versus fine vestigia litteræ *sîn*, aut *alif*, aut *bâ* perspiciuntur, qua nomen loci incipit.

Versus 2. לקט, nomen urbis, etiam in tit. 308 v. 8 reperitur, quem vide. — בעבר « versus », non לעבר (Flemming); cf. tit. 308 v. 10 et 20. Titulis ibi allatis adde Langer 18 = B. M. 65, v. 2. — מקת in מקתוי, ut in tit. 140 v. 1 et passim, sive מקתת, ut in tit. 308 v. 17, sive מקתוית, ut in tit. 289 v. 6, complendum; vide tit. 308 v. 17.

Versus 3. דמטא; cf. v. 1. — בופים « salute ». Flemming legit לופים. — |כל. Flemming erravit legens אלמ, quum crederet nihil inter finem versus 3 et initium v. 4 deesse.

Versus 4. קה terminatio nominis dei אלמקה, ante quod supplendum וזא | ול « et pergat ».

Versus 5. Initio versus supplere licet כל | בן | ולחריהמו. In fine complendum | ובדת | חמים | ובדת | ואלמקה | והב[ס בעדנם; cf. tit. 43 v. 4 et exempla quæ p. 73 congessimus. De numinibus sic conjunctis disseruit D. Nielsen in *Mélanges Hartwig Derenbourg*, p. 187-195, et conclusit Haubasum eumdem deum esse atque Îlmaḳahum, et Dhât Ḥimy eamdem deam atque Dhât Baʿdân, quinque nominibus triadem tantum præbentibus.

Rursus transcribimus completis complendis :

1 חמ]דו | בדת | מטא | עדי | .
2 ע]די | לקט | בעבר | מקת[וי
3 | דמטא | בופים | כל |
4 ול | וזא | אלמ]קה | סעדהמו | נעמתם [ו ול |
5 חריהמו | בן | כל | שנאהמו | בעתתר | וה[בס
6 [ואלמקה | ובדת | חמים | ובדת | בעדנם]

et vertimus :

1 . . . *gratias*] *egerunt quod pervenit usque* [*ad* . . . .
2 . . . *usque ad Laḳitum versus ducem* [*exercitus* . . . . .
3 . . . . *qui pervenit salute omnes* . . . . . .

4 *et pergat Îlma]ḳah concedere ipsis felicitatem [et*
5 *liberet a quocumque] inimico ipsorum. Nomine ʿAthtari eî Hau[basi*
6 *[et Îlmaḳahi et Dhât Ḥimyi et Dhât Baʿdâni].*

365

Glaser, 612; Luparensis, 4105.

(Tab. I.)

Titulum in lapide $0^m,54$ alto, $0^m,22$ lato inscriptum invenit Glaser Mâribi, ut ipse O. Weber privatis litteris docuit, et apographa et ectypa chartacea de eo sumpsit, quæ secum tenuit. Postea nova ectypa istius monumenti cum aliis, ab Arabibus confecta, Galliæ Ministro instructionis publicæ e Yemeno missa sunt. Denique monumentum ipsum a Museo Luparensi acquisitum ibique servatur. Titulus, a summa parte læsus, ceteris ex partibus integer viginti versus tenet circiter trium et viginti litterarum. Versus unus totus evanuit; versus primi, olim secundi, una vox tantum permansit; in fine versus 2 duæ voces, in v. 3 una desunt. Quanquam inscriptionis initio caremus, patet auctorem tituli fuisse Tabiʿkaribum, exercitus ducem, in expeditionem a Dhamarʾalayo Yuhabirr, rege Sabæorum et Raidânensium, missum. Qui consecravit auream statuam Îlmaḳaho gratias agens quod adjuvit ipsum in certamine et victorem reddidit. Ergo monumentum circa finem tertii sæculi æræ vulgaris erectum est. In tabula prima nostra tituli speciem luce solis expressam invenies.

Titulum explanaverunt : H. Derenbourg, *Nouveaux textes yéménites inédits*, I, in *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, V, n° 4, 1902, p. 116-119; separatim excusum, p. 6-9. — J. Halévy, *Revue sémitique d'épigraphie et d'histoire ancienne*, 1903, p. 94. — H. Derenbourg, *Répertoire d'épigraphie sémitique*, I, n° 310 (1903), p. 256-260. — M. Lidzbarski, *Ephemeris für semitische Epigraphik*, II, 1903, p. 102-104. — O. Weber, *Studien zur südarabischen Altertumskunde*, III (*Mitteilungen der vorderasiatischen Gesellschaft*, 1907, 2), p. 36-37.

Hæc leguntur :



14 𐩣 | 𐩱𐩺 | 𐩧𐩣𐩵 | 𐩵𐩺𐩧𐩵𐩣𐩬 | 𐩵𐩺𐩧𐩬𐩵.
15 𐩬𐩱𐩬 | 𐩧𐩨𐩧 | 𐩱𐩨𐩣𐩣 | 𐩣𐩨𐩣𐩣 | 𐩣𐩧𐩱𐩣𐩬 | 𐩱𐩧𐩱
16 𐩣 | 𐩺𐩣𐩱 | 𐩺𐩵𐩧𐩨 | 𐩧𐩣𐩬𐩺𐩱 | 𐩬𐩱𐩧𐩨𐩧𐩣𐩱
17 𐩱 | 𐩨𐩣𐩣𐩧𐩨 | 𐩺𐩣𐩨 | 𐩣𐩵 | 𐩣𐩣𐩨𐩺𐩣𐩬 | 𐩣𐩵
18 𐩧𐩬 | 𐩺𐩧𐩨𐩬𐩵 | 𐩣𐩣𐩨𐩺𐩣𐩬 | 𐩣𐩵𐩣 | 𐩺𐩣
19 𐩬 | 𐩱𐩧𐩱𐩧 | 𐩧𐩣𐩵𐩬 | 𐩧𐩨𐩧𐩣𐩺𐩣𐩬 | 𐩣𐩵
20 𐩺𐩧𐩣𐩬 | 𐩺𐩧𐩨𐩬𐩵𐩬 | 𐩱𐩣𐩨𐩬𐩵 | 𐩧𐩣𐩵

Quæ hebraicis litteris :

1 .....למק...
2 .ם | בדת | חמר | והושע | .....
3 בדהו | תבעכרב | סתופין | ...
4 תקדם | תבעכרב | בום | בן | חזפר
5 ם | והרצהו | בכן | תוצעת | דת | מ.
6 טרן | בהית | ח..ן | וחמדם | בדת
7 הופי | אלמקה | עבד..| .בעכרב
8 במלא | סתמלא | בעמהו | לשוע | ו
9 הנבאן | מחפד | הנבא | בח.. | מו
10 תבהמו | מ.חבם | וחמד.| ..ת | .
11 תופי | עבד.. | תבעכרב | בכל | ס
12 באת | סבא | לשוע | א..אהו | אמל
13 ך | סבא | ול | סעד | אלמקה | עבדיהו
14 .בעכרב | ואבכרב | בני | ..למ | נ
15 עמתם | ומנגת | צדקם | וחטי | ורצו
16 מראיהמו | דמרעלי | יהבר | מלך | ס
17 בא | ודרידן | בן | יסר | יהצדק | מ
18 לך | סבא | ודרידן | בעתתר | וה
19 בס | ואלמקה | ובדת | חמים | ו
20 בדת | בעדנם | ובעתתר | וסחר

Versus 1. Ante hunc versum, v. 14 collato, supplemus : הק | אסלם | בן | .... | בן | תבעכרב et initio versus א | ני. Neque enim dubium quin sit legendum | א]למק[ה. Postea tria lineamenta perspiciuntur, forsan imum litterarum ז in supplendis vocibus | צלמן | ן, sequente | לדהכן חמ]דם, cujus duas ultimas litteras initio v. 2 cernere putamus.

Versus 2. הושע potius «largitus est» quam «servavit» sonat; cf. tit. 308 v. 3; 312 v. 4; 315 v. 4; 334 v. 21, et compara radicem arabicam وَسِعَ «amplus fuit». — Quum finis versus omnino deletus sit, supplet H. Derenbourg ומתען, quod vertit «cumulare»; at verbum מתע «defendit», non «cumulavit» significat et hic cum contextu minime congruit. Itaque legere malumus וסעד, litteræ *dâl* vestigia perspicientes; quod verbum accusativum rei סתופין et accusativum personæ עבדהו regit. Sin autem הושע seriem verborum conclusisset, ponenda fuisset præpositio ב.

Versus 3. תבעכרב; cf. tit. 81 v. 5 et exemplis quæ illic congessimus adde tit. Rehatsek 1 v. 10; Acad. 5 v. 4-5; Bibl. nat. 9 v. 3; 20 v. 4. — כתופין (cf. v. 11); vide tit. 308 v. 16; 352 v. 7-8 et quæ ad priorem titulum adnotavimus. Littera *nûn* fracta sed certo legitur. — In fine versus legit vel potius supplet H. Derenbourg בכן «quum»; confer, e. g., tit. 312 v. 4.

Versus 4. תקדם. Vide quæ tit. 334 v. 4 occasione scripsimus. — Errore lapicidæ בום pro בעם insculptum esse intellexit H. Derenbourg. Attamen in *Répertoire* 310 בום scriptionem decurtatam pro חיום | בן | כתלם | בן esse conjicit; quod vix accipiendum. — חזפרם | בן potius familiam quam virum designare Lidzbarski recte asserit et cum scriptione manca בן pro בני tit. 77 v. 3, 80 v. 5 confert. Vide etiam tit. 313 v. 3. — De Ḥazfari familia vide tit. 314 v. 11 et M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 266-267.

Versus 5. הרצוהו «satisfecit ei» scriptio defectiva pro הרציהו vel הרצוהו ut in tit. Massiliensis 1 (infra, tit. 406) v. 26; cf. tit. 333 v. 5. — תוצעת. Littera ע non plane perspicua, sed veri simillima. Ad radicem וצע pertinet צעתם in tit. Glaseriani 929 v. 2, quod a Glasero, *Altjemenische Nachrichten*, p. 59, vertitur «bifurcum». H. Derenbourg vocabulo dubio arabico وَضَعَ fretus, interpretatur וצע «se occultare»; Halévy «vincere», collato æthiopico **ወጸዐ** *waṣeʿa*, quod, meliora desperantes, probamus; at hic, quum de ædificio agi veri simile sit, voce «expugnare» vertimus.

Versus 5-6. מ.טרן | לת. Littera ultima versus 5 omnino evanuit, littera ט initio versus 6 perspicua satis. Ergo inter מחטרן, מסטרן, מקטרן incertum esse licet. In primum inclinamus; cf. מחטר, nomen hominis in tit. 220 v. 1, et אחטר, cognomen in Gl. 1500 apud Glaserum, *Altjemenische Nachrichten*, p. 143. מחטרן | לת ædificii cujusdam nomen esse nobis videtur. — Pro ן..ח legit H. Derenbourg מכנתן. Nos nihil certum elicimus. Vox expeditionem antea commemoratam designans exspectatur.

Versus 8. מלא «beneficium»; vide tit. 315 v. 11. — שוע infinitivus sine *nûno* hic et in v. 12, dum in tit. 2 v. 11, 315 v. 17, etc., שוען reperitur.

Versus 9. הנבאן hic aliud significare ac in tit. 67 v. 13 et 291 v. 7 videtur. H. Derenbourg dubitans explicat «commeatus importare», Mordtmann et Müller in *Sabäische Denkmäler*, p. 16, «arcere». Nos, tit. Luparensis 15 v. 3 collato, ubi הנבאן cum verbo החדת conjungitur, significationem «munire» anteponimus. — מחפר in statu constructo cum verbo sequente הנבא, quod certe legitur. — ..בח legit H. Derenbourg בחלף, litteris *lâm* et *fâ* non satis perspicuis; cf. tit. 276 v. 3.

Versus 9-10. מוחבחמו «ædes ipsorum»; vide tit. 308 v. 4. — מרחכם legit recte O. Weber, non רחכם (H. Derenbourg); cf. tit. 69 v. 2, ubi [מ]רחכם legendum (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 19) et למרחכם in Prideaux 13, v. 2. — סתופי; vide v. 3.

Versus 12. לשוע; vide v. 8.

Versus 14. אבכרב nomen frequentissimum; vide tit. 20 v. 1, 24 v. 2, etc. — בני | .. לם. Vestigiis litteræ primæ et secundæ accurate inspectis et collato titulo Glaseriano 618, v. 18, apud Glaserum, *Zwei Inschriften*, p. 32, legimus אסלם | בני; cf. M. Hartmann, *Die arabische Frage*, p. 233-234. אסלם præterea nomen hominis in minæis titulis Euting 231, v. 3, et 856 apud D. H. Müller, *Epigraphische Denkmäler aus Arabien*, n^is^ 1 et 42. Glaser inter ואלם et אסלם hæsitaverat; prius minime est accipiendum, quum pedes litteræ primæ permanserint; alterum ubique cognomen præter tit. Lupar. 15, v. 3, ubi domum designat. O. Weber proposuit כתלם, quod in titulis Hal. 628-638 occurrit.

Versus 15. מנגת, non מנלת, clare legitur; cf. tit. 308 v. 26 et 352 v. 3; nec dubium quin in ceteris titulis מנגת scriptum sit, non מנלת.

Versus 16. מראיהמו. Mirare dualis formam, quum unus rex tantum nominetur. M. Hartmann in litteris privatis opinatur patrem regis dominum alterum esse. — יהבר | למרעלי auctorem tituli Gl. 551 fuisse Glaser, *Abessinier*, p. 67, asseverat. Littera ה non perspicua. H. Derenbourg transcribit Yahbar, Glaser Yahbir. M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 159, Yuhabirr, collato minæo *ahl sibrâr*, vel Yuhabîr legere mavult litteram ה pro præfixo quartæ formæ habens. Prius probamus, cognomen patris יהצדק comparantes, et Yuhabirr explicamus «pius».

Versus 17. יהצדק | יסר. Litteræ ס et ר non certæ, sed veri similes. In tit. 41 v. 4 apographon Langeri יסם יהצדק præbet, sed non dubium quin ס pro ם legendum sit. Etiam in tit. Gl. 551 pater regis, teste Glasero, *l. c.*, commemoratur.

Versus 18. בעתתר, etc. Vide tituli antecedentis v. 5.

Versus 20. בעתתר | וסחר. H. Derenbourg primo legerat קסח pro וסחר et verterat «durus»; deinde in *Répertoire*, n° 310, lectionem et versionem emendavit monumentum a D. H. Müller in *Anzeiger d. k. Akademie d. Wissenschaften in Wien* (*phil.-hist. Klasse*), 1903, 4, p. 6-7 editum afferens, ubi legitur : עתתר | וסחר | קיף. Inscriptionem illam Glaser, *Eine südarabische Inschrift*, in *Beilage zur Allgemeinen Zeitung*, n° 136, p. 510-511, vertit : «altare turis ʿAthtaro et Saḥro», addens : «dei ambo semper in inscrip-

tionibus conjunguntur (cf. tit. Gl. 498, v. 11, 16, 18; 753 *a*; 612, adhuc non editos). Unus in cælo stella Veneris repræsentatur, alter, scilicet Saḥar, ut nomen ostendit, numen auroræ.» סחר etiam in Fr. 56 (infra, tit. 375), v. 1 reperitur. Nota ʿAthtarum bis invocari quum pars sit utriusque seriei numinum. In aliis titulis ʿAthtari nomen iteratur quando in duobus locis colitur; cf. titulum 41, v. 2-3, et minæos titulos Hal. 199, v. 2 et 3; 478, v. 3 et 13, etc. Quod nulli alii numini contingere videtur.

Rursus transcribimus, suppletis supplendis et emendatis emendandis :

[תבעכרב בן | ..... | בן | אסלם | חק
1 ני | א]למק[ה | ן | צלמן | דדהבם | חכ
2 ד]ם | בדת | ḥמר | והושע | וסעד | ע
3 בדהו | תבעכרב | סהופין | [בכן
4 תקדם | תבעכרב | בעם | בן | חזפר
5 ם | והרצהו | בכן | תוצעת | דת | מ[ḥ
6 טרן | בחית | ḥ..ן | וחמדם | בדת
7 הופי | אלמקה | עבד[הו | ת]בעכרב
8 בטלא | סהמלא | בעמהו | לשוע | ד
9 הגבאן | מחפד | הגבא | בה[לף | מו
10 תבחמו | כ[ר]חכם | וחמד[ם | בד]ת | [ס
11 תופי | עבד[הו] | תבעכרב | בכל | ס
12 באת | סבא | לשוע | א[מר]אהו | אבל
13 ך | סבא | ול | סעד | אלמקה | עבדיהו
14 ת]בעכרב | ואבכרב | בני | [אס]לם | נ
15 עמתם | ומנגת | צרקם | והשי | ורצו
16 מראיהמו | דמרעלי | יהבר | מלך | ס
17 בא | ודרידן | בן | יסר | יהצדק | ט
18 לך | סבא | ודרידן | בעתתר | וה
19 בס | ואלמקה | ובדת | חמים | ו
20 בדת | בעדנם | ובעתתר | וסחר

Et vertimus :

[*Tabi*ʿ*karib, filius . . . . ., Aslamensis, conse-*]
1 *cravit Î*]*lmaḳa*[*ho hanc statuam auream propte-*
2 *re*]*a quod donavit et largitus est et concessit ser-*
3 *vo suo Tabi*ʿ*karibo protectionem, quando*
4 *dimicavit Tabi*ʿ*karib cum nepotibus Ḥazfar-*
5 *i et favit ei, quando expugnata est Dhât Ma*[*kh-*
6 *ṭar in hac expeditione (?), et propterea quod*
7 *cumulavit Îlmaḳah servum* [*suum Ta*]*bi*ʿ*karibum*
8 *beneficio quod petiit a se ad firmandam et*
9 *muniendam arcem quam munivit po*[*ne æ-*
10 *dem ipsorum Ma*[*r*]*ḥabum; et propterea quod pro-*

(Impressum mense novembri 1911.)

texit servum [suum] Tabʾkaribum in omnibus ex-
peditionibus quas fecit ad firmandos do[mi]nos ipsius rege-
s Sabæ. Et utinam concedat Ilmaḳah servis suis ambobus
Ta]bʾkaribo et Abkaribo, nepotibus [As]lami, fe-
licitatem et salutes eximias et favorem et gratiam
dominorum amborum ipsorum Dhamarʿalay Yuhabirr, regis Sa-
bæ et Raidâni, filii Yasâri Yuhaṣdiḳ, re-
gis Sabæ et Raidâni. Nomine ʿAthtari et Hau-
basi et Ilmaḳahi et Dhât Ḥimyi et
Dhât Baʿdâni, et nomine ʿAthtari et Saḥri.

366

Fresnel, 4, 5, 7-10; Mackell, 3; Halévy, 50, 54-60; Glaser, 901, 1530, 1531.

(Tab. II.)

Titulum, ut apparebat, integrum et quinque titulorum fragmenta invenit et descripsit Arnaud in loco quem Kharîba appellari censebat, cui autem, re vera, nomen esse Ṣirwâḥ nos docuit Halévy in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, p. 52-53. Etenim vox *kharîba* communiter omnia loca designat ubi ruinæ exstant. De Ṣirwâḥo vide quæ tit. 149 v. 1 occasione scripsimus. Unum e fragmentis (Fresnel 5) in pariete ædificii veteris ad septentrionem vergente reperit, tria (Fr. 4, 7, 8) in lapidibus transpositis et inversis, titulum integrum (Fr. 9) et fragmentum quintum (Fr. 10) in muro antiquo, bene servato, forma ovato, illo in facie ad meridiem spectante, hoc in facie opposita. Hunc murum sacrarium Îlmaḳahi circumdedisse veri simile; etenim templum istius dei Mâribi eamdem formam præstat; vide D. H. Müller, in *Burgen und Schlösser*, II, p. 20. Quisque titulus unum versum habet, tit. Fr. 9 longissimum. Apographa Arnaudi Fulgentio Fresnel commissa, qui ea arabicis litteris transcripsit, edidit J. Mohl in *Journal asiatique*, 1845, I, sabaice, p. 171-172, et arabice, p. 182-183 (separatim excusum, p. 73-75 et 85-87). Unum e titulis, nempe Fr. 10, jam descripserat Mackell et publici juris fecerat in *Journal of the Bombay Branch of the Asiatic Society* (1844), pl. IV, n° 3 ad art. IV. Cujus apographon in tabula secunda luce solis expressum invenies; itaque formam antiquam scripturæ inspicere poteris. Iterum J. Halévy eosdem titulos, præter Fr. 9, exscripsit et cum aliis fragmentis ad eamdem inscriptionem pertinentibus edidit in opere suo, supra laudato, p. 107-109, et fere omnes vertit, ibidem, p. 240-241. Tituli Fresnel 9 Glaser quoque duo apographa sumpsit, ut patet e catalogo Glaserianarum inscriptionum quem Hommel confecit, et numeris 901 et 1531 designavit; itidem titulo Fr. 10 numerum 1530 tribuit. Omnes titulos a nobis commemoratos quatuor exemplaria unius inscriptionis præbere animadvertit J. H. Mordtmann, *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XLVII, 1893, p. 397-398. Scilicet tit. Fr. 9 = Hal. 50 fere integer; tum in tit. Fr. 10 = Mackell 3 initium inscriptionis reperitur; deinde tit. Hal. 56 cum Hal. 54 = Fr. 8 conjunctus tertium exemplar initii inscriptionis, et Fr. 4 = Hal. 55 cum tit. Hal. 60 quartum. Denique tituli conjuncti Fr. 7 = Hal. 58, Fr. 5 = Hal. 59 et Hal. 57 finem tituli præstant, qui ad uniuscujusque tituli initium referri potest. Mirum

satis est in tit. Fr. 9 = Hal. 50 aliquot voces desiderari quæ in tit. Fr. 8 = Hal. 54 continentur. Itaque dubium utrum hoc titulo tit. Hal. 56 continuatus sit, ut Mordtmann opinatur, an in tit. Fr. 9 inserendus; confer quæ infra in commentario adnotabimus.

De titulis egerunt : F. Lenormant, *Comptes rendus de l'Académie des inscriptions et belles-lettres*, 1867, p. 287-290. — F. Prätorius, *Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften*, 1872, p. 23-28. — Idem, *Neue Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften*, 1873, p. 22-24. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, 1874, II, p. 554-557; separatim excusum, p. 206-209. — D. H. Müller, *Die Burgen und Schlösser Südarabiens*, II, in *Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften in Wien*, XCVII, p. 979-980; separatim excusum, p. 27-28.

In titulo Fresnel 9 = Halévy 50, e ceteris completo, hæc leguntur :

𐩱 𐩣𐩧𐩣𐩦 | 𐩲𐩺 | 𐩣𐩺𐩡 | 𐩲𐩹𐩣𐩱𐩵 | 𐩧𐩡𐩠 | 𐩵𐩧𐩵 | 𐩵𐩠𐩵 | 𐩠𐩣𐩧 | 𐩡[𐩺𐩹𐩣𐩵 | 𐩧𐩠 | 𐩦𐩣]𐩲 | 𐩱𐩵𐩺𐩡 | 𐩹𐩲
| 𐩲𐩹𐩣𐩱𐩵 | 𐩠𐩺 | 𐩣𐩧𐩡𐩠 | 𐩣𐩱𐩠𐩦 | 𐩣𐩺 | 𐩣𐩣𐩡𐩲 | 𐩣𐩱𐩵𐩦 | 𐩣𐩺𐩡 | 𐩱𐩵𐩹𐩺 | 𐩲𐩵𐩧𐩱𐩣
𐩲𐩹 | 𐩣𐩣𐩡𐩲𐩣𐩧𐩡𐩠 | 𐩠𐩺 | 𐩡𐩲𐩠𐩦

Quæ hebraicis litteris :

Signa numinum | ידעאל | ד[רח | בן | סמהע]לי | מכרב | סבא | גנא | בית | אלמקה | יום | הע |
חרמתם | שׁלתתאד | והוצת | כל | גום | דאלם | ושימם | וד | חבלם | וחמרם | בעתתר | וב |
Signa numinum | אלמקה | וב | דת | חמים | וב | עתתרשימם |

Signa portentosa quæ initio tituli et sub fine, ordine inverso, reperiuntur J. Mohl, quum titulos Arnaudi ederet, typis fingenda curavit; vide adnotationem ejus ad inscriptiones Arnaudi in *Journal asiatique*, 1845, I, p. 169 (separatim excusum, p. 72). Similia præbent Fr. 12, 13, 20, 28 (infra, 385), 33, 34, 36, 44 (infra, 385), 55 (infra, 374) et titulus sequens (Gl. 1147 = Vind. 14). J. Halévy signa litteris 𐩺𐩣 vel 𐩣𐩺 expressit et descripsit etiam 𐩣𐩺 initio titulorum suorum 280-281, 292, et 𐩺𐩣 in fine tit. 280-282, 289, 292, 320, 331; in 326 tantum 𐩺. Prätorius transcripsit חנ et חל dixitque se explicationem Osianderi in *Zeitschrift d. d. morgenl. Gesellschaft*, X, p. 72, probare. At ille non de signis nostris illic locutus est, sed existimavit חנ in tit. Fr. 15 e לבח decurtatum. D. H. Müller, *Glossen zum Corpus inscriptionum semiticarum*, p. 15, suspicatur etiam initio tituli Fr. 10 legendum esse ח[ר]; etenim in *Langer's Reiseberichte*, p. 73, opinatus est חנ scriptionem brevem pro לחרפם, nota eponymi, esse. Lenormant לה pro contractione solemnium verborum habet. Sed hæc rejicienda sunt quum non litteras sed signa tituli præbeant; vide tituli sequentis imaginem. Fresnel, ut J. Mohl, *l. c.*, refert, censuerat signis illis scuta regum effingi, qui in titulis commemorantur. At O. Weber ostendit talia signa symbola esse deorum qui ad tuendas res consecratas invocantur et cum symbolis numinum conferenda quæ in Babylonensium terminis sunt insculpta. Signa similia reperiuntur initio minæorum titulorum Hal. 255, 257, 478; Gl. 1302, denique in titulo Deli reperto et a Clermont-Ganneau in *Comptes rendus de l'Académie des inscriptions et belles-lettres*, 1908, p. 546-560, tractato. Figuræ clariores in Gl. 1158 apud Weber, *Studien*, II, p. 4, et tit. Hole, a D. H. Müller, *Anzeiger d. Akademie der Wissenschaften in Wien* (*phil.-hist. Klasse*), 1903, 4, p. 6-7, edito; cf. O. Weber, *Studien zur südarabischen Altertumskunde*, II, p. 3-4; *Orientalistische Litteratur-Zeitung*, 1909, c. 64; *Mélanges Hartwig Derenbourg*, p. 220; *Göttersymbole auf südarabischen Denkmälern* (extractum e *Hilprecht anniversary volume*, p. 269-280). Weber, *o. c.*, p. 270 et 276, conjecit signum 𐩣 idem esse ac capræ caput in tit. O. M. 282 et figura incurvata 𐩦 in tit. Hole. Quod signum etiam initio titulorum 4, 389, 393, 394, 395, 397, 403, 407 et verisimiliter 314, 365, 392, 409, necnon sub fine tit. 86 reperitur. In tit. 378 et 383 linea curva simplex. At non putamus signum 𐩡 in minæis titulis Gl. 1158 = Hal. 480 et Deli alteram formam ejusdem signi præbere (Weber, *o. c.*, p. 277 et 280). Etenim quum signa 𐩣, 𐩦 et 𐩵 in inscriptionibus Îlmaḳaho dicatis tantum occurrant, non dubium quin symbolon hujus numinis Minæis alieni sint. Alterum signum 𐩲 ʿAthtarum designare suspicamur quum in minæis titulis supra ci-

tatis signum simile inveniatur et ʿAthtar pariter a Minæis et Sabæis cultus sit. E bucranio signum forsan ortum est; cf. Weber, *o. c.*, p. 279. — ילי |]רח | בן | סמהע[לי | ירעאל. Jam Ewald, in *Zeitschrift für die Wissenschaft der Sprache*, I, 1846, p. 305, opinatus erat לילי errore lapicidæ pro | לרח | בן | סמהעלי inscriptum esse. Prätorius in *Beiträge* putavit לילי in statu constructo cum מכרב esse, et vertit : «subjectus Mukrabi»; at in *Neue Beiträge* fatetur lapicidæ errori scriptionem vocis לילי tribui posse. Halévy לילי pro epitheto Yadaʿîli habet interpretatus «humilis» et radicem arabicam ذل comparans. D. H. Müller Ewaldi opinionem probat. Mordtmann, *Zeitschrift d. d. morgenl. Gesellschaft*, XLVII, p. 398, conjicit tabulam marmoream in qua titulus inscriptus e pluribus fragmentis compositam, quorum unum omissum sit quum inscriptio conficeretur vel instauraretur. Etiam in inscriptionibus mœnium Byzantii similia accidisse. Quod si accipis, conjicere licet tit. Hal. 54 fragmentum ipsum esse, quod tit. 50 deficit, ut in procœmio diximus. — De cognominis לרח enuntiatione discrepant viri eruditi : Fresnel, *Remarques*, p. 106, transcribit Dharaḥ, Halévy Dhariḥ, Glaser Dharrâḥ, H. Derenbourg in tit. nostro 54 et tit. Luparensi 5, v. 2, Dhirrîḥ. Nos formam in arabica lingua usitatissimam adjectivorum *faʿîl* præferimus. Vocem ipsam (cf. אורח in tit. 54) jam Osiander, *Zeitschrift d. d. morgenl. Gesellschaft*, X, p. 58, cum hebraico זרח «oriri, eminere» comparavit, quod probamus. Prätorius, quum credidisset Yadaʿîlum servum principis Sabæorum fuisse, collegerat æthiopicum ሰርሐ *sareḥa* «laborare»; Halévy arabicum سرح confert, quod non interpretatur. לרח etiam cognomen principum aliorum, scilicet Dhamarʿalayi in Fr. 24, 31; Lup. 5, v. 2, et Smuhuʿalayi in Fr. 55. Yadaʿîl Dharîḥ nominatur etiam in Hal. 338, 339 et 626. De hoc principe et de ædificiis quæ exstruxit vide Glaser, *Skizze der Geschichte Arabiens*, p. 67-68. Qui nos docet etiam in titulo suo 902 templi Îlmaḳahi mentionem fieri, in tit. 694 et 698 mœnium Mâribi et in Gl. 484 præclari templi Ḥaram Bilḳîs dicti. — סמהעלי etiam nomen viri cujusdam in tit. 37 v. 5. Interpretationem hujus nominis quæ supra data est nunc rejicimus et סמה ut Mordtmann et Müller explicamus «nomen ejus». Quoad עלי, pro verbo, non adjectivo habemus vertimusque «nomen ejus ascendat». סמהעלי igitur pro solito Samahʿalî *Smuhuʿalay* enuntiandum esse nobis videtur; existimamus enim duplicem consonantem in initio vocis Sabæis alienam non esse. Litteram *yâ'* in fine nominis enuntiatam esse veri simillimum. Glaser, *Abessinier*, p. 29, transcribit Samhuʿalî, Hartmann, *Arabische Frage*, p. 133 134, Sumhuʿalâ. De capitibus Sabæorum hoc nomine appellatis vide D. H. Müller, *Burgen und Schlösser*, II, p. 38-39; E. Glaser, *Skizze*, I, p. 67-72; M. Hartmann, *l. c.* Smuhuʿalay de quo hic agitur est secundus e quatuor et cognomine caret, dum ceteri cognomine Yanûf ornantur. — In tit. Fr. 10 scriptum סמהמהעלי pro סמהעלי, errore seu Arnaudi, seu typographi. Mackelli delineatio rectam lectionem præbet. — מכרב. Titulus, quo capita Sabæorum ornati sunt, antequam regis dignitatem nanciscerentur, etiam in Fr. 11 (= Gl. 1000 *a*), v. 1 (ubi מכרב pro מכרם legendum); 12 = Hal. 678, v. 1; 13 = Hal. 674, v. 1; 14 = Hal. 673, v. 1; 29 = Gl. 541; 46 = Gl. 696; Hal. 280-326; 339 = Gl. 1648; 506, v. 2, reperitur, necnon in ḳatabânicis titulis Derenbourg, *Nouveaux textes*, 3, v. 1, et Gl. 1600, v. 1, apud D. Nielsen, *Studier*, p. 27 (*Katabanische Inschriften*, p. 3). De capitibus Sabæorum מכרב appellatis, vide quæ D. H. Müller, E. Glaser, M. Mordtmann in operibus supra citatis scripserunt. Verbum כרב in minæis vel ḳatabânicis titulis sæpe reperitur, nempe 4ª forma סכרב in Hal. 190, v. 5, 8; 234, 2, 5, 11, etc.; 8ª כתרב in Hal. 187, v. 3; 535, 1; 5ª תכרב in tit. Derenbourg, *Nouveaux textes*, 4, v. 5; nomen appellativum אכרב cum כבודת conjunctum in Hal. 353, v. 7; 474, v. 4, etc. Vox מכרב «templum» apud Sabæos invenitur; vide tit. 152 v. 2 et 338 v. 11. Nomina hominum voce כרב formata frequentissima, nempe כרב in min. tit. Euting 806 apud D. H. Müller, *Epigraphische Denkmäler aus Arabien*, 28, כרבם in Hal. 51 = Gl. 904, v. 21; כרבת in Acad. 11, v. 1 et 6; כרבאל in tit. 1, 7; 37, 7, etc.; in tit. min. Hal. 352, v. 1; 372, v. 2; כרבעתת in tit. 2, v. 1; 110, 1, etc.; אבכרב in tit. 20, v. 1; 24, v. 2, etc., in tit. min. Hal. 484, v. 2; אתכרב in tit. 69, v. 5; Hal. 634, etc.; אלכרב in tit. 16, v. 1; 20, v. 1, etc.; in tit. min. Hal. 389, v. 1 (ubi אלכבר emendandum); אסדכרב in tit. Mass. 10, v. 1; דדכרב in tit. 5, v. 1; למרכרב in Hal. 324; in tit. min. 410, v. 1; דראכרב in tit. min. Hal. 504, v. 1 et 2; הלכרב in Hal. 195, v. 11; in tit. min. 243, v. 17; 257, v. 1; יתעכרב in tit. 37, v. 8; Hal. 174, v. 1, etc.; in tit. min. Hal. 374, v. 2; 401, v. 2, etc.; מעדכרב in tit. 12, v. 1-2; 282, 7, et in tit. min. Hal. 487, v. 2; 504, v. 1 et 2, etc.; נבטכרב in tit. 35, v. 1; Hal. 169, v. 1, etc.; נשאכרב in tit. 5, v. 2; 24, 2; נשאכריב (?) in Hal. 48, v. 13; סמהכרב in tit. 73, v. 10; 83, v. 5, etc.; עמכרב in tit. 8, v. 1; 20, v. 1, etc.; in tit. min. Hal. 504, v. 1 et 2; תבעכרב in tit. 81, v. 5; 83, v. 6, etc. Ewald, *o. c.*, p. 305, כרב cum arabico كرم «honoratus est» comparavit, quod probavit Prätorius, *Beiträge*, III, p. 40. D. H. Müller, *Zeitschrift d. d. morgenl. Gesellschaft* (1876), p. 704, censet מכרב legendum esse *Mukrab* «honoratus». E. Gla-

ser, *Mittheilungen*, p. 80-83, ostendit vocem כרב semper de sacris adhiberi et significare «obtulit, benedixit»; vocem מכרב modo *mikrâb* legendam templum, peculiariter locum quo tus fertur vel ubi tus adhibetur, significare, modo *mukarrib* pontificem designare. P. 83 addit Glaser Prätorium hanc sententiam probavisse et æthiopicum ምኩራብ *mekuerâb* «templum» et assyriacum *karaba* «benedixit» contulisse. Deinde in *Skizze*, I, p. 64, de vocabulo disseruit opinans מכרב sive *mukarrib*, sive *mukarrab*, sive *makrûb* legi posse. Itidem D. Nielsen, *Studier*, p. 128-129 (*Katabanische Inschriften*, p. 4). O. Weber, *Studien*, III, p. 16, animadvertit radicem כרב apud Sabæos in nominibus hominum modo servatam censetque vocabulum illud, quando subjectum deus et objectum homo, significare «benedixit»; quando e contrario subjectum homo sit et objectum numen, tunc vocem sonare «obtulit, sacra fecit»; priorem interpretationem in nominibus propriis esse adhibendam, alteram in nominibus appellativis et verbis. מכרב legendum *mukarrib* «cujus officium est offerre». Denique comes Landberg, *Dathînah*, p. 645-649, vocem in Arabia meridionali usitatam كرب «comburere» et مكرب «focus» comparat et suspicatur inde significationem offerendi ortam. — הע etiam in Gl. 1000 *a*, v. 7, et *b*, v. 3, apud Hommelum, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 25 et 32, occurrit; infinitivus ejus in tit. 99 v. 9 (non perfectum secundæ formæ, ut Hommel, *o. c.*, p. 32, credidit) et in Prideaux 18, v. 1-2, Fr. 17 et in tit. Britannici Musei ab Halevyo, *Revue sémitique*, 1908, p. 293, edito, ubi היע «viam ad irrigandum facere» verisimiliter significat; cf. מהיע in tit. 338 v. 4. Hic verbum הע «delineavit» interpretari audemus. Præterire licet sententiam F. Lenormand, *Comptes rendus de l'Académie des inscriptions et belles-lettres*, 1867, p. 288, videlicet הע decurtatam formam e סמהעלי esse, quod Prätorius, *Beiträge*, II, p. 22 probat, dum in I, p. 24, Osiandero assentitur, qui in *Zeitschrift d. d. morgenl. Gesellschaft*, XIX, p. 260, in notula הע tantum quantum מהיע «magnificum donum» valere existimat. — חרמתם jam non sacrario, sed loco munito explicamus; nam in tituli nostri 282 v. 3 חרמת nomen loci, in tit. 290 v. 2 et 292 v. 3 nihil ad sacrarium alludit, et in Hal. 176, v. 2-3, חרמת vocem נחל «palmeta» sequitur. Prätorius : «verecundia». — שלתתאו. Prätorius dubitat utrum או forma decurtata e אלנת «pondera» sit an potius שלתתאו «ter» significet et אד cum arabico إذ «tum» conferre liceat. Halévy interpretatur : «tres mensuræ (longitudinis).» Mordtmann, *Zeitschr. d. d. morgenl. Gesellschaft*, XLVII, p. 398, או pro initio substantivi habet cujus finis evanuit eodem casu ac supra in voce לאלי. — הוצת cum גנא conjunctum; de הוצת vide tit. 338 v. 4, ubi hebraicum הִצִּית «incendere» contulimus; quam comparationem jam D. H. Müller fecerat, deinde rejecerat; vide ejus *Burgen*, II, p. 28 in notula. Nobis quoque illa interpretatio jam non placet, nam verbum hebraicum הצית ideo «incendit» significat quia voce בְּאֵשׁ «igni» completur; at verbum separatum וצת cum verbis ejusdem familiæ וצב, וצנ, וצע conferendum et «collocavit» sonat; qui sensus hic verbo הוצת inesse potest. Etiam in tit. 338 v. 4 et 13 מוצת «collocatio» nunc vertimus, non «altare holocausti». Prätorius, II, p. 23 in notula, vertit : «commendavit»; itidem D. H. Müller. Halévy arabicum وسط conferens vertit «in medium ponere». — גום «collegium». De hac voce fuse disseruit Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, p. 104-107, et exempla e Rehatsek 1+4+5, v. 9, ubi גוי scriptum; e titulo katabânico Glaser 1606, v. 13; Gl. 1000 *a*, v. 6, et aliis ineditis attulit. Jam D. H. Müller sic גום interpretatus erat. Cf. גון in titulo minæo Hal. 485 v. 2, et גו, *ibidem*, v. 8, dum גוהמו in tit. 131 v. 6 maxime dubium. Prätorius vertit arabica lingua fretus «vallis profundus», Halévy «corpus», i. e. statua, collato hebraico גו, quod potius dorsum designat. Mordtmann, *Zeitschrift d. d. morgenl. Gesellschaft*, XLIV, p. 189, גום nomen gentis esse opinatur cujus partes sequentia nomina designant; Hommel, *Aufsätze*, p. 333, גום pro nomine terræ sacræ habet. — וחמרם | ולחבלם | ושימם | לאלם; quatuor voces etiam in Gl. 1000 (Hommel, *Süd-arab. Chrestomathie*, p. 111; *Aufsätze*, p. 145) et in minæi tituli Halevyani 257 v. 2 occurrunt, prima et secunda forsan in tit. minæo Hal. 385, v. 4, tertia et ultima in Gl. 1647 = Vindob. 14, v. 3. Fresnel scripserat לאנמל pro | לאלם; itaque Ewald, *o. c.*, p. 309 in notula, vertit «omnes communitates», sequentia autem pro nominibus locorum habet. Idem de quatuor vocibus opinantur Osiander, *Zeitschrift d. d. morgenl. Gesellschaft*, XX (1866), p. 277, אלם in tit. minæo Os. 29 = B. M. 6, v. 2, collato; F. Prätorius; Mordtmann, *l. c.* et in *Beiträge zur Minäischen Epigraphik*, p. 74; Hommel, *Aufsätze*, p. 333-334, qui explicat nomina : «is dei, is nuntii deorum, is funis, is bituminis». Halévy et Lenormant, *Lettres assyriologiques*, II, p. 95 in notula, quatuor vocabula nomina propria deorum esse censuerunt. Etiam J. et H. Derenbourg, *Études*, I, p. 17 in notula, vertunt : «Îl et Šeyûm». Secundum Halevyum חבלם Ḥobal «deus sortium», collato hebraico חֶבֶל «portio, sors», et חמרם Ḥomar, deus vini, Baccho similis. Lenormant, *l. c.*, חמרם eponymum Ḥimyaritarum esse existimat. D. H. Müller אלם «deus», שימם «patronus» interpretatur et ceteras voces quoque

alia genera numinum designare judicat; cf. *Südarabische Alterthümer*, p. 35. Itidem Glaser, *o. c.*, p. 106, qui vertit : «numina Îl, numina vicaria, numina ulciscendi et numina torquendi». Num recte חבלם et חמרם explicaverit ignoramus. Attamen, quum nomina locorum in sabæis et minæis titulis vix eadem esse possint, cogimur quatuor voces pro numinum generibus habere, et vertimus conjectantes וחמרם חבלם et «dæmon et genius». — שימם | עתתר. In Gl. 891 v. 2, reperitur שימם | עתר, forsan mendosum pro עתתר. Halévy duo nomina deo tribuit, Atergatis אתר עתא instar. Lenormant, *l. c.* et D. H. Müller vertunt «ʿAthtar patronus». Prätorius primo interpretatus erat : «ʿAthtar, cui campus commissus»; deinde שימם nomen loci esse existimavit. Quam sententiam probamus; etenim, si hic שימם patronum designaret, *mîmatio* non apta esset epitheto nominis proprii. — ʿAthtar bis invocatur sicut in titulo antecedente.

His præmissis, vertimus :

Yadaʿ'il Dhariḥ, filius Smuhuʿalayi, pontifex Sabæ, muro circumdedit templum Îlmaḳahi, die quo delineavit oppidum tripartitum(?), et collocavit omnem congregationem dei et patroni, dæmonis et genii. Nomine ʿAthtari et Îlmaḳahi et Dhât Ḥimyi et ʿAthtari Šaimensis.

367

Glaser, 1147; Vindob., 14.

(Tab. III.)

Titulus in lapidis calcarii fragmento inscriptus, tres versus ordine *boustrophedon* ductos habens. Monumentum a dextera fractum, a ceteris lateribus integrum. A læva signa sunt numinum, qua de re tituli antecedentis occasione locuti sumus. Quanquam pars major tituli deest, Hommelo contigit ut totam inscriptionem restitueret, e tit. 366 et Gl. 1000 quæ evanuerunt mutuatus. Cui si fides habetur, quisque versus olim circiter quatuor et viginti litteras tenuit. Ubi titulus inventus sit ignoratur. Miram formam litterarum ה et ח, quarum summa pars angularis, jam notavit Müller, et in nostra tabula tertia, ubi monumenti imago luce solis expressa, inspicere poteris.

Titulum tractaverunt D. H. Müller, *Südarabische Alterthümer im kunsthistorischen Hofmuseum*, 1899, p. 34-35. — F. Hommel, *Aufsätze und Abhandlungen*, 1900, p. 144-146.

Hæc leguntur :



Quæ transcribimus hebraicis litteris, addentes ab Hommelo suppleta :

Signa numinum.

1 ← סמהעלי | מכרב | סבא]| בני | קיף

2 → ד | סוג | לכ | תצוה |]סוי | וה[ק]מלא

3 ← אלם | ושימם | ודחב]לם | וחמרם

Versus 1. סמהעלי, etc. Smuhu'alayum, *mukarribum* Sabæ, fuisse auctorem tituli persuasum habet Hommel, quia ejus nomen in inscriptionibus cognomine non ornatur itaque v. 1 amplitudine cum v. 2 et 3 congruit. Jam Müller agnoverat titulum a *mukarribo* confectum esse.

Versus 2-3. אלמ[ק]הו. Littera ק errore lapicidæ omissa (Hommel). Müller contulit אלמהו cum לאלם, quamvis *mîmationem* media in voce miratus. — יום legit Hommel, Müller יוֹ. — De reliquo titulo quem Hommel restituit vide titulum antecedentem.

Verte nunc, si lubet :

1 *Smuhu'alay, pontifex Sabæ*], *ædificavit monumentum sacrum*
2 *Îlmaḳahui, die* [*quo collocavit omnem congregationem*
3 *dei et patroni, dæmo*]*nis et genii.*

368

Halévy, 596.

Versus 11. היתּ pro הות legendum. — וליהקבלן | אלמקה «et accipiat Îlmaḳah». לאלמקה emendamus, præpositione errore lapicidæ vel inscribentis ab eodem vocabulo in versu antecedente iterata. Müller credidit *lâmum* esse *lâm ta'kîdi*, quod ab Arabibus adhibetur, sed in titulis Sabæorum non invenitur. Forsan | ליקבלנה אלמקה legendum, suffixo feminini ad ארצן se referente. Forma quarta verbi קבל alibi non occurrit, prima in B. M. 61, v. 2, et in minæo titulo Hal. 362, v. 2 et 3.

Versus 12. טהרן idem ac arabicum بَيِّنَة et hebraicum נְלוּי in Jer., xxxii, 11 et 14, sonare suspicamur et documentum designare in quo debitum Halak'amari et Ḥamʿathati inscriptum. — דהטהר pro passivo habemus et vertimus «prolatum est». Müller : «victoria ad quam reportandam juvit (Îlmaḳah)». — עלי «in rationem».

Versus 13. שׁחלם; «obligatio»; vide v. 1. — בן | עליהמי «a parte amborum», scil. Halak'amari et Ḥamʿathati. — Versus brevior ceteris; num vocabulum evanuerit ignoramus.

Versus 14. לבהו. Suffixum pertinet ad טהרן. — הטהרי «declaraverunt». — הן etiam in Hal. 149 v. 3 occurrens cum Minæorum conjunctione non commiscendum. Ab Halevyo pro demonstrativo pronomine habetur; at Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 16, illam explicationem rejiciens, interpretatur «causa, in re», arabico هَن collato; quod probamus.

Versus 14-15. עכר | אהנן. Glaser, tituli sui 1548-1549 occasione in *Altjemenische Nachrichten*, p. 85-86, multos titulos collegit ubi אהנן antecedit verbum עכר; itaque emendat hic, necnon in Hal. 48, v. 6, et 51, v. 9, verbum וכר et vertit : «ne malo trahantur (homines) vel confundantur (scriptis)». Quanquam Glasero fidimus עכר legenti, interpretationi ejus non assentimur. Etenim negatio cum contextu non congruit; itaque אהנן ut באהנמו «ubicumque» in tit. 352 v. 8 explicamus. Quoad עכר, arabicum عكر «rursus aggressus est» conferentes vertimus : «translatum est». Subjectum verbi טהרן «documentum». Prima forma etiam in Hal. 259, v. 2 et 6; Euting 37, v. 3; in tit. Brit. Musei ab Halevyo in *Revue sémitique*, 1910, edito 2, v. 3, occurrit; quarta in Hal. 48, v. 10; octava in Minæorum tit. Hal. 239; 257, v. 13; 429, v. 2; 478, v. 10. — יפען | ול etiam in Hal. 51, v. 10, legendum et in Gl. 1548-1549, v. 6, occurrit, ubi Glaser ולירדנן | וליפעהמו interpretatur, tituli inediti sui 454 v. 3 invocans, «et descendant et ascendant (documenta)», i. e. semper valeant. Quanquam verbum prius ורד hic desideratur, eadem significatio verbo soli יפע tribuenda nobis videtur, et pro verbi subjecto טהרן | הא habendum. — כעד. Müller vertit, הא cum כעד jungens et a טהרן separans, «hactenus»; nos כעד adverbium esse existimamus, quod «semper» interpretamur et cum hebraico לעד comparamus. Præpositio כ tantum valens quantum ל est apud Minæos frequentissima, apud Sabæos rarissima. Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 51, suspicatur בעד esse legendum. Halévy, *Études sabéennes*, p. 97, vertit dubitans «secundum, pro».

Versus 15-16. יהפרע | בעם. In apographo Halevyi separationis linea omissa. — תעלם. De hoc verbo disseruit Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, p. 68, n. 2, et inter duas explicationes hæret, nempe «certior fieri» vel «subscribere». Placet nobis interpretari post Muellerum «vulgare, publici juris facere». Aliud significat hoc verbum in tit. 74 v. 17.

Versus 16-17. מצדקן etiam in Os. 35 = B. M. 61, v. 6, et forsan in Hal. 653, v. 4 (si מצדקם pro שדקם | ר legitur), occurrit. Contextu et arabico صدق impellimur ut vertamus «testimonium». Müller : «bonus eventus».

His præmissis verte, si lubet :

. . . . . .

et juraverunt et spoponderunt Halak'amar, filius ʿA-
nmati, et Ḥamʿathat, servus Dharaḥ'îli, filii
Yadaʿ'abi, Yuhafriʿo, filio Dharaḥ'îli, mil-
le nummos signatos Ḥai'alenses, nummos quos
spoponderant Abʿalay et Yuhafriʿ, filius Dharaḥ'î-
li, Halak'amaro, filio ʿAnmati, et Ḥamʿathato, ser-
vo Dharaḥ'îli, filii Yadaʿ'abi, e terra et campi-
s et agris quæ donaverat Îlmaḳah Abʿalayo et
Yuhafriʿo in ambobus suburbiis Mašar et Maṣyaḥ.
Et Abʿalay et Yuhafriʿ statuerunt reddere Îlma-
ḳaho hanc terram. Et utinam accipiat (eam) Îlmaḳa-
h cum documento quod probatum est erga Halak'amarum et
Ḥamʿathatum jure jurando ab eis dato,
quo declaraverunt in re nummorum mille, ubi-
cumque transferretur. Et valeat semper hoc documentum a
parte Yuhafriʿi. Et vulgavit (rem) Yuhafriʿ hoc do-
cumento.

377

Halévy, 327, 329, 330.

Titulos reperit J. Halévy in loco nunc appellato Al-Baiḍâ, in regione Djaufi inferioris, qui locus, proximus torrenti Ḥârido et duarum leucarum itinere a Kamnâ'o distans versus septentrionem, in via ad Djaufum superiorem ducente est situs. Ruinæ arcis, cujus mœnia partim servata sunt et cujus diametros circiter ducenta metra tenebat, non in summo colle, ut fieri solet, sed in planitie arenosa et æqua sunt sitæ; vide Halévy, *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, p. 80. D. H. Müller, in *Burgen und Schlösser*, II, p. 51-53, monet Al-Baiḍâ'um eamdem esse ac Našḳum, de qua in tit. Hal. 280 sequentibusque agitur et quæ a Plinio, VI, 28, § 160, Naskos appellatur. Titulus 327, a sinistra truncatus, quatuor versus præbet, quorum primus integer est, tres et viginti litteras habens. Tituli 329 et 330 sunt verisimiliter conjungendi et initium alius exemplaris ejusdem inscriptionis formant. Müller, *o. c.*, p. 52, animadvertit titulum, cujus auctor rex Kamnâ'i, non minæa lingua ad modum titulorum Kamnâ'i repertorum scriptum, sed sabæa, unde concludit incolas Našḳi Sabæos fuisse. Hartmann, *Die arabische Frage*, p. 137, opinatur documenta publica sermone dominorum, non subditorum, scribi posse nec quidquam certi e lingua deducendum esse. Titulum edidit Halévy, *o. c.*, p. 165 et vertit p. 250.

Inscriptionem tractaverunt: D. H. Müller, *Burgen und Schlösser Südarabiens nach dem Iklil des Hamdâni*, II, in *Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften*, XCVII, 1880, p. 1004; separatim excusum, p. 52. — M. Hartmann, *Die arabische Frage*, p. 176.

Hæc edidit Halévy :

𐩱𐩣𐩵 | 𐩲𐩧𐩺𐩣 | 𐩣𐩧 | 𐩺𐩧𐩣 | 𐩧𐩵𐩱𐩣𐩲
𐩣𐩵𐩱 | 𐩧𐩲𐩧𐩺𐩧 | 𐩧𐩲𐩧𐩵𐩧
𐩧 | 𐩲𐩧𐩵𐩱𐩣𐩲 | 𐩣𐩲𐩲𐩣
𐩧𐩺𐩣𐩲𐩧 | 𐩺𐩲

Quæ hebraicis litteris :

1 אלסמע | נבט | בן | נבטעלי | מלך
2 כמנהו | ושׁעבהו | כמנ
3 דנהן | לאלמקה | ו
4 יב | ולסבא

Versus 1. נבטעלי | בן | נבט | אלסמע. In tit. Hal. 278, Kamnâ'i reperto, nominatur אלסמע | בן | אמר | נבטעלי, qui pater vel filius nostri Îlsami'i esse potest; cf. tit. 375. Nomen אלסמע etiam in tit. Brit. Musei ab Halevyo in *Revue sémitique*, 1910, p. 97, edito 1, v. 10, et in ḥaḍramautico titulo Hal. 293, v. 2, occurrit. Cum אלסמע licet conferre hebraicum אלישמע in Num., 1, 10, etc. — נבט cognomen, sicut in Minæorum tit. Hal. 484, v. 1; 501, v. 2; nomen in Hal. 195, v. 8, et forsan in tit. Luparensi ab H. Derenbourg in *Journal asiatique*, 1903, I, p. 162, edito, necnon in Minæorum titulo Hal. 479, v. 2; cf. etiam nomina נבטם in Gl. 618, v. 31, 32, 38-39; אלמנבט in Hal. 154, v. 26; נבטאל in tit. nostri 90 v. 10, etc.; נבטיפע in Hal. 631, v. 1; נבטכרב in Hal. 169, v. 1, etc.; נבטעם in Derenbourg, *Nouveaux textes*, 4, v. 1; denique in hoc versu נבטעלי, quod præter Hal. 278 etiam in Minæorum tit. Hal. 272, v. 4, et 398, v. 5, reperitur. Una e lineis separationis post נבטעלי delenda.

Versus 2. כמנהו. Hic locus, in Djaufo inferiore situs, itinere horæ unius ab Al-Ghailo versus septentrionem orientalem distat; vide Halévy, *Rapport*, p. 79. Idem est ac Caminacus a Plinio commemoratus; cf. Halévy, *o. c.*, p. 250 in notula, et Glaser, *Geographie*, p. 61. Quod ad formam nominis pertinet, Hartmann conjicit terminationem הו, Minæorum scriptionis instar, tantum valere quantum simplex ו in קרנו, צנעו et transcribendam *â'u*. — כמנ[הו]. Müller supplet verbum בני : Hartmann | בני

והקני, quod longius est spatio. Forsan החדת supplendum, quod præpositionem ל potius antecedit quam בני. In fine versus facile additur מחפ, initium vocis מחפדנהן (Müller).

Versus 3. Post ו | לאלמקה legit Müller | לוכי | עתתר | הנרן | מר, quæ versus vix tenere potest. Nos supplemus tantum מר | להנרן.

Versus 3-4. יב[מר]; vide finis tit. 373 adnotationem. — לסבא. Inde concludere licet regem Kamnâ'i vassalum Sabæorum fuisse.

Rursus transcribimus, addendis additis :

1 אלסבע נבט | בן | נבטעלי | מלך

2 כמנחו ושעבהו | כמנ[הו | החדת | מחפ

3 דנהן | לאלמקה | ו[להנרן | מר

4 יב | ולסבא

et vertimus

1 *Ilsami' Nabiṭ, filius Nabaṭalayi, rex*
2 *Kamnâ'i, cum tribu ejus Kamnâ'o instauravit tur-*
3 *res ambas Ilmaḳaho et urbi Mar-*
4 *yabo et Sabæ.*

378

Prideaux, 11; Leroux, 1.

(Tab. II.)

Titulum præbet lapis calcarius 0^m, 48 altus, 0^m, 235 latus, in duas partes divisus, quarum superior, 0^m, 26 alta, ab inferiore 0^m, 01 prominet, itaque hæc 0^m, 06, illa 0^m, 07 profunda. In summo exstat incisio, verisimiliter figendo idolo idonea, similis ei quæ in tit. 382 lapide reperitur. Monumentum a Revoilo ex Arabia Lutetiam allatum E. Leroux acquisivit et nunc detinet. Qui benigne nobis permisit imaginem luce solis a lapide ipso sumere, quam in tabula secunda invenies. Titulum omnino integrum, septem versus circiter novem litterarum tenentem, quorum quatuor in parte superiore, tres in inferiore inscripti, edidit Prideaux in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, IV, 1876, p. 196.

Hæc leguntur :

1 סיפם | דמוה Signum numinis.

2 רנהן | החדת

3 לאלמקה | בכן

4 בקל | בהרתהמ

5 ו | חגן | וקהו

6 מראהו | רזן

7 דשרען

(Impressum mense novembri 1911.)

Versus 1. Initio tituli signum insculptum, de quo confer tit. 366 commentarium. — סיפם nomen in inscriptionibus inauditum, quo nonnulli Arabes appellati sunt; cf. Ibn-Doraid, *Ištiḳâḳ*, p. 250, 257, 310.

Versus 1-2. לטוהרנהן; conferre licet והרן | דת in tit. 87 v. 2 et 11, et והרן | בנו in O. M. 16, nunc 34 v. 1-2, nisi menda scriptoris pro למעהרנהן sit, quod Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 27, legunt et M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 611, probat; cf. quæ ad tit. 37 v. 8 et 338 v. 1 adnotavimus. — החדת; objectum implicitum verisimiliter idolon. Quod nostram opinionem firmat, verbo החדת non significationem renovandi, reparandi, sed inaugurandi, dicandi inesse; cf. tit. 359 v. 2.

Versus 4. בקל; collatis בקל in tit. 230 v. 2 et בקלת in tit. 308 v. 6, interpretamur hic : «olera percepit». Müller in *Zeitschrift d. d. morgenl. Gesellschaft*, XXX, p. 673, vertit : «plantas coluit».

Versus 4-5. בהרתהמו. Vocem הרת hic et in Prideaux 10 (infra, 392), v. 4 et 6, idem ac הירת in tit. 334 v. 9 esse censemus, quod jam non cum הורת «aquæ receptaculum» comparamus, sed Mordtmannum, *Zeitschrift d. d. morg. Gesellschaft*, XXXII, p. 204, secuti, «planities» vertimus, collato arabico هيرة, voce yemenitica, ut *Ḳâmûs* testatur. D. H. Müller, *l. c.* interpretatur «collis». Notandum est in ambobus illis titulis de Radmânensium loco agi. Mordtmann et Müller, *o. c.*, p. 26, suspicantur nostrum quoque titulum e regione Radmâni ortum. — וקהו | חנן; «sicut jussit eum»; vide quæ ad tit. 374 adnotavimus. וקהו contractum e וקההו ut in Vindob. tit. 9, v. 3-4; itidem אלהמו in tit. 8 v. 2; 26 v. 3; 27 v. 6 pro אלההמו; vide Nielsen, *Ilmuḳah*, p. 11.

Versus 6. רזן; cf. nomen Arabis رزين in Wüstenfeld, *Register*, p. 382. Hommel, *Aufsätze*, p. 143, legit רזנם in Gl. 1075=Vind. 30.

Versus 7. לשרען etiam in titulo Br. Musei a D. H. Müller, *Zeitschrift d. d. morgenl. Gesellschaft*, XXX, p. 673, n° 3 edito. Num liceat nomen loci שרעם in tit. Hal. 63 Širâ'i reperti v. 1 conferre dubium nobis videtur.

Verte nunc, si lubet :

1 *Saif Dhû Mu'âdhi-*
2 *ranhan inauguravit*
3 *Îlmaḳaho, quando*
4 *olera percepit in planitie ipso-*
5 *rum, sicut jussit ipsum*
6 *dominus ipsius Razîn*
7 *Šar'ânensis.*

379

Prätorius, 2; B. M., 56.

(Tab. III.)

Titulus marmoris fragmento 0^m, 28 alto, 0^m, 39 lato inscriptus, ab imo abscissus, à ceteris lateribus integer, quatuor versus ordine *boustrophedon* ductos præbet, qui circa quatuordecim litteras continent. Monumentum Ṣan'â'o in Europam translatum in Britannico Museo nunc servatur. Ejus imaginem de ectypo chartaceo luce solis sumptam in tabula tertia invenies.

Titulum tractaverunt : F. Prätorius, *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXVI (1872), p. 425-426. — J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften und Alterthümer*, 1893, p. 31, in notula.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris :

1 ←ראבם | ועלהמו | בן
2 →ה | סכדח | זב | סחבצ
3 ←קני | אלמקה | ראסה
4 →רשו | לאקדצו | ומ

Versus 1. ראבם; Osiander, *Zeitschrift d. d. morgenl. Gesellschaft*, XIX, p. 162, comparavit arabicum رئاب; cf. nomen tribus ראבן in tit. 37 v. 5, et nominibus in commentario allatis adde ראבת in tit. Luparensis, *Nouveau Supplément* 16, v. 1, et ראבעם in transcriptione tituli nobis ignoti ab H. Derenbourg relicta. — עלהמו, non ולהמו (Prätorius). Mordtmann et Müller, in *Sabäische Denkmäler*, p. 16-17, sensum vocis על, collato arabico علا, agnoverunt et comparaverunt עלת in O. M. 2 (supra, 67), v. 18, et Cruttenden 2 (supra, 28), v. 10, ubi להמו[ע] conjiciunt. Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, p. 116, censet על in עלביתנהן tit. 69, v. 2, huc pertinere. עלהמו occurrit etiam in tit. Lupar., *Nouveau supplément*, 9, v. 1. De suffixo plurali עלהמו, quanquam auctor tituli unus, vide tit. 19 v. 2. — בן videtur ad Ri'âbum et familiam ejus referri, pro בנו defective scriptum.

Versus 2. צבחם etiam in tit. 287, v. 14; 383, v. 1, et in Hal. 83, v. 4, reperitur; cf. צבח in Hal. 195, v. 7, et 233, v. 6, et צבחהמו in tit. 383 v. 2-3. — חדכם nomen inauditum. — ראסהמו «semet ipsos»; vide tit. 371 v. 3.

Versus 4. צדקאל etiam in Hal. 193, v. 1, occurrit; cf. צדק in tit. 287 v. 2 et nomina a F. Prätorius et D. H. Müller, *Südarabische Alterthümer*, p. 49, allata; quibus adde צדקעתת in tit. 306 v. 1. — שר facile in שרחאל completur collatis tit. 152 v. 1; 187 v. 1, etc.

Transcribimus iterum, ordine solito :

1 ראבם | ועלהמו | בן — *Ri'âb cum familia eorum, filiis*
2 צבחם | בן | חדכם | ה — *Ṣabḥi, filii Ḥadhki, con-*
3 קני | אלמקה | ראסה — *secravit Îlmaḳaho personas ip-*
4 מו | וצדקאל | ושר — *sorum et Ṣadik'ilum et Šara-*
[..... חאל] — *[ḥ'ilum.....].*

380

O. M., 21, nunc 64.

(Tab. V.)

Inscriptionis inferiorem partem exhibent lapidis calcarii tria fragmenta, quorum duo conjuncta $0^m,87$ lata, $0^m,20$ alta sunt, tertium a dextera collocandum $0^m,15$ latum, $0^m,16$ altum est. E versibus longissimis primus vestigia exiguissima litterarum servavit, unde nihil elici potest, secundus aliquot voces, ceteri multo plura. Initium omnium versuum deest. Sub fine tituli exstat signum Îlmaḳahi. Monumenti imaginem luce solis expressam in tabula quinta invenies.

De titulo egerunt : Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, 1883, p. 72-76. — (J. H. Mordtmann), *Musée impérial ottoman. Antiquités himyarites... Catalogue sommaire*, p. 42-43; turcice, p. 50-51.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris transcribimus, litteras fractas complentes et quæ possumus supplentes :

. 1

. . . . . חם ו דתנים ו ובן ו אוחן ו . . . . . [ו כל] ו שע[ב . . . ב 2

. . . . . ו עמן ו] אחיר ו דתנים ו ועמן ו אלמקה ו ליכונן ו לבת[ה]מו ו ול . ו ברכתהמו ו ליופין ו אשרם 3

. ן ו לברכתן ו . . . . . ו פלתן ו ליופין ו פנוהו ו וכל ו מחמים ו פאל ו שן ו קשבן ו מחמים ו ובעד ו אפל ו צרב 4

ן] . . . לימתהלנן ו בע[מה]ו ו וכון ו דן ו ותפן ו בורח ו דאבהי ו דחרף ו ודדאל ו בן ו אבכרב ו בן ו חדמת 5

Signum numinis. . . . . כמתן ו ודיח[דל ו ונמ]ל ו נמלן ו פל ו ינכרן ו חמס ו רצים ו פאו ו חמסי ו סבטם ו לאחד ו אסם 6

Versus 2. חם; cujus nominis sit terminatio ignoramus. Mordtmann et Müller legunt ארם, sed litteræ ח vestigia perspicua sunt. — דתנים (cf. v. 3) nomen gentis inauditum, quocum licet conferre nomen hominis תני in Hal. 243 v. 8 (ubi ותני pro יתני legendum), nomen montis תנין in tit. 289 v. 24; 290 v. 6 (cf. Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 24) et nomina locorum numerosa voce ثنى vel ثنية apud Arabas formata. — אוחן. Litteræ *zây* et *nûn* sunt dubiæ. Mordtmann et Müller legerunt אויד, Mordtmann in *Catalogo* אוהד. — שעב | כל legimus, litterarum vestigia respicientes.

Versus 3. אחיר. Si litteræ א et ח certæ essent, conferendum esset אחיר in Hal. 62 (infra, 405), v. 11 et חירחמו in tit. Luparensi, *Premier supplément*, n° 24, v. 1 et 5. — דתנים; vide v. 2. — עמן. De hac præpositione vide tit. 37 v. 4. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 408, n. 2, opinatur voce עמן introduci eos contra quos auctores tituli protegi volunt. Hic autem præpositio nomen eorum qui testes fiunt antecedit. — ליכונן ab Hommelo, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 33, pro 2ª forma verbi habetur. At alterum exemplum quod affert, scilicet Gl. 739 (ab Halevyo in *Revue sémitique*, 1908, p. 293, edito), v. 6, haud facile sic explicari potest. Si hic Hommelo assentiris, verte «ut efficiat». — ברכתהמו (cf. v. 4); vide tit. 48 v. 9 et 302 v. 2. E. Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, p. 83, vertit «benedictio». — ליופין. Verbi יפי 2ª forma etiam in Hal. 51, v. 16; 152, v. 9 et 14, et in tit. Br. Musei ab Halevyo in *Revue sémitique*, 1910, p. 98, n° 2 edito, v. 2, occurrit et illic «solvere» sonat, hic «perficere». — אשרם. Mordtmann et Müller, quum non animadverterent fragmentum tertium lapidis a dextera corruptum esse, אשרם cum ן in v. 4 conjunxerunt, et arabicum شرم «mare» vel «sinus» attulerunt «canalis» interpretati. Forsan vox אשר «fundamentum» in minæis titulis frequens (Miles 4, v. 2; Hal. 124, v. 3, etc.) comparanda est, et vertendum «fundus, solum».

Versus 4. פלתן. Mordtmann et Müller dubitant utrum cum arabico فلّ et فلّيّة «campus siccus» conferendum sit an «fossa» explicandum quum vox צרב (arabice ضرب «secare») pluralem ejus אפל in fine versus sequatur. In alterum inclinamus, collato arabico فلّ «fractura parva in acie cultri». Mordtmann quærit, quum ימתהלנן | ב[עמה]ו in v. 5 sequatur, num hebraicum פלל «judicare» comparare liceat, collato הפללן | שרעתם in Hal. 8 (supra, 11) v. 2. — ליופין; vide v. 3. — פנוהו; vide tit. 339 v. 2 et 4, ubi פנו ut פנות «area» in tit. 1 v. 4 explicavimus. Exemplis jam allatis adde Gl. 1666, v. 3; titulum Britannici Musei in *Revue sémitique*, 1908, p. 193, editum, n° 1, v. 3, 5, 8, et tit. ineditum Luparensem

4734 v. 3. Glaser, *Mittheilungen*, p. 48, פנוהמו, ut legit pro פנוהו, mendosam transcriptionem in *Sabäische Denkmäler* et *Sabäische Inschriften*, p. 65, secutus, «facies ipsorum» vertit. Etiam pro præpositione פנו haberi posse judicat. Nobis videtur פנות hic canalem designare, ut Mordtmann, *Sabäische Denkmäler*, p. 79, et Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, p. 54, opinantur. — מחמים; cf. tit. 37, v. 2 et 3, et 271, ubi «territoria» vertimus, et titulis illic allatis adde Gl. 929, v. 1 et 2, apud Glaserum, *Altjemenische Nachrichten*, p. 55, et 1666, v. 3, *ibid.*, p. 54; Flemming 1, v. 4 (ubi מחמת pro מחמם legendum). Nunc Glaserum, *o. c.*, p. 55, secuti, qui hebraicum חוֹמָה confert, interpretamur «vallum, murus». — שׁן | אל; vide quæ infra, ad tit. 400 adnotabimus. — קשבן etiam in Gl. 618, v. 104-105 et 112, reperitur, ubi novam exstructionem designat. Quarta forma verbi frequens; cf. tit. 308 v. 4; 325 v. 7. Mordtmann et Müller קשבן pro nomine loci habuerunt. — בעד verisimiliter verbum secundæ formæ (Mordtmann et Müller) cum שׁן conjunctum. Quarta forma in titulo inedito Luparensi 4724*a*, v. 4-5, occurrit; præpositio בעד est nota; cf. tit. 308 v. 23 et 407 v. 23. — [ן]צרב | אפל «excavationes fossæ»; vide quæ initio versus de פלתן diximus. De radice צרב vide quæ vocis מצרב in tit. 337 v. 7 occasione disseruimus. צרב, in tit. 69 v. 6 ambiguum, in tit. 73 v. 1 et 74 v. 9 pro præpositione habitum est. *Nûnationem* hic addendam esse conjicimus, litteram *nûn* in v. 5 collocantes.

Versus 5. בע[מה]ו | ליתתחלן. Mordtmann et Müller, collato arabico استقل, vertunt : «ut se illic rei accommodet»; nos contextu freti et eamdem formam verbi arabici afferentes malumus interpretari «puniatur», quum præpositio בעם «ab» sequatur. Suffixum vocis בעמהו ad subjectum verbi שׁן refertur. Substantivum מתל «imago» in titulis minæis Hal. 147, v. 7; 149, v. 11-12; Os. 33 = B. M. 34, v. 2 reperitur. — ותפן supra, in tit. 99 v. 11 occurrit. Titulis ibi collectis adde Gl. 1548-1549, v. 8, apud Glaserum, *Altjemenische Nachrichten*, p. 77; Gl. 1065-1066 = Vind. 15-16, v. 4; titulum Britannici Musei a J. Halévy in *Revue sémitique*, 1906, p. 370, n° 4 editum, v. 5; denique numerosos titulos ineditos a Glasero, *o. c.*, p. 88, commemoratos. Glaser, *ibidem*, p. 87-94, de voce ותפן fuse disseruit et eam interpretatus est «testimonium pacis, amicitiæ, gratiæ». M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 408, n. 2, opinatur eam tantum valere ac وقف apud Arabas i. e. pactum possessionis cum dicatione numini facta. Nos, omnibus exemplis accurate perpensis, concludimus ותפן perscriptionem bonorum in publicis tabulis designare. — לאבהי; vide tit. 299 v. 1. — ודראל nomen in familiis eponymorum frequens; vide tit. 80 v. 12; 99 v. 7. — חלמת jam in tit. 83 v. 6 commemoratur.

Versus 6. כמהן verisimiliter nomen proprium gentem eponymi designans. Utrum initium vocis desit annon dubium. — ליחדל legerunt certo Mordtmann et Müller (nunc litteræ דל in fragmento tituli desunt) et interpretati sunt «is qui negliget», collato hebraico חדל. Verbum חדל jam in tit. 99 v. 9 reperitur. — ונמל[ן | נמלן complent Mordtmann et Müller et arabicum نمل comparantes vertunt : «et calumniam emittet», *nûnationem* in נמלן mirati. — ינכרן «multabitur», verisimiliter passivum secundæ formæ verbi cujus radix significat «damno afficere» (cf. tit. 29 v. 2), deinde «damnare». Quæ explanatio sequentibus confirmatur, ut Mordtmann et Müller animadverterunt. Etiam supra, in tit. 81 v. 6 jam non interpretamur נכר «avertit», sed «punivit», quod cum contextu optime congruit (Îlmaḳah enim punivit ʿAbdšamsum, quod votum solvere moratus erat). Forsan נכר in Minæorum titulo Hal. 343, v. 4, sic explicandum, aliter autem in Hal. 221, v. 4; 485, v. 8; 504, v. 3. Quarta forma verbi in tit. Massiliensi 11, v. 4, occurrit, in minæis titulis frequens (Hal. 249, v. 4; 257, v. 4, etc.). De sexta forma vide tit. 405 v. 7. — רצים «nummi boni» (Mordtmann et Müller) etiam in tit. 81 v. 9 (ubi eamdem significationem nunc præferimus) et Hal. 48 v. 10 invenitur. Comparare oportet locutionem talmudicam : הִרְצָה מָעוֹת «nummos probavit» (non «numeravit», ut commentatores et lexicographi errore explicaverunt). Nota numerum חמס, unde concludendum רצי substantivum feminini generis esse, cujus singularem רצית conjicere licet. — סבטם, quamvis alias non occurrens, certo fustem, i. e. verbera designat, collato hebraico שֵׁבֶט (Mordtmann et Müller). Nota singularem post numerum quinquaginta arabicæ linguæ instar. — אסם | לאחד; de constructione numeri אחד vide quæ ad tit. 369 v. 1 adnotavimus.

Vertimus nunc, quantum valemus :

1 .....

2 .....*ḥ Thanyensis et filius Azḥani (?)* ..... *e tota tribus* .....

3 ..... *coram optimis (?) Thanyensium et coram Ilmaḳaho, ut efficiat domui ipsorum et ..... receptaculo ipsorum ut absolvat solum*

4 ..... *receptaculo ..... excavationem, ut absolvat canales ejus et omnem murum. Neve conetur instaurare murum et amoveat excavationes fossæ*

5 ..... *puniatur. Et fuit hæc perscriptio mense Dhû-Abhayi anni Wadad'îli, filii Abkaribi, filii Ḥadhmati,*

6 ...*kamati. Et quicunque negliget vel calumniam emittet multabitur quinque nummis bonis vel quinquaginta verberibus pro singulo homine.*

381

O. M., nunc 14.

(Tab. IV.)

Fragmentum lapidis calcei, $0^m,26$ altum, $0^m,38$ latum, Byzantii in Museo Tšinili-Kiösk dicto servatum, duos versus a læva integros et ordine *boustrophedon* ductos tenet. Quum in utroque tantum perpauca permanserint, inscriptionem complere non audemus.

Titulum tractavit J. H. Mordtmann primo, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXXIII, 1879, p. 495, n° 18, deinde in *Musée impérial ottoman. Antiquités himyarites... Catalogue sommaire*, p. 22; turcice, p. 9-10.

Hæc leguntur, quæ hebraice transcripta vertimus :

𐩣𐩺𐩧𐩣𐩠 ←𐩣	ואלמקה ←𐩣	1	...*et Ilmaḳah*
→𐩣 𐩠𐩺𐩸𐩧 𐩣𐩠	→𐩣 בו 𐩣 רתתעב	2	*Nomine ʿAthtari et...* .

382

Leroux, 2.

(Tab. II.)

Lapidi calcario rudi, $0^m,27$ alto, $0^m,68$ lato, $0^m,06$ profundo titulus integer inscriptus, tres versus tenens, quorum primus viginti quinque litteras, secundus duodetriginta, tertius viginti præbet. In summo lapide incisio ut in tit. 378. Monumentum, a Revoilo in Europam translatum, nunc apud E. Leroux servatur, qui humaniter nobis facultatem imaginis luce solis sumendæ concessit, quam in tabula secunda reperies. De titulo adhuc inedito nemo egit.

Hæc leguntur :

𐩣𐩧𐩱𐩠𐩣𐩤 𐩣 𐩤𐩡 𐩣 𐩧𐩣𐩤𐩱𐩲 𐩣 𐩧𐩠 𐩣 𐩧𐩣𐩤𐩱𐩲 1

𐩧𐩲𐩡𐩺 𐩣 𐩤𐩺𐩠𐩣 𐩣 𐩤𐩲𐩠 𐩣 𐩺𐩤𐩱𐩠𐩣𐩧 𐩣 𐩱𐩺𐩤𐩧𐩣 2

𐩺𐩤𐩱𐩲𐩺𐩧 𐩣 𐩣𐩧𐩱𐩠𐩣𐩤 𐩣 𐩱𐩺𐩤𐩧𐩣 𐩣 𐩺 3

Quæ hebraicis litteris :

1 יחמאל | בן | יחמאל | שם | מדבחתן |
2 לאלמקה | לדבחרמו | בים | סבעם | ורתד
3 ו | אלמקה | מדבחתן | לופיהמו

Versus 1. יחמאל; cf. tit. 329 v. 1. — Mirare nomen filii et patris idem; aliquid simile præbet nomen צבחם | צבחהמו | בן in titulo sequente. — שם «posuit»; cf. tit. 1 v. 3; 389 v. 4; 404 v. 2; Gl. 554 v. 74. — מדבחתן. Vide quæ ad tit. 104 v. 3 adnotavimus et cf. D. H. Müller, *Südarabische Alterthümer*, p. 44-45.

Versus 2. לדבחהמו; initium vocis non omnino perspicuum, sed vix dubium; pluralis ad tituli auctorem et gentem ejus refertur; cf. ורתדו. — סבעם | בים «die septima». Vox ים defective scripta ut in tit. 338 v. 3; quod vide. De septima die mensis cujusdam agitur. In Gl. 1049 = Vind. 23, v. 2, septima dies mensis Dhû 'Abahayi nominatur. Etiam in titulo inedito, apud E. Leroux servato, legitur ל | סבעם | ביום, fine versus deficiente.

Versus 2-3. ורתדו; cf. לדבחהמו in v. 2.

Verte nunc, si lubet :

1 *Yaḥmi'il, filius Yaḥmi'ili, posuit altare*
2 *Ilmaḳaho, ut sacrificarent die septima, et commise-*
3 *runt Ilmaḳaho altare pro integritate ipsorum.*

383

Academia.

(Tab. V.)

Ectypon ab Academia litterarum humaniorum servatum inscriptionem integram quatuor versuum ordine *boustrophedon* ductorum præbet, quorum quisque sex vel septem litteras tenet. Tituli, $0^{m},13$ alti, $0^{m},14$ lati, scripturam antiquam esse e forma litterarum rotunda et triplici pede *ṣâdi* judicare licet. Ubi fuerit lapis e quo ectypon, a P. Lammens Damasco missum, sumptum est nescimus.

Hæc perspicue leguntur :

ח ו ⊴ΨΠ⅄ϟ ←
→ ר ו ⅄ΠΨΥ
ϙϟϕΥ ו ⊙⊴ ←
→ ו ⅄ΠΒϕΥ

Quæ hebraicis litteris :

1 ← צבחם ו ב Signum numinis
2 → החבצ ו ן
3 ← מו ו הקני
4 → הקמלא ו

Versus 1. Initio tituli linea curva simplex ut in tit. 378; de quo signo vide tit. 366 commentarium. — צבחם; cf. tit. 379 v. 2.

Versus 2-3. צבחהמו etiam in tit. Bibl. Maximæ Parisiensis 16 (infra, 388), v. 1, et in Hal. 643, v. 1, occurrit. Mirare suffixum tertiæ personæ pluralis in hominis nomine et cf. הופהמו in tit. 372 v. 1. Suffixum forsan ad numina complura alludit.

Ordine usitato rursus transcribimus et vertimus :

צבחם ו כ 1 *Sabḥ, fi-*

צבחה ו ן 2 *lius Sabḥahu-*

טו ו חקני 3 *mûi, consecravit*

אלמקה ו 4 *Îlmaḳaho.*

384

Fresnel, 16; Halévy, 677; Glaser, 519.

Titulus exiguissimus inter eos quos Arnaud, Halévy et Glaser in mole celebri Mâribi invenerunt. Descriptionem reliquiarum molis ab Arnaudo F. Fresnel dictitatam (cf. tit. 373 proœmium), a J. Mohl in *Journal asiatique*, 1874, I, p. 3-9, editam cum graphidibus quibus illustratur hic non supervacaneam judicabis. Sic locutus est viator :

Des deux montagnes qui forment le bassin où les eaux torrentielles étaient jadis retenues par la fameuse digue de Mareb, l'une, celle du Nord-Ouest, après avoir décrit un arc dont la concavité regarde l'autre montagne, change de direction à l'embouchure de la vallée, et s'étend à une demi-heure de là vers le Nord-Ouest en s'affaissant graduellement jusqu'au niveau de la plaine. L'autre montagne, celle du Sud-Est, ou de la droite du torrent, arrivée à l'embouchure de la vallée ou du bassin (qui est le point de plus courte distance entre les deux montagnes), se détourne brusquement vers l'Est pour former un hémicycle qui remonte vers le Nord, et disparaître enfin à une distance d'environ trois heures. L'une et l'autre portent le nom de *Bâlâk*. On remarque sur leurs flancs opposés, à droite et à gauche du lit du torrent, des vestiges de terres rapportées qui semblent avoir appartenu à l'ancienne digue et marqué sa limite vers l'amont. J'ai compté 600 (six cents) pas d'intervalle entre les deux caps dans la direction du Sud-Est au Nord-Ouest. Le torrent, qui vient du Sud-Ouest, porte le nom de *Dana* et, après avoir débouché dans la plaine, se dirige vers l'Est; il est à sec durant une partie de l'année, mais on trouve toujours de l'eau dans son lit en creusant la terre à une profondeur de trois pieds. Après la saison des pluies, les eaux affluent avec une telle abondance vers l'embouchure de la vallée, que durant un laps de deux mois on ne peut plus traverser le torrent sur ce point.....

Sur le penchant de la montagne Sud-Est, à l'embouchure de la vallée de Dana, on remarque deux constructions en pierre de taille, bien conservées, assises sur le roc l'une en face de l'autre dans la direction de l'embouchure. Elles consistent en deux massifs ayant la forme d'un cône tronqué (presque cylindrique), dont le premier (A) est parfaitement conservé et entièrement formé d'assises, et le second (B) taillé en partie sur le roc même jusqu'à la hauteur de trois pieds au-dessus de la base du premier, et terminé en haut par une construction semblable à celle de son vis-à-vis. Du massif A, qui est le plus rapproché du torrent, part un mur du môle (C), bâti sur une langue de rocher, qui s'avance à cinquante pas environ dans la direction du Nord-Est, et dont la plate-forme effleure le sommet du massif conique A. Cette construction servait probablement à diriger les eaux qui s'échappaient de l'ouverture (d'environ un grand pas) ménagée entre les deux massifs coniques A et B. Le diamètre de la base de ces massifs peut avoir cinq pas. Le massif B ne s'élève pas à la hauteur de l'autre et paraît avoir été dégradé dans sa partie supérieure. A l'aval des deux échancrures que nous avons figurées sur les faces opposées des deux massifs coniques, la surface du roc ou le seuil de la porte offre une chute verticale de cinq pieds, avec un revêtement de six assises en grandes pierres de taille. Les échancrures, figurées en regard l'une de l'autre dans le plan des massifs, représentent deux rainures étroites, régnant depuis la base des massifs jusqu'à leur plate-forme, et dans lesquelles sont pratiqués des degrés sur une rampe un peu plus inclinée que l'apothème des cônes. Ces degrés paraissent avoir été destinés à recevoir des madriers qui bouchaient l'ouverture (d'un massif à l'autre) par leur superposition à l'époque des grandes eaux et pouvaient s'enlever (de haut en bas) l'un après l'autre, au fur et à mesure de la baisse des eaux, et selon



Heliog. Dujardin

les besoins de l'irrigation. La largeur de la rainure dans laquelle les degrés ont été pratiqués laisse à peine le passage nécessaire à un homme qui veut monter ces degrés. Les cônes étant presque cylindriques, on conçoit que les rampes doivent être fort roides, quoique un peu plus inclinées que les apothèmes.

Entre le môle C et le versant de la montagne se trouve un grand roc détaché, où l'on remarque les débris d'une construction antique. Il est probable que cette construction intermédiaire n'avait pour but que de diviser à leur origine en deux grands courants Est-Nord-Est et Est la masse d'eau qui devait être subdivisée à l'infini dans la portion de la plaine qui s'étend de l'Est-Nord-Est à l'Est.

Passons à la rive gauche du torrent.

A trois cents pas environ au Nord-Ouest de l'embouchure de la vallée (en partant de son extrémité Nord-Est), on remarque des constructions architectoniques d'une masse imposante et d'une structure parfaite. Elles se rattachent au seul reste existant d'une immense digue qui fermait la vallée au commencement de l'ère chrétienne. Ce reste peut avoir trois cents pas de longueur sur cent soixante-quinze pas de largeur. Si, dans l'origine, les deux talus de la digue étaient égaux, elle devait avoir trois cents pas de large. C'est la distance entre sa limite extérieure et les derniers vestiges de terres rapportées que l'on observe entre les deux monts Bâlâk. Les constructions qui se rattachent à cette digue du côté du Nord-Ouest forment trois massifs distincts et isolés l'un de l'autre. Le plus extérieur est un grand môle M qui s'étend à deux cents pas environ vers le Nord-Est, à partir du pied de la montagne, où il a quinze pas de large (comptés sur la plate-forme) de I à K. A environ cinquante pas du point où il se rattache à la montagne, dans sa partie supérieure, on remarque un demi-cône tronqué B″, faisant corps avec le môle sur la face qui regarde le torrent, et offrant une rainure et une rampe du genre de celles que nous avons décrites en parlant des constructions de la droite. A deux pas du demi-cône tronqué s'élève un massif conique A′, auquel se rattache un petit môle C′, qui s'étend à environ vingt pas au Nord-Est. Le massif A′ offre deux rainures et deux rampes, la première en face de la rainure du demi-cône tronqué dont nous venons de parler, la seconde dans la partie opposée du massif. Enfin, à deux pas de ce massif, toujours dans la direction du Sud-Est, s'élève un dernier massif conique B′, qui offre à sa face Nord-Ouest une rampe correspondant à la seconde rampe du massif A′, et se rattache, d'une part, à un petit môle C″ de dix pas de longueur environ dans la direction Sud-Est, et de l'autre à un grand mur de revêtement qui couvre toute la largeur de la digue, depuis sa crête jusques à son point de départ dans la vaste plaine du Nord-Ouest. Les dimensions de ces massifs coniques ou cônes tronqués sont les mêmes que celles du cône tronqué A de la droite ou à peu près : cinq pas environ de diamètre à la base, et vingt-huit assises de pierres de taille, chacune d'un empan, ou environ dix-huit pieds d'apothème. Toutes ces constructions (parfaitement conservées) s'élèvent à la même hauteur. La plate-forme du petit môle C″ affleure la crête de la digue, et sa longueur est dirigée dans le sens de cette crête. Il n'a qu'une face en évidence, celle du Sud-Ouest. L'autre face et l'extrémité Sud-Ouest s'appuient sur le remblai de la digue. Le mur de revêtement qui se rattache au cône tronqué B′ est construit en pierres de taille à son origine, et en maçonnerie dans toute sa partie curviligne. Toutes ces belles constructions, d'une correction géométrique égale à celle de nos monuments européens, sont assises, non pas sur le roc, mais sur le sol de la plaine.

Ce qui reste au Nord-Ouest du torrent (de la digue proprement dite) est un remblai d'une terre légère dont je vous envoie un échantillon. La longueur de ce remblai, mesurée en dehors, de D à E, est de trois cents pas. De D à G, point correspondant au sommet de la digue, il peut y avoir cent cinquante pas. Mais il y a encore un remblai sur le versant Nord-Est de la montagne, et, du point D au pied de la verticale où ce remblai finit, on peut compter deux cents pas. Tous ces remblais sont recouverts d'un cailloutage, et cela sur trois faces : 1° sur la face qui s'élève de la plaine au Nord-Est jusqu'à la crête de la digue; 2° sur les deux faces d'un angle dièdre, qui part du sommet de la digue et descend jusqu'à un niveau (non déterminé), puis remonte vers la montagne et sur le flanc de la montagne jusqu'à une hauteur égale à celle de la crête de la digue. La distance entre ces deux sommets peut être de cinquante pas. Cet angle dièdre, hérissé d'un cailloutage sur ses deux faces intérieures, était évidemment un canal destiné à conduire les eaux du réservoir vers les deux portes A′=B′ et A′=B″...

Toutes ces constructions, et même certaines parties du roc de la montagne, sont couvertes d'inscriptions en relief...

A cent cinquante pas environ au Nord du grand môle est un réservoir rectangulaire qui était sans doute destiné à recevoir les eaux sortant de l'une des deux portes du Nord-Ouest. Mais, dans l'espace qui se trouve entre ce

(Impressum mense novembri 1911.)

réservoir et l'embouchure de la digue et du môle (EH), on n'aperçoit aucun vestige du canal qui devait y porter l'eau. . . . .»

Hac descriptione explicantur et confirmantur quæ Al-Hamdânî in *Djazîrat al-ʿArab*, p. 80 (germanice versa a D. H. Müller, *Burgen und Schösser*, II, p. 9-10) et in *Al-Iklîl*, apud D. H. Müller, *o. c.*, p. 83-84 (germanice, p. 5-6) de mole (*sidd*) Mâribi dixit; cf. etiam Halévy, *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, p. 52. Denique Glaser, *Zwei Inschriften über den Dammbruch von Mârib*, p. 2, nos docet, in Annuario turcico (*Salnâmeh*) Yemeni anni 1304 (1888-1889) brevem descriptionem molis et receptaculi cum graphidibus editam esse, cujus materiam Glaser ipse præbuerit.

Titulum brevissimum edidit J. Mohl, in *Journal asiatique*, 1845, I, p. 174, arabicis litteris, p. 183 (separatim excusum, p. 77 et 87); iterum J. Halévy, *ibid.*, 1872, I, p. 263 (separatim excusum, p. 233). Glaserum quoque titulum exscripsisse et numero 519 designavisse e catalogo Hommeli comperimus.

De titulo egit J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, 1874, II, p. 564; separatim excusum, p. 215.

Hæc pauca leguntur :



Quæ hebraicis litteris :

ם | רשו | אלמקה | ב

Littera מ finis nominis cujusdam. — רשו; vide tit. 375 v. 1. — ב forsan initium verbi בני «ædificavit».

Verte igitur :

. . . . . , *sacerdos Îlmaḳahi, ædi*[*ficavit*. . . . .

385

Fresnel, 28, 36, 44.

Tituli fragmenta tria reperit Arnaud in mole Mâribi, primum in facie interiore unius ex constructionibus saxorum quadratorum quæ in latere septentrionali orientali exstant, cetera in facie exteriore magni aggeris. Arnaudi apographon cum transcriptione arabica Fresneli edidit J. Mohl in *Journal asiatique*, 1845, II, p. 175 et 186 (separatim excusum, p. 78 et 89). Fragmenta unam tantum vocem præbent, qua inscriptio terminabatur, ut e signo patet; cf. tituli 366 proœmium.

Hoc legit Arnaud, quod hebraicis litteris et latinis :

Signa numinum | ואלמקה . . . *et Îlmaḳaho.*

Littera *wâw* in Fr. 36 tantum servata; littera *alif* in Fr. 28 male exscripta. — Linea separationis in Fr. 36 omissa, in Fr. 44 post symbolum iterata. Forsan anteibat הקני | הובם «consecravit Haubaso» ut in Fr. 32.

386

Halévy, 636.

(Tab. V.)

In ectypo chartaceo, quod P. Lammens Academiæ litterarum humaniorum Damasco misit et cujus imaginem luce solis sumptam tabula quinta præbet, tituli fragmentum $0^m,25$ altum, $0^m,19$ latum reperitur, quod inscriptionem tit. Halevyano 636 simillimam præbet, quanquam numero et ordine versuum differt; etenim ectypon tres versus ordine *boustrophedon* ductos quinque vel sex litterarum continet, apographon autem Halevyi unum versum a dextera ad sinistram scriptum. Halévy titulum suum in loco Ḥarîbat-Seʿûd dicto invenit, qui Mâribo die itineris una ad septentrionem orientalem abest; vide Halévy, *Rapport sur une mission archéologique*, p. 45-46 et 94. Titulus ab omni latere mutilatus pauca tantummodo servavit, itaque interpretatio ejus difficillima. J. H. Mordtmann, *Zeitschrift d. d. morgenl. Gesellschaft*, LII (1898), putabat Hal. 636 cum 638 et 637 esse conjungendum; at conjectura ejus ectypo nostro non confirmatur. Halévy quidem scripsit : 𐩢𐩣 | 𐩺𐩲.....𐩧 | 𐩣𐩵𐩺, hebraicis litteris transcriptum : וב | ין.....ר | תהמו.

Hæc autem in ectypo leguntur :

→ 𐩲𐩧𐩺𐩵𐩣

𐩲𐩵 | 𐩺𐩲𐩧 ←

→ 𐩵𐩺 | 𐩣𐩢 | 𐩺𐩵

Quæ hebraicis litteris :

→ ו מ ה ת ה 1

ר נ א | י. ← 2

א ו ב ו | ה ק → 3

Versus 1. התהמו forsan finis מוהתהמו. Vox מוה in Hal. 361, v. 2, et 362, v. 2 et 3, occurrit et fontem designare potest, si ad מוה «aqua» pertinet, vel fissuram terræ, si a radice והי trahitur et cum arabico وَهْيٌ comparatur.

Versus 2. רנא : arabicum رَنَأَ «spectavit» vel «tarde ingressus est» conferre licet. — Post *ya'um* litteræ *hâ* vel *ḥâ* vestigia perspiciuntur, verisimiliter initium nominis cujusdam.

Versus 3. קה sine dubio in אלמקה complendum. — Littera *alif* verisimiliter initium nomen regis, seu אליפע seu אבידע seu אבכרב, quum post numina reges invocari soleant.

Suppletis quæ suppleri possunt, transcribimus iterum, ordine solito et vertimus :

1 מו[התהמו ... *fon*[*tem*(?) *ipsorum*...

2 רנא | יה ... *spectavit*(?) *Yuha*...

3 אלמ[קה | וב | א[ליפע ... *nomine Îlma*]*kahi et Î*[*lyafaʿi*(?)...

387

Prideaux, 17; B. N., 15 (F. 2949).

(Tab. IV.)

Lapidis fragmentum $0^m,22$ altum, $0^m,28$ latum mediam partem duorum versuum ordine *boustrophedon* scriptorum tenet. Monumenti ab A. Goupil Bibliothecæ Maximæ Parisiensi donati imaginem

luce solis expressam in tabula quarta reperies. Jam Prideaux inscriptionem in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, IV, p. 200, n° 17, edidit.

De titulo egit : H. Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites de la Bibliothèque nationale*, 1891, p. 25-26.

Hæc pauca leguntur :



Quæ hebraicis litteris :

1 בן ו היתעאל ו ←

2 קמלאב ו זמלס →

Versus 1. היתעאל etiam in Flemming 1, v. 1, reperitur.

Versus 2. סלמן[מ] « tabula votiva » legimus; vide quæ ad tit. 338 v. 12-13 adnotavimus.

Transcribimus iterum ordine solito et vertimus, completis complendis :

1 . . . . . בן ו היתעאל . . . . . , *filius Haitha'ili*, ...

2 . . . כ]סלמן ו באלמק]ה ו . . . *ta]bulam votivam. Nomine Ilmaḳa[hi*

388

B. N., 16 (F. 2952).

(Tab. IV.)

Duorum versuum initia, qui, olim longissimi, nunc tredecim litteras retinuerunt, præbet lapidis fragmentum 0^m, 15 altum, 0^m, 31 latum. Titulus integer ab omnibus lateribus præter lævam; ergo erraverunt J. H. Mordtmann et H. Derenbourg initium ejus desiderantes. Monumentum ab A. Goupil Bibliothecæ Maximæ Parisiensi donatum, ubi servatur. Ejus imaginem luce solis expressam tabula quarta exhibet.

Titulum tractaverunt : J. H. Mordtmann, *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXX (1876), p. 292, n° 9. — H. Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites de la Bibliothèque nationale*, 1891, p. 26-27.

Hæc præbet inscriptio :

Quæ hebraicis litteris transcribimus, suppletis supplendis :

1 צבחהמו ו בן ו ודרא[ל].....באלמ

2 קה ו ומענאל ו [ו]חמעתת.....

Versus 1. צבחהמו, vide tit. 383 v. 2-3. Mordtmann explicat nomen, quod pro appellativo habet : « vassalus eorum », collato ethiopico ጸበረ *ṣabaḥa* « tributum ». Derenbourg vertit : « eos mane salutavit ». — [ודרא[ל; cf. tit. 80 v. 12; 99 v. 7; 314 v. 10.

Versus 2. מענאל, nomen inauditum, quod Mordtmann interpretatur arabico مُعين ايل. Cui opinioni Derenbourg objicit hominem adjutorem dei appellari non posse. At מענאל, si מען a radice ען ducere liceret, « deus est adjutor » significaret. Quum autem مُعين sabaice non

מתן sed מתן scribendum sit, malumus verbum مَعِن «crevit, viguit» et أَمْعَن «perseveravit» comparare; cf. nomen مَعْن notum apud Arabas. — H. Derenbourg opinatur Maʿn'ilo cognomen Ḥamʿathat honori datum esse. Nos suspicamur ante חמעתת conjunctionem *wâw* errore lapicidæ omissam sicut in tit. 343 v. 1. Maʿn'ilum et Ḥamʿathatum dominos auctoris tituli fuisse veri simile, quum post Ilmaḳahum nominentur.

Verte igitur, si lubet :

Ṣabḥahumû, filius Wadaḏ'ili, ...[Nomine Ilmaḳahi et Maʿn'ili [et] Ḥamʿathati. ....

ARTICULUS II.

ILMAḲAH, DOMINUS AWWÂMI.

Awwâmum nomen sacrarii fuisse e titulo 80 v. 9 comperimus, quod in urbe Alw situm erat. Glaser quidem, *Skizze der Geschichte Arabiens*, p. 68 in notula, contendit nomine Awwâm etiam templum Ilmaḳahi in urbe Mâribo designatum esse, titulum suum 484 argumentum afferens, ubi scriptum esse dicit: «Yadaʿ'il Dharîḥ, filius Sumhuʿalayi, *mukarrib* Sabæ, circumdedit muro Awwâmum, templum Ilmaḳahi, die quo ʿAthtaro sacra fecit...» Quum Glaser inscriptionem ipsam non ediderit, probare nequimus an recte eam interpretatus sit, eo magis quod nomen loci nomini appellativo anteire non solet. Titulus ipse de urbe Mâribo explicite nihil dicit. D. H. Müller. *Epigraphische Denkmäler aus Abessinien*, p. 61, nomen templi Awwâm in titulo Yeha 5 se agnoscere putavit; quod perdubium est. Ilmaḳah, dominus Awwâmi, jam in tit. 74, 80, 99, 126, 147 (?) est commemoratus.

389

Os. 34; B. M., 36.

Lapis arenosus $0^{m},41$ altus, $0^{m},22$ latus, titulum septem versuum præbet, quorum quisque novem ad quindecim litteras tenet. Monumentum Mâribi repertum et in Museo Britannico servatum ediderunt S. Birch et A. W. Franks, *Inscriptions in the Himyaric Character*, 1863, nº 36.

De titulo egerunt : E. Osiander, *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XIX (1865), p. 273-277. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, 1873, II, p. 325-327; separatim excusum, p. 108-110. — F. Prätorius, *Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften*, II, 1874, p. 18. — W. F. Prideaux, *A Sketch of a sabæan Grammar with examples of translations* in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, V (1876), p. 206-207. — J. Halévy, *Revue sémitique d'épigraphie et d'histoire ancienne*, XVIII (1910), p. 484

Hæc leguntur :

Quæ hebraicis litteris :

1 אחתאמהו | ו Signum numinis.
2 שפנרם | בעלת
3 י | חמתן | בחלף | הג
4 רן | מריב | שמתי | ות
5 נן | לאלמקה | בעלא
6 ום | חנן | וקהמי | במ
סאלהו | לופיהמי

Versus 1. אחתאמהו. Nomen mirum, quum suffixum masculinum הו ad feminam se referat, nisi littera *wâw* menda sit; cf. Hommel, *Aufsätze und Abhandlungen*, p. 136. Prideaux recte comparavit nomen viri hebraicum אחאב. Cui adde nomen rabbini talmudicum אחדבוי (Halévy) et syriacum primatis Jacobitarum ܐܲܚܲܕܒܘܝ. Nomina simili modo composita apud Sabæos sunt עבדמראהו in Gl. 1546 = Vind. 5 (infra, 409), v. 1, et אמתאבה in Gl. 1054 = Vind. 7, v. 1; cf. D. H. Müller, *Südarabische Alterthümer*, p. 18.

Versus 2. שפנרם. Osiander et Halévy in *Études sabéennes*, contendunt שפנרם e שפן et רם compositum. Prior arabica verba varia comparat, significationem certam non eliciens; alter exemplum profert hebraicum ספן = צפן « celare », et רם, nomen numinis « ὕψιστος », in אֲבִירָם, אֲחִירָם. Prätorius negat שפנרם nomen compositum esse confertque arabicum شنفار « agilis » et nomen poetæ شَنْفَرَى. In *Revue sémitique* Halévy inter שפנרם et שפ־נרם hæsitat. In alterum inclinamus et suspicamur שפנרם e שף « vidit » et נרם, nomine numinis cujusdam, constare, conferentes hinc שפעתת in tit. 353, v. 11, et [ר]שפסח in tit. 69 v. 6, si Glasero, *Altjemenische Nachrichten*, p. 114, in notula, credis; illinc נכנרם, in tit. 339 *bis*, v. 1, et forsan לוכנר, in Gl. 618, v. 9.

Versus 2-3. בעלתי | חמתן « dominæ duæ Khaimati ». Sequimur F. Lenormant, *Lettres assyriologiques*, II, p. 44-45, animadvertentem : « Feudalis dominatio; ex possessione feudi pendens in antiquo Yemeno sicut in medio ævo, a feminis exerceri potest. » Quod Prätorius repudiat putans mulieres de quibus in titulo agitur pauperes esse, quum solum « tabernaculum » possideant. At vix intelligi potest possessionem tabernaculi in inscriptione commemoratam esse. Halévy vertit : « incolæ ». Vox בעלתי etiam in tit. 61 restituta est. חמתן nomen castelli esse conjicimus; cf. الخيمة, nomen collis, in Yâḳûti *Muʿdjâmo*, p. 510.

Versus 4. מריב; cf. tit. 19 v. 6 et vide plateam ad tit. 373 pertinentem. — שמתי; cf. tit. 1 v. 3.

Versus 4-5. ותן; cf. tit. 204 v. 2.

Versus 6-7. בסאלהו | וקהמי | חנן; vide quæ tit. 374 occasione scripsimus. וקהמי contractum e וקההמי ut וקהו in tit. 378 v. 5; quod vide.

Nunc verte si lubet :

1 *ʾUkht'ummihû et*
2 *Šafnar, dominæ du-*
3 *æ Ḳhaimati in provincia ur-*
4 *bis Maryabi, posuerunt ido-*
5 *lon Îlmaḳaho, domino Aw-*
6 *wâmi, sicut jussit eas ora-*
7 *culo suo, ad incolumitatem ambarum.*

390

Halévy, 44; Glaser, 900.

Titulus tres versus circiter undeviginti litterarum continens a J. Halévy Ṣirwâḥi inventus. Qui inscriptionem in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, p. 105, edidit et p. 239 partim interpretatus est. Etiam E. Glaser titulum exscripsit, ut e catalogo Hommeli patet.

Hæc legit Halévy :

ﻮﻋﻬﻴ٥ ١ ٥٩ ١ ٩٩٩٥ ١ ٦ﻸﻋﻋ٥
ﻛﻫ ١ ﺭ٦ﻮﻫﻛﻷ٩ ١ ٥٩ ١ ٥٩ﻮ
٥ﻴ٩٥٥٦ ١ ﻮ٥ﻸ ١ ٦٥ﻫ٦ ١ ﻮﻛﻮ

Quæ hebraicis litteris emendata littera prima :

1 ודראל | ענגן | קף | והחדת
2 מקף | קף | יכרבמלך | בר
3 מתם | לבעל | אום | לופיהו

Versus 1. עדראל in ודראל sine dubio emendandum; cf. tit. 388 v. 1. — ענגן; vide tit. 333 v. 2. — קף «consecravit» a radice קיף ortum; de qua vide tit. 337, v. 12. — החדת «inauguravit, instauravit»; vide tit. 359 v. 2.

Versus 2. יכרבמלך | קף | מקף. Nobis videtur Wadad'îl nomine Yakrubmaliki lapidem votivum erexisse. De nomine יכרבמלך vide supra, tit. 375, v. 1.

Versus 2-3. רמתם; vide quæ nominis רמת occasione ad tit. 339, v. 1, adnotavimus. — אום | בעל. Mirum satis Ilmaḳahum cognomine solo designari. — לופיהו. Suffixum ad Wadad'ilum verisimiliter refertur.

His paucis præmissis, vertimus :

1 *Wadad'il ʿAnanensis consecravit et inauguravit*
2 *lapidem votivum quem consecravit Yakrubmalik Ra-*
3 *mati domino Awwâmi ad incolumitatem suam.*

391

Halévy, 662; Lupar., M. N. B. 996.

(Tab. IV.)

Lapis $0^m,10$ altus, $0^m,50$ latus, $0^m,10$ profundus, a sinistra fractus titulum quatuor versuum exhibet, quorum primus quatuor et viginti litteras, ceteri minus tenent. In cujusque versus fine aliquot litteræ desiderantur. Monumentum a J. Halévy Mâribi repertum et inde Lutetiam translatum nunc in Museo Luparensi servatur. Ejus imaginem luce solis expressam in tabula quarta reperies. J. Halévy titulum edidit in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, p. 231, et gallice vertit p. 265.

Versus 1. דקיפע[צ] etiam in tit. Hal. sabæo 154, v. 2, et minæo 365, v. 1, occurrit. — יה[ען complemus, quum litteræ *ʿayn* vestigia dispici putemus; cf. tit. 37 v. 1 et 4, 289 v. 10.

Versus 2. ים. Quum permulta nomina his litteris desinentia in orbe inscriptionum reperiantur, scilicet ארים, לדים (?), מתנים, נסים, נעים, דעמים, הדים, חזים, חרים, ראים, פתים, עסים, סלים, שכים, תים, תנים, unum eligere non expedit. — הקני ad primum consecrantium refertur, nisi בני pro בן menda scriptoris sit. — אלמקה. Mirare litteram *alif* ad sinistram pergentem

Verte, si lubet :

1 ....., *cum .... et Ṣadiḳyafaʿo, filiis Yuhaʿîni,* .....
2 .....*yam, consecravit Îlmaḳaho.*

CAPUT OCTAVUM.

INSCRIPTIONES SABÆÆ DEO ʿATHTARO DEDICATÆ.

ARTICULUS I.

ʿATHTAR.

Numen ʿAthtarum totus orbis gentium semiticarum veneratus est. Nam omnino non dubium est quin deus quem Yemenenses ʿAthtarum appellabant idem fuerit ac dea Phœniciorum Astarte. Quod jam Fresnel in *Journal asiatique*, 1845, II, p. 199-201 et 226-229, ostendit, Seldenii *Syntagmata*, t. II, cap. II et IV, invocans, ubi Venus Sidoniorum utriusque sexus fuisse dicitur; cf. Schlottmann, *Zeitschrift d. d. morgenl. Gesellschaft*, XXIV, p. 651, in notula, et Lagrange, *Études sur les religions sémitiques*, p. 133-134. Etiam ab antiquissimis temporibus incolæ Assyriæ et Babyloniæ Ištarum coluerunt, et duo numina distinxerunt, quorum unum mas, aliud femina est; vide Zimmern et Winckler, *Die Keilinschriften und das alte Testament*, p. 423.

Omnes consentiunt ʿAthtarum Veneris planetam designare, ut jam Romani antiqui Aphroditen, id est Astarten Græcorum, Veneri assimilaverunt. Nomen ipsum עתתר a radice עתר trahendum est, ut F. Delitzsch, *Assyrische Grammatik*, p. 181, Ištarum explicavit, præfixo *tâ* ad secundum locum et inde ad tertium transposito, quod in semiticis linguis non semel occurrit; cf. F. Hommel, *Aufsätze und Abhandlungen*, p. 156; G. A. Barton, *Hebraica*, X, p. 69-71, et *Journal of the American Oriental Society*, XXXI, p. 358. Utrum עתר « dives fuit » an « irrigavit » an aliud significet, disceptatur.

ʿAthtarum, numen commune Semitarum, Minæi et Sabæi pariter adoraverunt, illud semper primo in serie numinum invocantes. Itaque numerosi tituli huic deo dicati utrinque reperiuntur. Alia quidem numina in utriusque gentis inscriptionibus commemorantur, scilicet Wadd, Šams et Mutibnatiy, sed primum apud Sabæos rarius, cetera apud Minæos rarissime invocantur. Minæos titulos ʿAthtaro dicatos in tomo tertio reperies. Etiam hoc ʿAthtaro peculiare, quod interdiu in serie numinum quæ titulos terminat bis reperitur; vide supra, p. 9, quæ ad tit. 365 v. 20 adnotavimus.

Symbolon ʿAthtari bucranium est (non caput anthalopis, ut Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 11, scripserunt) vel ♆, quod, sæpissime cum signo Îlmaḳahi ☤ conjunctum, a bucranio ortum esse veri simile est; vide supra, p. 11-12.

In hoc articulo primo de titulis ubi ʿAthtar nullo epitheto ornatus invocatur agimus. Quales sunt ii, qui tractantur numeris jam editis scil. 35, 43, 47, 123, 155, 172, 227, 268, 281, 290, 295, 324. In aliis ʿAthtar commemoratur quanquam inscriptio ei non est dicata. Ex quibus aliquot jam publici juris fecimus n^is 42 (?), 364, 365, 366, 374, 375, 381, 398, 399, 402, 409; cetera capitibus futuris reservamus, videlicet Hal. 156, 159, 614, 631, 632, 633 + 635, 634 = O. M. nunc 10 + B.M. 58, et tit. B. M. ab Halevyo in *Revue sémitique*, 1910, p. 98, n° 3, editum.

(Impressum mense februario 1914.)

413

Lupar.. 1537.

(Tab. VIII.)

Lapidis fragmentum $0^m,295$ altum, $0^m,49$ latum, $0^m,10$ profundum, modo a dextera integrum, titulum exhibet qui quatuor versus circiter viginti litterarum tenet. Quum pleraque desint, contextus restitui non potest. Inscriptionem antiquam esse, cum ex ordine versuum *boustrophedon* dicto, tum e veteribus formis litterarum judicare licet. Monumenti exemplar arte photographica expressum in tabula octava nostra reperies.

De titulo egerunt : H. Derenbourg, *Premier supplément aux monuments sabéens et ḥimyarites du Louvre*, n° 16, in *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, VI, 1904, p. 35; separatim excusum, p. 7. — Idem, *Répertoire d'épigraphie sémitique*, II, 1907, p. 72-73, n° 645. — M. Lidzbarski, *Ephemeris für semitische Epigraphik*, II, 1908, p. 388.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris transcribimus, fractas restituentes :

פלא | תתדסו | באמ | תלשו | ים →
← ם | אאאאאאמממכ | והופי | עת
טפהיו | והרצמו | קפשמע | ה →
← נן | וראס וכל | אלת | בם | אחד

Versus 1. תמסי sine dubio complendum est, collato v. 2, ubi numerus rationali littera ק = 50 iteratur. — שלת forma antiquior quam תלת; vide supra, quæ ad tit. 371 v. 2 adnotavimus. — מאם «centum» etiam in Gl. 1000 *c*, v. 1, reperitur (Hommel, *Süd-Arabische Chrestomathie*, p. 48), et confer מאנם in tit. 353 v. 13. — סרתת. In recentioribus titulis סדת in סת contractum; vide Hommel, *o. c.*, p. 47.

Versus 2. De litteris rationalibus quibus Sabæi et Minæi usi sunt, vide Hommelum, *o. c.*, p. 8.

Versus 3. A sinistra litteræ ה vestigia circuli litteræ ק dispici putamus, itaque וקה restituimus. — עמשפק, quem «arcis defensores» comitantur, pro capite tribus habendus est, forsan vir idem qui in tit. 37 v. 4-5 nominatur; vide quæ illius tituli occasione scripsimus. In tit. 131 v. 1 et 2 ʿAmšafaḳ alter epitheto אקינם, כבר ornatur, in tit. inedito Luparensi 4734 v. 2 tertius כברהמו appellatur, in tit. 317 v. 1 quartus קול כמעי; cf. E. Glaser, *Mittheilungen*, p. 11. — מצרהו; vide tit. 308 v. 12 et 353 v. 7.

Versus 3-4. יהפטנן cum æthiopico አፍጠነ «properavit» conferre malumus quam cum arabico فطن «intellexit». Lidzbarski utramque comparationem repudiat. Derenbourg dubitanter emendat, ויהופינן = ויהפינן legens. — ראס forsan pluralis. — אלת pronomen demonstrativum; vide quæ ad tit. 353 v. 15 adnotavimus. — אחד | בם. Præpositioni ב pronomen indefinitum additum est sensum non mutans; cf. Hommel, *o. c.*, p. 16. אחד | בם interpretamur «per unum», i. e. sigillatim.

Iterum transcribimus ordine solito et restitutis paucis :

1 ....חכ]סי ו ושלת ו מאם ו וסדתת ו אלפ
2 ם ו אאאאא כמכ ו והופי ו עת[הרו....
3 ....וק]ה ועכשפק ו ומצרהו ו ויהפט
4 נן ו וראס ו כל ו אלת ו כם ו אחד....

Et vertimus, quantum valemus :

1 *....quinqua]ginta et trecentos et sex mili-*
2 *a* (MMMMMM CCCL) *et servavit ʿAth[tar.....*
3 *....jus]sit ʿAmmšafaḳum et arcis defensores ejus, et propera-*
4 *bunt. Et capita omnium horum sigillatim.....*

414

Hal., 176.

Titulum reperit J. Halévy in loco Al-Ḥazm Hamdân dicto (vide tit. 399 proœmium) et in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 164 (separatim excuso, p. 134), dêscripsit et partim gallice vertit, *ibid.*, p. 497 (separatim excusum, p. 245). Apographon Halevyi quinque versus præbet, quorum quatuor viginti duas ad sex et viginti litteras, tenent, ultimus septem. Verum inter v. 4 et 5 versum prætermissum esse commentarius tibi ostendet.

Titulum tractavit F. Prætorius, *Neue Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften*, 1873, p. 22, n. 2.

Hæc apud Halevyum leguntur :

1 ◦ ו ⵔXⵎ◦ⵣ ו ⵅⵎ ו ◦ⵖⵖⵔ◦ ו ⵅⵎ ו ⵚⵅⵅⵔ◦
2 ⵐⵠ ו ⵠⵅⵎ◦ ו ⵅⵐⵎ ו Xⵂ ו ◦ⵢⵜⵓⵅ ו ⵜⵃ ו ⵠⵚ
3 ⵐⵔ◦ ו ⵔⵐⵚⵠⵔ ו ⵠⵖⵚⵔ ו ⵎⵂⵔ ו ◦ⵢXⵔ
4 Xⵂ ו ⵎ◦ ו ⵢⵖⵔⵜⵛ ו ⵎ◦ ו ⵐXⵖ◦ⵎ ו ⵅ
5 ⵅⵠⵎ ו ⵜⵛ◦

Quæ hebraicis litteris transcribimus, vocem primam emendantes et aliquot litteras et versum unum addentes :

1 עמאנס ו בן ו עמיתע ו בן ו שובתם ו ע
2 סי ו כל ו נחלהו ו דת ו ברן ו ובני ו חר
3 מתהו ו מדב ו מסקי ו מיסרם ו ומר[בצ
4 ן ו בעתתר ו וב ו אלמקה ו וב ו דת
[חמים ו וב ו דת ו בעדנם ו וב ו יד]
5 עאל ו בין

Versus 1. עמאנס, nomen frequens (vide tit. 13, v. 1; 119, v. 1, etc.), legit recte Prætorius. — עמיתע etiam in Hal. 484, v. 1; 580; 589; Acad. 3, v. 3, occurrit; de radice יתע vide quæ ad tit. 366, v. 3-4, adnotavimus. — שובתם nomen inauditum hominis vel tribus; cf. M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 317.

Versus 1-2. עסי. Prætorius et D. H. Müller, *Sabäische Inschriften*, p. 56, interpretantur «consecravit», credentes ברן | ת nomen deæ esse; cf. Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 58. Sed ברן | ת nomen palmeti, non numinis, est; itaque expedit servare verbi עסי significationem solitam «fecit», i. e. composuit. — ברן | ת; vide quæ Mordtmann et Müller, *l. c.*, scripserunt.

Versus 2-3. חרמתהו; vide commentarium tit. 366. — מוב, nomen loci muniti; cf. adnotationem tit. 39 et proœmium tit. 40. Exemplis ibi allatis adde Hal. 237, v. 4, 5, 6, 8; 355; Gl. 1302, v. 1, et cf. D. H. Müller, in *Wiener Zeitschrift f. d. Kunde d. Morgenl.*, II, p. 187-188; O. Weber, *Studien*, II, p. 6, et M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 277. — מסקי attributum verbi בני, nisi conjunctio *wâw* omissa est. — ומר | מיסרם Potius nomina appellativa quam propria sunt. מיסרם forsan cum hebraico מִישׁוֹר «planities» comparandum est. De verbo יסר vide tit. 308 v. 18 et 24; 396 v. 5. יסרן dubio sensu in Fr. 12, v. 2; 13 = Hal. 678, v. 2; 14 = Hal. 674, v. 2, occurrit. Vox מר fine caret et forsan in מר[בצ]ן «septum» complenda est; cf. tit. 5 v. 2; 339 v. 2-3.

Versus 5. Minime dubium quin עאל (a Prætorio in ואל emendatum) terminationem vocis ידעאל præbeat et inter v. 4 et 5 versus unus prætermissus sit, qui facile restituitur; cf. tit. 375.

Verte igitur :

1 *ʿAmm'anas, filius ʿAmmyathaʿi, filius Śaubati, compo-*
2 *suit totum palmetum suum Dhât Barrân et exstruxit*
3 *oppidum suum Madhâb (ad) irrigationem planitiei et septu-*
4 *m. Nomine ʿAthtari et Ilmaḳahi, et Dhât*
[Ḥimyami et Dhât Baʿdâni et Yada-]
5 *ʿîli Bayyin.*

415

Hal., 336 (= Gl. 1469) + 335.

Duo titulorum fragmenta J. Halévy in loco Al-Baiḍâ dicto (de quo vide tit. 377 proœmium) reperit, in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 196 (separatim excuso, p. 166), descripsit et *ibidem*, p. 503 (separatim excusum, p. 251), gallice vertit. Prius unum versum a sinistra ad dexteram ductum tenet, unde Halévy, *o. c.*, p. 82, concludit unum versum, si non plures, antea deesse. J. Mordtmann, *Zeitschrift d. d. morgenl. Gesellschaft*, XLVII (1893), p. 401, conjecit tit. 336 ante tit. 335, aliquot litteris suppletis, collocandum esse. Ceterum tituli conjuncti ad finem inscriptionis pertinent. Alterum titulum Glaser quoque exscripsit, ut e catalogo Hommeli comperimus.

Hæc apud Halevyum leguntur :



Quæ hebraicis litteris :

1 ← בנשקם | בעתתר | וב | אלמקה

2 → בו | זדעבתדבו | סי

Versus 1. נשקם potius nomen loci quam gentis, de quo vide tit. 399 v. 1. Halévy quidem vertit «par Naschq^{m}», sed quum בעתתר sine copula sequatur, בנשקם non ad invocationem finalem pertinet.

Versus 2. לתבעדן *mîmatione* caret ut in Fr. 48 et 50, in titulo a Lenormant, *Comptes rendus de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres*, 1868, p. 63 edito, v. 14; Hal. 628, v. 5; 630, v. 8-9; 653, v. 9. — Utrum nomen numinis an hominis postea evanuerit, decernere non audemus.

Iterum transcribimus ordine solito et pauca, Mordtmannum, *l. c.*, secuti, supplemus :

1 בנשקם | בעתתר | וב | אלמקה

2 ובדתחם]ים | ובדתבעדן | וב

Et vertimus :

. . . . . .

1 *Našḳi. Nomine ʿAthtari et Îlmaḳahi*

2 *et Dhât Ḥim]yami et Dhât Baʿdâni et*

. . . . . .

416

O. M. 20, nunc 41.

(Tab. VIII.)

Lapis calcarius, nunc in duo fragmenta ruptus, o^{m},30 altus, 1^{m}, 06 latus, o^{m},13 profundus, titulum exhibet, qui quatuor versus circiter quinquaginta litterarum tenet. Initium v. 1 evanuit et in v. 4 aliquot voces detritæ sunt. Mordtmann et Müller crediderunt monumentum ab omnibus lateribus integrum esse, nos, quum titulus fine careat, versum unum, si non plures, ab imo deesse existimamus. A dextera exstat pars inferior signi ingentis, quod Mordtmann idem ac signum H esse conjicit. Supra, in commentario tit. 366 diximus H esse symbolon Îlmaḳahi, unde concluseris monumentum huic numini dicatum esse. Scripturam tituli antiquam esse notavit Mordtmann. Imaginem ejus luce solis expressam in tabula octava reperies.

De titulo egerunt : Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, 1883, p. 70-72. — (J. H. Mordtmann), *Musée impérial ottoman, Antiquités himyarites... Catalogue sommaire*, 1895, p. 34; turcice, p. 34-35.

Hæc leguntur :

Signum numinis 1 ⊙ϟ|| | ⅂ϟ||ↄ⊙ | ⊡ψↄ ≻ω | || ω⅁ | ⊙ϬΨ ϟ⊙ | ϟ⊙Ⅲ⊓ | || ɔ⅁⊙ | ⊙ϟ |||

2 ⅁⊙Π | ϟ⊙◇ϒ | ⊙⊡ϬΧϒΠ | ϟↄ◇≥Ϭ⊙ | ϟↄ⅁⊙Ϭ⊙ | ⊙ϟↄΠ | ϟↄϟϬ | ϟΠ | ⊡ϟϟ | ϟↄϟ⊙

3 ↄ⊡ϟ | ϟϟↄ⊙ | ⊡◇⊡ | Π⊙ | ⊡ϟϟ⊙Π | ΧЯΠ⊙ | ⊡ϒ⊡Ψ | ΧЯΠ⊙ | Ϭ◇⊡⅂ϟ⊙ | ϬΠϬ⊙ | ↄΧ

4 .⊙Ξ | Χ⊡ϒ◇⊡ | ⌐ | ϟↄ.ϬϬ | ᵘ.Π | ⊡ↄ⅂.ᵉ | ᵑ.ↄ◇ | ⊙ϬϟΠ⊙ | Χ....Ϭ | ⊙⊡ϬϬ

Quæ hebraicis litteris transcribimus, litteras fractas complentes et supplenda supplentes :

1 .....ו]בנהו | עקרבן | אטוד | ואחהו | תוב | ושרחם | ורבאל | בנו

Signum numinis.

2 וארן | אדם | בן | סארן | בראו | והותרן | והשקרן | ביתהמו | יפען | בעת

3 תר | והבס | ואלמקה | ובדת | חמים | ובדת | בעדנם | וב | מקם | ורדא | אמר

4 אהמו | ה[....]ת | ובנהו | פר[ע]ם | ו.לרם | ב[נ]י | ס[א]רן | [ו]ב | מקימת | שו[ע

Versus 1. ובנהו. Mordtmann et Müller vertunt «filii ejus», Hartmann, *Arabische Frage*, p. 301, recte «filius ejus». — אטוד | עקרבן. De nomine vide tit. 345 v. 1. Cognomen, alias non repertum, adjectivum elativum est a טורם «mons» formatum, quod cum תהמת conjunctum occurrit in Gl. 554, v. 3, 5; 618, v. 8, et in titulo quem Al-Hamdânî, *Djazîra*, p. 208, citat; cf. arabicum طود «mons elevatus». אטוד igitur significat «montuosus, altus». — אחהו pluralis (Hartmann, *o. c.*), non singularis (Mordtmann et Müller); cf. tit. 72 v. 1. — תוב verisimiliter a תובאל decurtatum (Mordtmann et Müller); de quo vide tit. 87 v. 1. Compara תובן in tit. 35; 315, v. 16; Hal. 682, v. 1; Gl. 1052 = Vind. 6, v. 1. — שרחם nomen frequens; vide tit. 158, v. 1; 231, etc. — רבאל; vide tit. 17 v. 1; 285 v. 3.

Versus 2. וארן nomen gentis inauditum, quocum Mordtmann et Müller conferunt arabicum وار «tremefecit». — סארן nomen tribus, de quo vide tit. 282 v. 1. — יפען etiam in tit. 256 v. 4 nomen domus.

Versus 4. ה....ת legunt Mordtmann et Müller הופעתת, de cujus interpretatione vide quæ nominis הופהמו occasione ad tit. 372 v. 1 scripsimus, et cf. nomina propria הוף, הופאל, הופוד, הופעם, in quibus omnibus הוף «servus» vel aliquid simile significat. Ceterum הופעתת vestigiis litterarum vix respondet. — פר[ע]ם. Sic legit Mordtmann in Catalogo, litteris פר non omnino perspicuis. De hoc nomine vide tit. 53 v. 1. Cognomen quoque est nominis יצרקאל in Minæorum tit. Luparensi ab H. Derenbourg, *Nouveaux envois*, 1, v. 3, edito et in tit. Luparensi inedito 4741, v. 1. — [א]לרם legimus potius quam אגרם (Mordtmann et Müller). De utroque nomine vide quæ infra ad tit. 440 v. 4 adnotavimus. — שו[ע] | מקימת | וב legunt Mordtmann et Müller in fine versus et vertunt «potentia socii», quod accipimus, meliora non dispicientes.

Verte nunc, si lubet :

1 *.....et filius ejus ʿAḳrabân Aṭwad et fratres ejus Thaub et Šarḥ et Rabb'îl, filii*
2 *Wa'râni, vassali filiorum Su'râni, condiderunt et fundaverunt et texerunt domum suam Yafʿânum nomine ʿAth-*
3 *tari et Haubasi et Îlmaḳahi et Dhât Ḥimyami et Dhât Baʿdâni et potestate et favore domi-*
4 *norum suorum Ha[.....a]ti et filiorum ejus Farʿi et Îlrâmi, filiorum Surʿâni, et potestatibus soci[i.....*

417

Lupar., 1536.

(Tab. VIII.)

Titulus in lapidis fragmento 0^m, 25 alto, 0^m, 27 lato, 0^m, 09 profundo inscriptus, duos versus circiter duodecim litterarum ordine *boustrophedon* ductos tenet, quorum prior ad dexteram, alter ad sinistram pergit, ad modum tit. 375. Scriptura præcellens veteres formas exhibet, quarum imagi-

nem de monumento ipso sumptam et luce solis expressam in tabula octava inspicere poteris. Quum titulus a dextera et læva abruptus sit et pauca modo permanserint, contextus restitui non potest; attamen inscriptionem fuisse similem tit. 371 in aliquot congruentibus vocibus indicari videtur.

Titulum tractavit H. Derenbourg, *Premier supplément aux monuments sabéens et ḥimyarites du Louvre*, in *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, VI (1904), n° 23, p. 41; separatim excusum, p. 13. — Idem, *Répertoire d'épigraphie sémitique*, II, 1907, n° 651, p. 78-79.

Hæc leguntur :

→ 𐩸 ו 𐩣𐩱𐩧𐩵𐩺𐩠 ו 𐩠𐩺𐩠

𐩧𐩸𐩠𐩱 ו 𐩺𐩠𐩸 ו 𐩠𐩵𐩺𐩱 ←

Quæ hebraicis litteris :

→ ת ו והרחכמ ו וכו 1

ברהו ו תעד ו בעתת ← 2

Versus 1. Littera ת, tit. 371 collato, in שלת «tertia pars» complenda est. — מבחרהו «receptaculum ejus»; vide tit. 371 v. 2. — וכו in וכון complet H. Derenbourg.

Versus 2. תעד pro nomine hominis habet H. Derenbourg. At, quum in tit. 371 certe sit nomen appellativum, hic ut illic interpretamur «possessio» vel «possedit», dubitantes utrum substantivum in statu constructo cum בעתתר an verbum sit.

Iterum transcribimus ordine solito, complentes quæ compleri possunt :

ש[לת ו מבחרהו ו וכון

ע]ברהו ותעד ו בעתת[ר

et vertimus :

1 . . . . . *ter]tiam partem receptaculi sui. Et fui[t* . . . .

2 . . . . . *se]rvus ejus possessio nomine ʿAthta[ri* . . . .

418

Gl., 926.

Titulum hebraicis litteris transcriptum edidit et vertit E. Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, p. 98-99. Monumentum ipsum, a quo inscriptionem sumpsit, invenit in loco El-Mesdjaḥ dicto, prope Ṣirwâḥum sito; vide ejus *Skizze der Geschichte Arabiens*, p. 66. Titulus, ordine *boustrophedon* ductus, quatuor versus longissimos tenet, quibus versus unus anteibat, si non plures. Etiam finis deest.

Quæ Glaser hebraice edidit, rursus sabæis litteris transcribimus ordine *boustrophedon* :

→ 𐩢𐩡𐩦𐩺 ו 𐩶𐩲𐩠𐩦𐩺 ו 𐩦𐩺 ו 𐩠𐩺𐩺 ו 𐩠𐩣𐩦𐩺 ו 𐩤𐩦𐩺𐩠𐩺𐩺 ו 𐩠𐩵[H]𐩦𐩪 ו 𐩵𐩤 ו 𐩣𐩺𐩡𐩪𐩺 ו 𐩠𐩵𐩤 ו 𐩣𐩶𐩦𐩶 ו 𐩤𐩵𐩤 ו 1

𐩠]𐩠 ו 𐩠[𐩲]𐩪𐩴𐩶𐩣𐩦𐩠 ו 𐩲𐩱𐩠𐩣𐩶 ו 𐩠𐩲𐩪𐩣𐩦 ו 𐩠𐩲𐩱 ו 𐩦𐩸𐩲𐩲𐩠 ו 𐩦𐩸𐩲𐩣 ו 𐩢𐩱𐩮 ו 𐩴𐩱 ו 𐩪𐩱𐩣𐩠 ו 𐩴𐩠 ו 𐩢𐩱𐩮 ← 2

→ 𐩲𐩺]𐩠 ו 𐩢𐩲𐩺𐩺 ו 𐩪𐩵𐩸𐩺𐩣 ו 𐩦𐩸𐩠 ו 𐩶𐩺𐩤𐩢𐩲 ו 𐩠𐩸 ו 𐩪𐩪𐩵𐩲𐩠 ו 𐩠𐩸 ו 𐩪𐩪𐩵𐩸𐩠𐩺 ו 𐩠𐩸 ו 𐩲𐩲𐩠𐩶𐩤𐩺 ו 3

...𐩣𐩦𐩶 ו 𐩣𐩲𐩦𐩶 ו 𐩶𐩦𐩠𐩠 ו 𐩪𐩦𐩢𐩲𐩢 ו 𐩦𐩸𐩦𐩶𐩶 ו 𐩠𐩸 ו 𐩲𐩱𐩠𐩣𐩶 ו 𐩠𐩸 ו 𐩱𐩪𐩠𐩲𐩲 ו 𐩠𐩸 ← 4

Eadem hebraicis litteris ordine solito :

1 פקצן | אשעבן | בן | ערן | עמלן | למכני | וע[ד]בת | כל | מנקלתן | וכל | מסבא | סבא | לן |

2 חלף | ערן | עמלן | עד | חלף | מריב | ויהתב | להו | מראהו | סמהעלי | ומסחנת[ה]ו | ו[ע

3 הר[ו] | פישן | תאמנם | בעתתר | וב | אלמקה | וב | דתחמים | וב | דתבערן | וב | יתעאמר

4 וב | ידעאל | וב | סמהעלי | וב | אבהו | יתעכרב | פקצן | ווצא | צבחם | סטר....

Versus 1. פקצן in v. 4 iterum reperitur, ubi verisimillime cognomen Yatha'karibi est; ergo conjiciendum hic quoque nomen יתעכרב antecedere. Quod Glaser aptissimum judicat, quanquam פקצן potius pro titulo magistratus vel officii quam pro nomine proprio habet. Ad eamdem radicem pertinet פקצתן in tit. katabânitico 1606, v. 1, 2, 10, 14, 15, quod Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, p. 174-175, sacerdotium esse putat. In initio tituli, ut suspicamur, dictum erat Sabḥum, servum Smuhu'alayi, præpositum esse operi viarum reparandarum. — אשעבן nomen proprium sicut in tit. 308 v. 21 et 375 v. 2 potius quam appellativum (Glaser). — ערן; vide tit. 323 v. 2. — עמלן (cf. v. 2) nomen loci nobis ignotum. — מכני | ועלבת. Ambæ voces conjunctæ etiam in Minæorum tit. Hal. 466, v. 3; 485, v. 4. De significatione vocis עלב vide tit. 391 v. 2. — מנקלתן «ascensus» etiam in tit. Ḥisn-al-Ghurâbi, v. 7, occurrit, singularis in Gl. 1606, v. 3. Jam Prætorius in *Zeitschrift d. d. morg. Gesellschaft*, XXVI, p. 438-439, arabicum منقلة «via per montem» comparavit; cf. J. H. Mordtmann, *ibidem*, XXXIX, p. 234; D. Nielsen, *Studier*, p. 131 (*Neue katabanische Inschriften*, p. 6); C. Landberg, *Arabica*, IV, p. 64, et V, p. 108 in notula. — מסבא, quod in tit. 2 v. 10-11 «expeditio» versum est, proprio sensu iter, viam designat; cf. Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 32. Quæ interpretatio hic optime convenit, sicut supra, in tit. 338, v. 9 et 18; in Hal. 535, v. 12, et Prideaux 18 = B. M. 44, v. 2; Euting 57, apud D. H. Müller, *Epigraphische Denkmäler aus Arabien*, 25, v. 3. In titulo Brit. Musei quem Halévy in *Revue sémitique*, 1908, p. 293-297, n° 1, edidit מסבא | מון designat viam aquæ, i. e. canalem. — סבא. Utrum nomen regionis (Glaser) an verbum sit significans «(via) ducta est» dubitamus, sed in alterum inclinamus. — לן «ab». Vide tit. 338, v. 5, et 374.

Versus 2. ויהתב. Littera *yâ* dubia et verisimiliter non legenda. — להו. Suffixum ad auctorem tituli refertur, cui dominus Smuhu'alay testimonium fidei tribuit quod vias regionis reparavit; cf. Minæorum titulos Gl. 1083 = Hal. 187 + 188 + 191, v. 9, et 1150 = Hal. 192 + 199, v. 3. Etiam supra, in tit. 375 testimonium tituli auctori, non deo reddi nunc putamus. — סמהעלי. Versus 4 nos docet eum fuisse filium Yatha'karibi. Animadverte eum neque *mukarribum* neque regem nominari. De nomine Smuhu'alay et capitibus Sabæorum sic nominatis vide quæ ad tit. 366 adnotavimus. — מסחנתהו; vide tit. 69 v. 3, ubi vertimus «clientes», et 337 v. 11, ubi vertimus «possessiones». Quum מסחנן | סבא in Prideaux 14 *c* = Leroux, v. 1; Gl. 1571, v. 1, certo designet Sabæos qui consilio principis adsunt, hic quoque illa significatio accipi potest. מסחנת (etiam in tit. 69) non femininum vocis מסחנן, sed pluralem esse nunc existimamus; cf. *Sabäische Denkmäler*, p. 104.

Versus 2-3. פישן | עהרו etiam in Hal. 51, v. 3, reperitur. Glaser vertit arabice عهراء الغيوس «imperatores deserti»; cf. ejus *Skizze*, II, p. 346-347. In tit. 37 v. 8 et 67 v. 3 עהר interpretati sumus «urbs»; hic igitur explicamus dubitanter עהרו «cives». De פישן vide tit. 126 v. 4 et 9, ubi פישן nomen tribus esse existimavimus. Quod repudiat M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 365; attamen פישן pro nomine territorii habet, quæ sententia confirmatur titulo Glaseriano 529 = Lupar. 4540 (*Nouveau supplément*, 2), v. 2, ubi סבא et פישן conjunguntur. Faiśân apud Arabas nomen torrentis (Al-Hamdânî, *Djazîra*, p. 141) et oppidi (Al-Hamdânî, *ibid.*, p. 162, et Yâḳût, *Mu'djâm*, III, p. 931); cf. Glaser, *Skizze*, II, p. 344-347.

Versus 3-4. וידעאל | יתעאמר. Qui fuerint illi principes nescimus; cf. tit. 375. — סמהעלי; vide v. 2. — יתעכרב | פקצן; alias non commemoratur; cf. v. 1. — ווצא «protulit», verisimiliter 2ª forma verbi, de quo vide tit. 126 v. 4, 5, 6 et 321 v. 2. In titulo inedito Luparensi 4734, v. 5, 4ª forma occurrit. — צבחם; vide tit. 379 v. 2. — סטר; vide tit. 374.

Vertimus nunc, aliquot vocibus suppletis :

[.....*Sabḥum præposuit Smuhuʿalay, filius Yathaʿkaribi*]
1 *Faḳḍân, ʾUsʿubensibus ex urbe ʿAmlâno ut exstruerentur et firmarentur omnes ascensus et omnes viæ quæ ductæ sunt a*
2 *regione urbis ʿAmlâni ad regionem Maryabi. Et reddidit ei dominus ejus Smuhuʿalay et consiliarii et cives*
3 *Faišâni testimonium. Nomine ʿAthtari et Îlmaḳahi et Dhât Ḥimyami et Dhât Baʿdâni et Yathaʿʾamari*
4 *et Yadaʿʾili et Smuhuʿalayi et patris ejus Yathaʿkaribi Faḳḍân. Et protulit Sabḥ scriptum.....*

419

Hal., 680.

(Tab. IX.)

Titulum in stela inscriptum ediderunt simul Ch. Clermont-Ganneau in *Journal asiatique*, 1870, I, p. 307, et J. Gildemeister in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, 1870, p. 178, uterque cum imagine de ectypo chartaceo sumpta. M. A. Levy, *ibidem*, p. 200, asserit monumentum Petræ inventum, Hierosolymam translatum et inde ad societatem *Palestina Exploration Fund* dictam missum esse. Sed Ch. Clermont-Ganneau, *o. c.*, p. 302, nos docet, stelam a Yemeno allatam esse. Qui doctus vir eam ita accurate descripsit (p. 302-307) ut ejus verba hic iterare aptissimum censeamus :

Le monument qui fait l'objet de la présente communication et dont la reproduction est donnée par l'estampage ci-joint, a été rapporté du Yémen à Jérusalem par un Juif de cette ville nommé Aron Arocias. Il consiste en une dalle épaisse rectangulaire, de gypse dur de couleur citrine, mesurant environ $0^m,27$ de large sur $0^m,45$ de long; il a été brisé en deux morceaux à la suite d'un accident survenu pendant le transport de Jaffa à Jérusalem; la cassure est heureusement fort nette, et l'on peut facilement, en rapprochant les deux fragments, reconstituer l'ensemble du monument.

La partie figurative se compose de deux scènes distinctes sculptées en bas-relief, sur la description et la nature desquelles nous reviendrons tout à l'heure; ces deux scènes partagent la pierre en deux compartiments ou panneaux d'inégales dimensions; le plus grand, superposé au plus petit, en est séparé par une bande en saillie qui porte, gravée en creux, une inscription himyarite de vingt et un caractères; il est de plus surmonté lui-même d'une autre ligne ne comptant que seize lettres du même alphabet, ce qui donne un total de trente-sept caractères...

Le compartiment supérieur représente une espèce d'arc, très légèrement cintré, soutenu par deux colonnes à fûts cannelés, surmontées par des bases légèrement évasées. Le vide angulaire existant à droite et à gauche, entre la bordure de l'encadrement et l'extrados de l'arc, est rempli par deux grappes de raisin et des feuilles de vigne symétriquement disposées des deux côtés. La courbe bizarre que suit cet arc et le retroussis qu'il affecte à ses deux extrémités reposant sur les chapiteaux lui donnent une grande ressemblance avec un véritable arc, et feraient croire volontiers que nous avons là un échantillon de cette architecture sabéenne où le bois, revêtu de feuilles de métal battu, était le principal élément de construction. L'arc est marqué de stries transversales et obliques qui produisent l'effet d'un ruban enroulé d'un bout à l'autre et dont les spires seraient très rapprochées.

Au-dessous de cette sorte de portique, et au centre, est un personnage vu de face et assis sur un trône à dossier élevé, figuré de profil; son bras gauche infléchi appuie le dos de sa main sur la cuisse gauche; la main droite est ramenée sur la poitrine. La tête paraît être surmontée d'une couronne ou d'un diadème; le cou est orné d'un collier

(Impressum mense februario 1914.)

et les deux bras portent des bracelets aux poignets, et plus haut encore, au-dessous du coude. À la hauteur des genoux est tracé un trait qui semble avoir l'intention de représenter un pli de la robe qui tombe jusqu'aux pieds et le *sinus* qu'elle forme dans cette région. Les pieds, nus, reposent sur un coussin qui recouvre un escabeau. Sur la jambe droite est une espèce de symbole ayant l'apparence d'une tour; sur la jambe gauche, un autre symbole composé de deux triangles opposés par le sommet et inscrits dans un carré. Le sexe de ce personnage est assez difficile à déterminer; je crois pourtant, à sa face imberbe, à son attitude, à quelques détails caractéristiques du costume et de la coiffure, reconnaître qu'il appartient au sexe féminin.

À droite et à gauche de ce personnage assis se tiennent debout deux autres personnages de taille sensiblement plus petite, de sexe également indécis, et ayant la face tournée vers la figure assise. Ils ont tous deux le bras levé dans la direction du personnage central, auquel ils paraissent offrir quelque objet ou peut-être adresser simplement une supplication; dans cette dernière supposition, il faudrait considérer la main du personnage de droite comme fermée et celle du personnage de gauche comme ouverte. Le dernier tient suspendu à son bras droit une sorte de bourse ou de vase (?); le premier soutient de sa main gauche, en l'appuyant contre sa poitrine, un autre objet difficile à définir. Tous deux sont revêtus d'une robe tombant jusqu'aux chevilles et découvrant le pied : celle du personnage de gauche est ornée de longs traits verticaux et parallèles qui rappellent ces belles étoffes rayées que le Yémen produit encore; celle de l'autre personnage ne présente que deux larges bandes brodées. Dans le champ, au-dessus de la tête du personnage de gauche, on voit un quadrupède (lion ou éléphant?) à peau tachetée.

La composition du compartiment inférieur est moins compliquée. Sur un lit isolé du sol par des pieds et recouvert d'un matelas et d'un oreiller, est couché un personnage accoudé sur son bras droit et tenant son bras gauche étendu le long de son corps, la main ouverte; sur sa poitrine l'on remarque le même symbole que sur la jambe gauche du personnage assis (triangles inscrits dans un carré); à la naissance des cuisses on distingue un signe ressemblant tout à fait à un *b* himyarite ⊓ coupé en deux par le trait qui indique la séparation des jambes et se prolonge jusqu'aux pieds.

Au chevet du lit se tient debout un autre personnage qui ramène son bras droit contre sa poitrine et qui paraît toucher ou soutenir de la main gauche la tête du personnage couché.

Dans le champ, au-dessus de ce dernier personnage, on remarque un petit cheval sellé grossièrement, mais très fidèlement représenté.

Ce monument est généralement d'une très bonne conservation, sauf la cassure accidentelle indiquée plus haut; les têtes seules des personnages portent des traces évidentes de martelage...

De loco ubi stela reperta est dixit Ch. Clermont-Ganneau, *ibidem*, p. 317 :

D'après le récit du Juif Aron Arocias, que je rapporte sans m'en porter garant, il existe, à une heure environ de la ville de Saba, un ancien temple en ruine, nommé par les habitants du pays *Kenîsèt-el-kouffar*, le temple des infidèles. La tradition veut que ce temple ait été détruit par ʿAly (?). À l'entrée l'on voit deux énormes colonnes renversées et à demi enterrées, qui sont couvertes d'inscriptions et de sculptures représentant principalement des animaux. Notre dalle était encastrée à une grande hauteur dans la paroi d'un des murs intérieurs, avec d'autres portant seulement des inscriptions, sans bas-reliefs. Il y en avait un plus grand nombre qui ont disparu; l'emplacement qu'elles occupaient était encore visible...

Descriptioni eruditissimi archæologi pauca tantum addemus. Primum materia monumenti non gypsum, sed alabastrites lapis est. Deinde Clermont-Ganneau ipse in fine dissertationis recte conjecit personam sedentem in superiore delineatione eamdem esse ac recubantem in inferiore; hic morientem fingi (quod symbolo equi ad modum anaglyptorum græcorum indicatur), illic eam post mortem a familiaribus tanquam numen coli. Idem opinioni J. Gildemeister assensus est censentis stelam præbere utrinque imaginem mulieris in inscriptione commemoratæ. Nec dubium est quin omnes tituli voce צור «imago» incipientes (vide commentarium) ad imaginem defuncti referantur.

Imaginem eamdem O. Weber quoque in *Göttersymbole auf südarabischen Denkmälern* edidit; qui animadvertit (p. 2) tæniam (quam pro arcu Clermont-Ganneau habuit) super columnas positam in capita duorum animalium fabulosorum desinere, quorum utrumque vulpis aures habet, unum avis capiti simile est, alterum dracones in terminis babyloniis sculptos in mentem revocat. Quam comparationem jam F. Hommel in *Memnon*, I, p. 207 sqq., fecit. Præterea Weber animal exiguum sinistra in vacuo spatio sculptum ovem esse putat, una cum uvis symbolon artificii feminæ consecrantis. Signum in stola mulieris cum signo (Ilmaḳahi) in inscriptionibus frequente confert (p. 8). Dubium autem est num imago superior mulierem mortuam a familiaribus adoratam exhibeat; etenim J. H. Mordtmann in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXXV, p. 433, n. 1, animadvertit lineam curvam super genua ductam non sinum togæ referre sed organum musicum ad modum tit. Lupar. 9 (infra 445). Ergo censemus matrem liberos cantu symphoniæ delectantem effictam esse.

J. Halévy inter titulos originis dubios Adeni exscriptos inscriptionem monumenti in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen, Journal asiatique*, 1872, I, p. 264 (separatim excuso, p. 234) attulit et, *ibidem*, p. 518 (separatim excusum, p. 266) gallice vertit.

De titulo egerunt : Ch. Clermont-Ganneau, *loco supra citato*, p. 302-329 (etiam separatim excusum). — J. Gildemeister, *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXVI (1870), p. 178-181. — M. A. Levy, *ibidem*, p. 200. — W. Wright, *ibidem*, p. 638.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris :

1 צור | עללת | בת | מפדת

2 וליקמען | עתתר | דיתברנהו

Versus 1. צור «imago» etiam tituli a F. Lenormant in *Comptes rendus de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres*, 1867, p. 283 et 284, editi, titulus Muellerianus in *Zeitschrift d. d. m. Gesellschaft*, XXX, p. 116, et Lup. 1029 (infra, 445) præbent. Pluralis צורת in tit. 308, v. 6, 7, 9, reperitur. — עללת nomen feminæ inauditum, quocum conferre licet nomen hominis עללם in tit. F. Lenormant, *Lettres assyriologiques*, II, p. 77, et nomina locorum الغليل apud Al-Hamdânium, *Djazîra*, p. 82, 110, 236, et غلاذل apud Yâḳûtum, *Muʿdjam*, II, p. 308. — מפדת. Utrum nomen hominis an feminæ sit, dubitat Gildemeister. Matrem in titulo sequente solo certe nominatam invenimus. De qua radice sit מפדת deducendum, פדר seu פוד seu פיד seu פדי, decernere non audemus.

Versus 2. וליקמען. Hæc deprecatio in funebribus inscriptionibus adhiberi solet; vide Hal. 639 (infra, 441), v. 2; Prideaux 9 (infra, 442), v. 1-2; Acad. 6 (infra, 443), v. 2-3; Lup. 1131 (infra, 444), v. 1; 4089 (infra, 420), v. 3; 4090 (infra, 447), v. 2. De voce קמע vide tit. 308 v. 22. — יתברנהו «frangat eum»; cf. arabicum ثبر, hebraicum שבר et aramaicum תבר. Verbum תבר supra, in tit. 2 v. 17-18; 334 v. 12; deinde in Os. 31 = B.M. 32, v. 5; Hal. 154, v. 9-10; Gl. 419 (apud Hommelum, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 24), v. 3; Gl. 554, v. 54, 61, 69; 618, v. 43, 98, occurrit; substantivum in Gl. 618, v. 61.

Verte nunc, si lubet :

1 *Imago Ghalîlati, filiæ Mafaddati.*

2 *Et percutiat ʿAthtar eum qui franget eam!*

420

Lupar:, 4089.

(Tab. XIV.)

Titulum stela fere integra, $0^m,20$ alta, $0^m,40$ lata exhibet, cujus pars superior in formam cubilis (ut R. Dussaud, privatis litteris, opinatur), super seriem numulorum positi, excavata est. Monumentum inferius in medio inscriptionem trium versuum tredecim vel quatuordecim litteras tenentium præbet, et a dextera et sinistra sunt duo vasa efficta, ventre rotundo lineis circularibus ornato, pediculo, ansis et operculo instructa; cf. infra, tit. 447. Monumenti imaginem luce solis sumptam in tabula quarta decima invenies. Inscriptionem edidit M. Lambert, *Nouveau supplément aux inscriptions du Louvre*, n° 10, in *Mélanges Hartwig Derenbourg*, p. 162; separatim excusum, p. 6.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris :

1 נפס | מחמד | בן | ד

2 ת | וסעת | וליקמען

3 עתתר | דישתרנהו

Versus 1. נפס «stela defuncti» etiam in Hal. 639 (infra, 441), v. 1; Prideaux 9 (infra, 442), v. 1; cum קבר conjunctum in Os. 35 *a* = B. M. 38, v. 1; in titulis a F. Lenormant, *Comptes rendus*, 1867, p. 257 et 260, editis; Gl. 1059 (= Vind. 22), v. 1; tit. B. M. ab Halevyo in *Revue sémitique*, 1908, n° 4 (infra, 450) edito; cum בלות in Gl. 1063 = Vind. 20, v. 1. Vocem צור sequitur נפס in tit. Lup. 1029 (infra, 445), v. 1. Itidem utuntur voce נפש Aramæi (vide *C.I.S.*, II, n^is 115, 116), Nabatæi (*ibidem*, n^is 152, 169, etc.; cf. de Vogüé, *Syrie centrale*, p. 90), Palmyrenii (de Vogüé, *o. c.*, p. 38; M. A. Levy, *Zeitschrift d. d. morg. Gesellschaft*, XII, p. 215), rabbini (M. A. Levy, *l. c.*) et Syri (R. Duval, *Revue sémitique*, II, p. 259-263). Vocem נפס generis masculini esse suffixum verbi ישתרנהו in v. 3 ostendit. — מחמד, idem ac מחממדם in tit. 353 v. 1, nisi محمد legatur.

Versus 1-2. וסעת | ת nomen feminæ inauditum, «prædita divitiis» verisimiliter significans; cf. אוסעם in tit. 174 v. 1. — Mirare nomen matris, non patris, inscriptum esse; forsitan mater nobilior natu quam pater fuerit. — וליקמען; vide tituli antecedentis v. 2.

Versus 3. ישתרנהו «delebit id»; cf. Hal. 639 (infra, 441), v. 3; Prideaux 9 (infra, 442), v. 2; Lup. 4090 (infra, 447), v. 3: tit. B. M. ab Halevyo in *Revue sémitique*, 1908, n° 4 (infra, 450), editum. Vox שתר arabico شتر, hebraico שתר (I Sam., v, 9) et aramaico כתר respondet; cf. Prætorius, *Beiträge*, III, p. IX; Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 100.

Verte igitur :

1 *Stela Muḥammadi, filii Dhâ-*
2 *t Was'ati. Et percutiat*
3 *'Athtar eum qui delebit eam!*

421

Hal., 653.

Titulum invenit J. Halévy Màribi stelæ inscriptum et in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 260 (separatim excuso, p. 230) edidit et partim gallice vertit, *ibidem*, p. 516 (separatim excusum, p. 264). Inscriptio a summo et imo integra tredecim versibus brevissimis ordine *boustrophedon* ductis constat. A dextera vel sinistra plerorumque versuum una vel duæ litteræ evanuerunt. Præterea inter v. 3 et 4 lacunam magnam esse patet.

Hæc apographon Halevyanum præbet :



Quæ hebraicis litteris :

1 ← רח | המע
2 → זב | רתת
3 ← דבם | הקנ
4 → בו | מקדשׁ | ר
5 ← הורתן | ונ
6 → תתעבנ
7 ← באלמקשׁ
8 → ע | מימח | תד
9 ← ב | דת | בערן
10 → י | בו | מהר
11 ← אל | וב | כר
12 → יע | לאב
13 ← ב | עתתר

Versus 1. רח verisimiliter in שרח, complendum est, quod in Hal. 411 = Gl. 1073 = Vind. 11, v. 4, et in Gl. 282 = B. M. 90, v. 8, occurrit; שרחם frequentius; cf. tit. 158 v. 1, 231, etc. Etiam אלשרח legi potest.

Versus 1-2. המעתתר in חמעתתר corrigimus, quod forsan in tit. 12 v. 1 et 24 v. 2 legere licet. Forma brevior חמעתת sæpius occurrit; vide adnotationem ad priorem titulum. — Quum חמעתתר vix pro cognomine habendum sit, suspicamur copulam *wâw* ante חמעתתר errore omissam esse.

Versus 3. דבם. Nomen litteris דבם terminatum non reperitur, sed conjicere licet sive אדבם, collato אדב in tit. Lupar. inediti 4725 v. 4, et אדבאל in tit. B. M. ab Halevyo in *Revue sémitique*, 1910, n° 1 editi v. 3, sive חדבם, collato חדבת in tit. O. M. nunc 72 v. 1-2; sive נדבם, collato לנדבן in tit. Hal. 465 v. 1. — Post [יי]הקנ mentio numinis cui consecratio facta est et rei consecratæ deest.

Versus 4. ר finis vocis אתמר est, et שדקם in צדקם emendamus; cf. tit. 2 v. 15.

Versus 5. הורתן «receptaculum» etiam in Gl. 1081

= Vind. 3, v. 4, reperitur; pluralis הור in tit. 40, v. 2 (ubi vide commentarium) et Gl. 554, v. 17 et 19. D. H. Müller, *Südarabische Alterthümer*, p. 13, vertit dubitans « agger (germanice *Terrassenbau*) ». — Vox sequens littera *nûn* incipiens fortasse in נטעתן complenda est, quod in tit. 40 v. 2 quoque reperitur.

Versus 7. אלמקש; lege אלמקה.

Versus 8. ע; lege ו.

Versus 10. רחם in שרחם (cf. v. 1 adnotationem) vel in נרחם complendum est, quod in Gl. 1081 = Vind. 3, v. 16, occurrit.

Versus 10-12. Qui אל[דע]י et כרבאל fuerint, inter tot homines sic appellatos decernere non possumus. — עי in וכ emendandum est, quod nomen quoddam introducit. — ʿAthtarum bis invocari non insolitum est; vide quæ tit. 365 v. 20 occasione diximus.

Iterum transcribimus, ordine solito, emendanda emendantes et complenda, quantum possumus, complentes :

1 ש]רה ו [ו]חמע
2 ת.ת ר ו כנ[י]
3 א]דכם ו הקנ
. . . . . ו[י
. . . . . .
. . . . ו את[כ
4 ר ו צדקם ו וכ
5 הורתן ו ונ[ט
6 עת]ן [ו] בעתת[ר ו
7 ו]באלמקה [ו וכ
8 דת ו חמים ו ו
9 כ ו דת ו בערן ו ו
10 כ ו ש]רחם ו וכ ו י
11 דע]אל ו וכ ו כר
12 באל ו וכ[ו . . . . .ו
13 כ ו עתתר

Et vertimus :

1 *Ša*]*raḥ et Ḥamʿa-*
2 *thtar, filii*
3 *ʾA*]*dabi, consecrave-*
runt . . . . . [
. . . . . .
. . . . . *fru-*]
4 *ges eximias, et in*
5 *receptaculo et præ-*
6 *diis. Nomine ʿAthta*[*ri*
7 *et Îlmaḳahi*[*, et*
8 *Dhât Ḥimyami et*
9 *Dhât Baʿdâni et*

10 *Ša]raḥi et Ya-*
11 *da[']ili et Kari-*
12 *b'ili et[. . . . . et*
13 *[']Athtari.*

422

O. M., 16, nunc 34.

(Tab. VIII.)

Titulum præbet turibulum in lapide arenario sculptum, $0^m,26$ altum, $0^m,17$ latum, $0^m,15$ profundum, cujus pars superior bucranium, non anthalopis caput, inter ornamenta scalæ similia insculptum exhibet. Haud dubium quin bucranium symbolon [']Athtari sit; cf. quæ ad tit. 366, p. 12, adnotavimus. Inscriptio quatuor versus tenet, quorum quisque præter ultimum circiter tredecim litteras habet. Perpauca in v. 2 et 4 evanuerunt. Monumenti imaginem, luce solis expressam, in tabula octava invenies.

Titulum tractaverunt : Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler,* 1883, p. 65-66. — (J. H. Mordtmann), *Musée impérial ottoman. Antiquités himyarites.... Catalogue sommaire,* 1895, p. 31-32; turcice, p. 31.

Hæc leguntur :

'⊕ ǀ XH ǀ 𐩱𐩣𐩱𐩺 ǀ X𐩱𐩣
ǀ𐩤𐩱 ǀ >X𐩸...𐩦𐩣𐩤 ǀ 𐩣>
𐩱X𐩱⊕𐩣 ǀ ⊕𐩱𐩤𐩺⊕𐩣𐩦 ǀ 𐩣 ,
𐩱𐩣𐩣𐩤 ǀ 𐩱𐩺𐩦⊕𐩣.

Quæ hebraicis litteris, complendis completis :

1 אמת ǀ שמסם ǀ דת ǀ וה
2 רן ǀ הקני[ת ǀ ע]תתר ǀ מקט[ר
3 ן ǀ לסעדהמו ǀ נעמתם
4 ו]אולדם ǀ הנאם

Versus 1. שמסם ǀ אמת; de nominibus voce אמת formatis vide tit. 69 v. 5, et titulis allatis adde אמתאבה in Gl. 1054 = Vind. 7, v. 1, et עוין ǀ אמת in tit. Lup. 4149, ab H. Derenbourg, *Une inscription yéménite,* edito, v. 6-7; cf. tit. 394 v. 1.

Versus 1-2. והרן; vide tit. 87 v. 2 et 11.

Versus 2-3. מקטרן; vide tit. 26 v. 6. — לסעדהמו. De suffixo plurali ad familiam auctoris tituli referendo vide tit. 19 v. 2; 335 v. 2, etc.

Verte nunc, si lubet :

1 *Amat Šams, Wah-*
2 *rensis, consecra[vit ']Athtaro turibu-*
3 *lum, ut donet ipsis felicitatem*
4 *et liberos excellentes.*

423

Lupar., 4545.

(Tab. X.)

Lapidis fragmentum a summo abscissum, a ceteris lateribus integrum, finem tituli præbet, qui nunc quatuor versibus circiter tredecim litterarum ordine *boustrophedon* ductis constat. E scriptura antiqua judicare licet monumentum temporibus *Mukarriborum* confectum esse. Inscriptionem edidit M. Lambert, *Nouveau supplément aux inscriptions yéménites du Louvre*, n° 1, in *Mélanges Hartwig Derenbourg*, p. 159 (separatim excusam, p. 3). Tituli imaginem de monumento sumptam et luce solis expressam in tabula nostra decima reperies.

Hæc leguntur :

ΨΠ ǀ ዩϟ⋕ዩ⊙ ǀ ⊙⋕Υሐ ←

→ ΧⅭ ǀ ዘΥΠⅭ ǀ Π⊙ⅷΧϹ

ΧዘǀΠ⊙ǀΥዩ⋕ϟሕ ǀΠ⊙ ←

→ ΨⅭዩⅭ ǀ ⊙Π ǀ ዩϞ⊙ሕΓ

Quæ hebraicis litteris scripta :

1 ← סהמו ǀ ותמני ǀ בח

2 → רתתעב ǀ מבהד ǀ מת

3 ← וב ǀ אלמקה ǀ וב ǀ דת

4 → לאעדי ǀ בו ǀ מימח

Versus 1. סהמו verisimiliter terminatio vocis ראסהמו «capita sua», i. e. semetipsos; cf. tit. 371 v. 3 et 379 v. 3-4. Antea licet supplere הקניו «consecraverunt». — תמני, forma vetus numeri feminini, ab Hommelo, *Südarabische Chrestomathie*, p. 47, omissa, etiam in Hal. 661, v. 2, et, cum minæa matre lectionis ה (תהמני), in Hal. 384, v. 3, occurrit (תהמנהי in Hal. 466, v. 2, octoginta potius sonat); forma brevior et recentior תמן in tit. 73, v. 8, et in Gl. 618, v. 119, reperitur; cf. de numero masculino quæ ad tit. 407 v. 10 adnotavimus.

Versus 1-2. בחתם in ḳatabâniticis titulis Lupar. 4543-4544 (H. Derenbourg, *Nouveaux textes*, 2), v. 5, et tit. B. M. ab Halevyo in *Revue sémitique*, 1908, p. 299, n° 5, edito, v. 4, et minæis Hal. 263, v. 2, et 353, v. 4 (ubi בחזם menda est neque jure ad corrigendum בחתם a M. Hartmann, *Orientalistische Litteratur-Zeitung*, 1907, c. 190, invocatur). Significatio vocis obscura. Quum in tit. Luparensi cum בלקם «marmor» et hic cum להבם connexa sit, conjicimus בחתם supellectilem quamdam vel statuam designare. Halévy, *l. c.*, vertit «camelæ teneræ» et confert arabicum بَحَثَ «purus fuit». Sed littera ת, quum vocabulum femininum esse e numero pateat, potius signum feminini generis est quam littera radicalis. — להבם appositio vocis בחתם, nisi forte littera ל errore lapicidæ omissa est.

Versus 4. ידעאל etiam in fine tit. Hal. 382, 631 et 632 invocatur.

Iterum transcribimus ordine solito :

ראǀ הקניו ǀ .....ǀ

1 סהמו ǀ ותמני ǀ בח

2 תם ǀ להבם ǀ בעתתר

3 וב ǀ אלמקה ǀ וב ǀ דת

4 חמים ǀ וב ǀ ידעאל

Et vertimus :

[. . . *consecraverunt se-*]
1 *met ipsos et octo suppel-*
2 *lectiles. Nomine ʿAthtari*
3 *et Ílmaḳahi et Dhât*
4 *Ḥimyami et Yadaʿ'îli.*

424

Hal., 341.

Titulum, qui tres voces tantum tenet, invenit J. Halévy in lapide extra arcem oppidi Al-Baiḍâ dicti jacente; vide ejus *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 82. De Al-Baiḍâ'o confer tit. 377 proœmium. Inscriptionem edidit Halévy, *o. c.*, p. 196 (separatim excusam, p. 166).

Hæc pauca leguntur :



Quæ hebraicis litteris :

1 המת ו עתתם ו
2 לטן

Versus 1. המת, si modo recte scriptum est, vix pronomen demonstrativum plurale esse potest, quum semper nomini appellativo anteeat, et potius sit terminatio vocabuli cujusdam, forsan נהמת, «lapis quadratus», quod in tit. Gl. 618, v. 59, occurrit. — עתתם verisimiliter in עתתר corrigendum est.

Versus 2. לטן videtur finis vocis חלטן «infirmitas»; de quo vide tit. 407 v. 9 et 13.

Iterum transcribimus, et emendata et completa vertimus dubitantes :

נ]המת ו עתתר ו 1 . . . . *la*]*pis quadratus* (?) *ʿAthtari*
ח]לטן 2 . . . . *in*]*firmitas.*

425

Hal., 641.

Titulum reperit J. Halévy in loco Al-Faṭia appellato, qui ad regionem Wâdi Raḥaba pertinet et a Mâribo, ut Halévy asserit, sex leucarum itinere versus orientem distat. Inscriptionem octo litterarum exhibebat lapis translatus et aversus jacens prope castellum ruinis collabens; vide quæ J. Ha-

(Impressum mense februario 1914.)

Lévy in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 46 et 94-95, scripsit. Titulum edidit *ibidem*, p. 258 (separatim excusum, p. 228).

Hæc pauca leguntur :	Quæ hebraicis litteris :	et latine :
𐩲𐩣 ׀ 𐩧𐩱𐩣𐩵 ׀ 𐩤	ן ׀ בעתתר ׀ וה[בס	...*Nomine ʿAthtari et Hau*[*basi*...

426

Lupar., 4742.

(Tab. X.)

Marmoris fragmentum, nuper pro Museo Luparensi acquisitum, initium tituli præbet, sex litteras tenens. Ejus imaginem luce solis expressam tabula decima exhibet.

Hæc enim leguntur :	Quæ hebraicis litteris :	et latinis :
𐩣 ׀ 𐩧𐩱𐩣𐩵	עתתר ׀ מ	*ʿAthtar M*...

Quæ vox littera מ incipiat, decernere nequimus.

ARTICULUS II.

ʿATHTAR BA'SÂNENSIS.

Ba'sân verisimiliter est nomen sacrarii nobis ignoti. W. Fell, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, LIV (1900), p. 254-255, באסן pro epitheto ʿAthtari habet, quod, arabica et æthiopica lingua fretus, interpretatur « victor » vel « eversor ». Quæ explicatio nobis minime placet. ʿAthtarum Ba'sânensem tituli Hal. 151, v. 15-16; 155, v. 6-7; 156, v. 8-9; 158, v. 6-7, commemorant; at, quum aliis numinibus dicati sint, in articulis posterioribus tractabuntur.

ARTICULUS III.

ʿATHTAR, DOMINUS BANA'I.

Sacrarium Bana' in solo titulo Gl. 886 = Berol. 2696 commemoratur. Cum ejus nomine fortasse licet comparare nomen loci بنا apud Al-Hamdânîum, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 101 et 104; Yâḳûtum, *Muʿdjam*, IV, p. 738.

427

Gl., 886; Berol., 2696.

(Tab. X.)

Titulus in fragmento lapidis calcarii, $0^{m},24$ alto, $0^{m},67$ lato inscriptus, quod ab E. Glaser in loco Šuwâba dicto et ad Djaufum superiorem pertinente repertum nunc in Museo regio Berolini servatur. Inscriptio duobus versibus constat, quorum uterque circiter viginti litteras e lapide eminentes habet. Monumentum, cujus imaginem in tabula decima reperies, a dextera et sinistra fractum est. Num quid a summo et ab imo perierit, dubium est.

De titulo egit J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften und Alterthümer in den königlichen Museen zu Berlin*, p. 39.

Hæc leguntur :

1 ﴿ሐሕጽካ ፡ ሃገዐበ ፡ ኦዐጽዐሃ ፡ ካዕ﴾ኦት

2 ካ፱ዐ ፡ ሕካበ ፡ ገዐበ ፡ ኦአየዐ ፡ ፱ዕጠበ ፡

Quæ hebraicis litteris transcribimus, pauca addentes :

1 ארפן ׀ הושעת ׀ בעלה ׀ נשאכר[ב

2 ׀ במקם ׀ עתתר ׀ בעל ׀ בנא ׀ ומנ[כת

Versus 1. ארפן, alias non repertum, potius cognomen patris feminæ quæ titulum consecravit quam nomen feminæ ipsius. — הושעת. Supra, in tit. 28 v. 4, 308 v. 3, 312 v. 4, 315 v. 4, 334 v. 2, 360 v. 4-5 hanc vocem «servavit» vel «liberavit» vertimus. Nunc, omnibus bene perpensis, malumus eam interpretari «favit, honoravit», E. Glaser, *Abessinier*, p. 69, secuti; cf. C. Landberg, *Dathîna*, p. 344 in notula 2. — בעלה «maritum suum»; qui sensus in hebræo frequens est.

Versus 2. בנא; vide prœmium articuli. — מנ a Mordtmanno completur legente מנצח. At vestigia litteræ post מנ scriptæ potius ad כ quam ad צ pertinent. Ergo conjicimus מנכת, quod dubio sensu in minæo tit. Hal. 385, v. 2, et ḳatabânitico Gl. 1606, v. 17, 18, 21 occurrit. Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, p. 169 et 170, vertit «possessio», nos dubitantes «voluntas». Vocem מנכת sequebatur verisimiliter nomen cujusdam dei vel principis.

Vertimus igitur, quantum possumus :

1 ....., *filia*.....*i*] *Arfan, honoravit maritum suum Naša'kari*[*bum*.....

2 .....*potentia ʿAthtari, domini Bana'i, et volun*[*tate*....

ARTICULUS IV.

ʿATHTAR GAUFATENSIS.

ʿAthtari Gaufatensis mentio fit in tit. 40 v. 4, ubi primus inter deos nominatur, necnon in tit. 41 v. 2-3 et 46 v. 5. De Gaufato vide quæ ad tit. 40 v. 4 adnotavimus. W. Fell, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, LIV, p. 257, temere comparat syriacum ܓܦܬܐ « vitis », hebraice גֶּפֶן; cf. M. Lidzbarski, *Ephemeris für semitische Epigraphik*, I, p. 226.

ARTICULUS V.

ʿATHTAR, DOMINUS GUMDÂNI.

ʿAthtar, dominus Gumdâni, in uno titulo invocatur, quem sub numero 293 jam edidimus. De sacrario Gumdân vide quæ illius tituli v. 3 occasione scripsimus.

ARTICULUS VI.

ʿATHTAR GIRÂBENSIS.

Epitheto Dhû-Girâb ornatur ʿAthtar in Hal. 379, 380, 382, quos hic edimus, et in Hal. 370 + 371 = Gl. 302 = B. M. 86, quos in articulo XII reperies. Quum tituli in loco As-sûd appellato (de quo vide tit. 320 proœmium) inventi sint, haud dubium quin sacrarium Girâb in vicinitate ejus situm sit. Locum Dhû-Girâb in *Iklîlo* Al-Hamdânî commemoratum esse H. Derenbourg, *Yemen Inscriptions*, p. 18, asserit. Nec probanda est opinio W. Fell, qui in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, LIV, p. 256, גרבם « campus » vertit.

428

Hal., 379, 380, 382.

10	.....מ]ראהו ו עתתר[ו	
11	.....כל ו אביתה[מו ו.	
12	.....	

Et vertimus :

1 *Haḥya'atha[t....., filius*
2 *Ma'dîkari[bi, et filii ejus Yu-*
3 *ha'în Dhû-[..... et .....ka-*
4 *rib, Thaurenses, con[secraverunt 'Athtaro*
5 *Dhaibânensi, domino Ba[ḥr-Ḥaṭabi, hanc*
6 *statuam aure[am, propterea quod*
7 *salvavit ser[vum suum Haḥya'athatum*
8 *et] filios ejus Yuha'înum [et.....*
9 *a] sacerdotio, quod.....*
10 *do]minus ejus 'Athtar.....*
11 *..omnes domos ipsorum.....*

437

Fr., 15; Gl., 521.

Titulus, quinque voces tenens, unus est ex eis quos J. Arnaud in mole Mâribi reperit (vide supra, proœmium tit. 384), sive in constructionibus saxorum quadratorum inscriptos, sive in rupe inter

meridiem et orientem sita; cf. *Journal asiatique*, 1845, II, p. 176 (separatim excusum, p. 76). Apographon Arnaudi edidit J. Mohl, *ibidem*, p. 177 (separatim excusum, p. 77), cum transcriptione arabica a F. Fresnel confecta, *ibidem*, p. 187 (separatim excusa, p. 87). E. Glaser quoque titulum exscripsit et numero 521 designavit, ut e catalogo F. Hommel patet.

De titulo egit J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, 1874, II, p. 564; separatim excusum, p. 215.

Hæc in apographo Arnaudi leguntur :

ΗΗ | ϽΧ𐩯 | Ψ𐩦 | 𐩲𐩺𐩵 | 𐩵𐩣𐩱

Quæ hebraicis litteris lege, restituta una voce :

בני | יום | דבח | עתתר | דד

בני verbum, vel finis vocis מבני. — דבח. F. Fresnel transcripsit ذبح; D. H. Müller, *Burgen und Schlösser*, II, p. 15, restituit בח[ד]. At non dubium est, quin Arnaud commiscuerit litteras 𐩱 et 𐩦, unam e duabus componens. דבח accusativum personæ regere jam Halévy notavit; cf. tit. 333 v. 13. — דד in דדבן complendum est. Jam Halévy, quanquam vocem non restituit, epitheton ʿAthtari in Fr. 40 (supra, 335) comparavit.

Vertimus igitur :

....*ædificavit, quando sacrificavit ʿAthtaro Dhaï[bánensi*....

438

Lupar.

(Tab. XV.)

Inter ectypa chartacea quæ Museon Luparense acceperat et H. Derenbourg commiserat unum de monumento sumptum est, quod, quantum scimus, in Museon non pervenit. Ignoramus igitur ubi repertum sit et ubi exstet lapidis fragmentum cui titulus inscriptus erat. Ex ectypo apparet fragmentum $0^{m},25$ altum, $0^{m},12$ latum, ab imo tantum integrum fuisse. Nunc tenet inscriptio novem versus, quorum quisque septem ad decem litteras habet. Ectypi imaginem, luce solis expressam, tabula nostra quinta decima exhibet.

Hæc leguntur :

Quæ hebraicis litteris scribimus, aliquot restitutis :

1	𐩵𐩣 | 𐩵𐩣𐩺 | 𐩵𐩣	רן | וקרן | וה
2	𐩣𐩵𐩧𐩣 | 𐩦𐩲...	זא | חמרה...
3	𐩧𐩵𐩧 𐩱 𐩣𐩱𐩺 𐩱 𐩵 𐩱	בנבעלבחרח
4	𐩲𐩵𐩺𐩵 | 𐩵𐩣𐩺𐩵	ומקרם | נעמת
5	. 𐩣𐩺 | 𐩺𐩦𐩧𐩺	.וחטי | ור
6	.𐩱𐩦 | 𐩦𐩣𐩵 |.	. | מלך | סב.



7 .וימנת ו בן ו י

8 .א ו ודרידן ו ו

9 . . תתרדבנב

Versus 1. וקרן | רן. Littera prima vocis וקרן erosa, itaque inter ע et ו hærere potes. Verbum עקרו in tit. 64 et עקר in Hal. 598, v. 5, occurrit, utrinque dubio sensu. וקר in Hal. 51, v. 14; 344, v. 9; 484, v. 10; וקרן in Gl. 876 *a* = Berol. 2687, v. 1, et in tituli ab E. Leroux acquisiti v. 4, quorum in utroque ן antecedit. וקרן hic quoque legimus, inclinantes ad conferendum מחרן | וקר cum מחר | רן וקרן in Hal. 484 v. 10 et ad וקרן restituendum, quod « donum pretiosum » vertimus. De מחר vide quæ vocis מחרת occasione ad 435 v. 2 adnotavimus. וקר cum arabico وقر, aramæo et hebræo יקר comparandum est et pro adjectivo habendum. E. Glaser, *Orientalistische Litteratur-Zeitung*, 1906, c. 194, interpretatus est וקר « decrevit ». — וה complere nequimus.

Versus 2. תמרה. Utrum suffixum singulare an plurale legendum sit, dubium est.

Versus 4. מקרם, quod in Hal. 598, v. 1 reperitur, a radice מקר vel קרם trahi potest. In alterum inclinamus, quum status constructus in utroque titulo veri similior sit quam absolutus, et conferimus dubitanter æthiopicum ፍሬም « spicilegium ».

Versus 5-7. Quæ desunt restitui possunt, collatis tit. 46 v. 5-6; 407 v. 15-16; 431 v. 6-8. Etenim mentio regionis ימנת et littera *yâ*, qua nomen patris incipit, nos inducunt ut opinemur de rege Šammaro Yuharʿiš, filio Yasiri Yuhanʿim, agi. — Finem v. 8, collato tit. 431 v. 8-10, complemus legentes מראהו | ולהופינהו.

Iterum transcribimus restitutis quæ restitui possunt :

1 מח]רן ו וקרן ו וה.....

2 . ו ול]וזא ו תמרה[ו ו עתתר

3 דת] בנבעלבחרח[טבם ו .....

4 . ו ומקרם ו נעמת[ם ו.....

5 .. ו וחטי ו ורצ[ו ו שמר ו יהר

6 עש] ו מלך ו סב[א ו ודרידן ו וחצר

7 מת ו] וימנת ו בן ו י[סרם ו יהנעם ו מל

8 ך ו כב[א ו ודרידן ו ו[להופינהו ו מרא

9 הו ו ע]תתרדבנב[עלבחרחטבם

Quæ vertimus :

1 *do]num pretiosum et* .....

2 *.et utinam] pergat concedere ip[si ʿAthtar*

3 *Dhaiʾ]bânensis, dominus Baḥr-Ḥa[ṭabi*, ...

4 *...et collectionem felicita[tis* .....

5 *...et favorem et grati[am Šammari Yuhar-*

6 *ʿiš], regis Sab[æ et Raidâni et Ḥaḍra-*

7 *mauti] et Yamanati, filii Ya[siri Yuhanʿim, re-*

8 *gis Sab]æ et Raidâni, et [protegat eum dominus*

9 *ejus ʿA]thtar Dhaibânensis, do[minus Baḥr-Ḥaṭabi.*

(Impressum mense februario 1914.)

ARTICULUS VIII.

ʿATHTAR YAHARENSIS.

ʿAthtarum Yahari cultum fuisse docet non solum titulus sabæus Os. 30 = B. M. 29, quem nunc edimus, sed etiam tituli minæi Hal. 541 et 577. Yahar ab Al-Hamdânîo, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 89, commemoratur; quem locum in regione Yâfiʿo situm, a tribu *Suʿaibo* Ḥimyarensi habitatum esse dicit.

439

Os. 30; B. M., 29.

Titulus, Abyâni inventus, altari marmoreo albo, 0^m, 125 alto, 0^m, 66 lato, 0^m, 28 profundo inscriptus, tres versus ordine *boustrophedon* ductos præbet, quorum primus in fronte monumenti tres et triginta litteras et in latere sinistro quatuordecim, alter totidem a sinistra, triginta in fronte, novem in latere dextero, tertius septem tantum in latere dextero habet. Titulum cum imagine monumenti publici juris fecerunt L. Birch et A. W. Franks, *Inscriptions in the Himyaritic Character*, 1863, n° 29.

De titulo egerunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XIX (1865), p. 257-261. — F. Prætorius, *ibidem*, XXVI (1872), p. 746-750. — Idem, *Neue Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften*, 1873, p. 1-7. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, 1874, II, p. 489-491; separatim excusum, 1875, p. 148-151. — D. H. Müller, *Die Burgen und Schlösser Südarabiens nach dem Iklîl des Hamdâni*, II, in *Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der Kais. Akademie der Wissenschaften*, XVII, 1881, p. 977-979; separatim excusum, p. 25-27.

Hæc leguntur :

a sinistra :	in fronte :	a dextera :	
←— 1			
—→ 2			
←— 3			

Quæ hebraicis litteris scripta leguntur :

←— 1	חמעתת ׀ בן ׀ וטבן ׀ עבד ׀ סמהעלי ׀ הקני ׀ עתת	׀ ר ׀ מסלמן ׀ וכל ׀ ול	
2	ד ׀ תינקה ׀ זהלבק ׀ עיהמו ׀ זהנורצ ׀ עיה	׀ מ ׀ סרקת ׀ סוי ׀ והד —→	רתתעב ׀ רהי
←— 3			ו ב א ל מ ק ה

Versus 1. חמעתת; vide tit. 12 v. 2; 19 v. 1 etc. — וטבן nomen hominis inauditum, cujus radix arabice «adhæsit, perseveravit» significat. — סמהעלי; vide tit. 366. — מסלמן «tabula votiva»; vide quæ ad tit. 338 v. 12 adnotavimus. Vox ad altare ipsum in quo titulo erat inscriptus referri videtur (Müller).

Versus 1-2. ולדהו ׀ וכל. Eadem locutio in tit. 338 v. 3 et 375 v. 1 reperitur. In utroque res consecratæ

personas consecratas antecedunt. — מהית | תקדם «suscepit viam latam (aperiendam)»; vide quæ tit. 338 v. 3-4 occasione scripsimus. — צרונהן procul dubio nomen loci fortasse «duæ arbores resinaceæ» sonans; cf. ضروان apud Yâḳûtum, *Muʿdjam*, II, p. 470. De voce צרו, quam J. Halévy jam cum hebraico צֳרִי comparavit, vide D. H. Müller, *Burgen*, II, p. 24. Prætorius vertit | מהית צרונהן «vicus hostium». Halévy interpretatus est מהית «receptaculum». — קבלתן quoque nomen loci. Prætorius interpretatur : «nostra tribus». Halévy dubitans «arbores frugiferæ», Müller «species turis». — הקנית objectum alterum verbi הקני. De forma vocis vide commentarium tit. 411 v. 10. — ליהר tantum valet quantum | עתתר ליהר in minæis titulis Hal. 541, v. 2, et 577, v. 3 et 4. Deus cognomine tantum designatus est; cf. tit. 390 v. 3 et 398 v. 12.

Iterum transcribimus ordine scripturæ solito :

1 חמעתת | בן | וטבן | עבד | סמהעלי | הקני | עתתר | כסלכן | וכל | ול

2 דהו | יום | תקדם | מהית | צרונהן | וכהית | קבלתן | הקנית | ליהר | בעתתר

3 ובאלמקה

Et vertimus :

1 *Ḥamʿathat, filius Waṯhbâni, servus Smuhuʿalayi, consecravit ʿAthtaro tabulam votivam et omnes li-*
2 *beros suos, quando suscepit viam Ḏarwanhani et viam Ḳabalati, consecrationem (deo) Yaharensi. Nomine*
ʿAthtari
3 *et Ilmaḳahi.*

ARTICULUS IX.

ʿATHTAR, DOMINUS MADHBAʾI.

Sacrarium Madhbaʾ in uno titulo commemoratur, quem supra, numero 276, tractavimus. Ubi situm sit, ignoramus.

ARTICULUS X.

ʿATHTAR NAŠḲENSIS.

Epitheto «Naškensis» ornatur ʿAthtar in tribus titulis Halevyanis 372 (cf. D. H. Müller, *Sabäische Inschriften*, p. 58), 379, 380, quorum primum articulo XIV tractandum reservamus, quum epitheton alterum antecedat, ceteros jam in articulo VI edidimus. De loco Našḳo dicto vide proœmium tit. 377 et commetanrium tit. 399 v. 1.

ARTICULUS XI.

'ATHTAR, DOMINUS SUMMI MONTIS MADARI.

Titulos qui 'Athtarum in summo monte Madaro cultum commemorant jam supra, numeris 5, 339 et 339 *bis* commentavimus. De Madaro vide adnotationem ad tit. 5 v. 2.

ARTICULUS XII.

'ATHTAR RIṢÂFENSIS.

Sacrarium Riṣâf in uno titulo sabæo, scilicet Hal. 371 + 370 = B. M. 86, quem nunc edituri sumus, et in titulis minæis Hal. 239, v. 1, et 257, v. 1, commemoratur. E. Glaser, apud H. Derenbourg, *Yemen Inscriptions*, p. 18-19, concludit e mentione sacrarii *Dhû-Girâb* (de quo vide proœmium articuli VI) Riṣâfum esse in vicinitate As-Saudâ'i (confer proœmium tit. 320). Ceterum titulus ipse As-Saudâ'i repertus est. Nomina locorum رصاف et رُصافة in Yaḳûti *Mu'djamo*, II, p. 782, inveniuntur. Glaser, *Ueber meine Reisen in Arabien*, p. 13-14, contenderat רצף in II Reg., XIX, 12 = Is., XXXVII, 12 eumdem locum esse; at Scripturæ commentatores illud Palmyrum inter et Euphraten situm esse affirmant.

440

Hal., 371 + 370; Gl., 301; B. M., 86.

Titulum As-Saudâ'i, ut supra diximus, inventum descripsit J. Halévy et in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 204 (separatim excuso, p. 174) numeris duobus 370 et 371 designavit. *Ibidem*, p. 83, dixit titulum priorem tres versus habentem, in lapide translato et everso, alterum novem versus tenentem in stela translata et eversa inscriptum esse. Sed, quum monumentum ipsum ab E. Glaser in Europam allatum et pro Britannico Museo acquisitum esset, patefactum est titulum in altari parvo inscriptum esse, quod formam cubi super pyramidem truncatam præbet. Cubus est $0^m, 17$ altus, $0^m, 20$ latus, pyramis $0^m, 20$ alta, $0^m, 145$ ad $0^m, 21$ lata. In fronte superioris monumenti erant insculpta duo bucrania (symbola 'Athtari), quorum unum fere totum evanuit, parte dextera altaris fracta. Angulus etiam inferior dexter abruptus est; attamen inscriptio est fere integra. Quæ voce una in fronte superioris altaris scripta incipit, deinde tribus longis versibus a latere dextero ad sinistrum ductis continuatur, denique quatuor versibus in fronte pyramidis terminatur. Inde intelligimus initia versuum in Hal. 371, v. 4-6, quærenda esse, continuationem in v. 7-9, finem in v. 1-3, terminationem inscriptionis in tit. 370; cf. quæ D. H. Müller, *Kritische Beiträge*, in *Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes*, II (1888), p. 208-209, scripsit. Qui *ibidem*, p. 206, concludit a mentione locorum Arathati

et Našâni titulum e Medinat-Haramo ortum esse, quum illa loca in tit. Hal. 147 (v. 3) et 154 (v. 7) ibi repertis commemorentur.

De titulo egerunt : H. Derenbourg, *Yemen Inscriptions*, in *Oriental and Babylonian Record*, I, 1887, p. 198-200; separatim excusum, p. 18-20. — D. H. Müller, *opere supra citato*, p. 205-209.

Hæc leguntur in apographo H. Derenbourg :

a sinistra :	a fronte :	a dextera :	
	𐩱𐩣𐩧		1
𐩧𐩣𐩺 ‖ 𐩧.𐩧𐩣𐩨 ‖ 𐩨𐩥𐩵	𐩣𐩧 ‖ 𐩣𐩺𐩣 ‖ 𐩺𐩥𐩺 ‖ 𐩱 . .	.𐩱𐩱.𐩧𐩧 ‖ 𐩧𐩧𐩣 ‖ 𐩧𐩺𐩣𐩧	2
𐩺𐩣𐩨𐩧 ‖ . .𐩺𐩧𐩺 ‖ 𐩨	𐩣𐩺 ‖ 𐩱𐩺𐩺𐩣𐩵 ‖ 𐩧𐩱𐩣𐩺𐩱 . .	.𐩧𐩣 ‖ 𐩧𐩨𐩣 ‖ 𐩨...	3
𐩧𐩺𐩣 ‖ 𐩨𐩥𐩵𐩣𐩨𐩣 ‖ 𐩨	𐩧𐩱𐩣𐩨 ‖ 𐩣𐩺𐩣 ‖ 𐩣𐩣 .	. .𐩣𐩱𐩵𐩣 ‖ 𐩧𐩹𐩧𐩨 ‖ 𐩣	4
	‖ 𐩧𐩣𐩹𐩣		5
	𐩣 ‖ 𐩣𐩺𐩺𐩥𐩣𐩱		6
	𐩨𐩥𐩨𐩣 ‖ 𐩣𐩺𐩧𐩵𐩺		7
	𐩣𐩺𐩺𐩧𐩧𐩣		8

Quæ hebraicis litteris transcribimus, nonnulla restituentes et emendantes :

	העלל		1
יעד ‖ מקט[ר]ן ‖ צפם	..ם ‖ הקני ‖ עתתר ‖ דר	.בני ‖ עבד ‖ בנ[י]ן ‖ א	2
דמרת ‖ הבי[נו] ‖ ם	יו ‖ מחרמן ‖ ארתתם ‖ יו	א ו] ‖ עלב ‖ וב[ר	3
וין ‖ ודרצפם ‖ ם	ש]וע ‖ עתתר ‖ דגרב	ע ‖ דנשן ‖ ואגר[ם ‖	4
	יעשרן ‖		5
	לופיהו ‖ ו		6
	אדנהו ‖ ומקמ		7
	הו ו] ובניהו		8

Versus 1. העלל, nomen hominis (Müller), jam in tit. 6 v. 5 reperitur. Glaser, apud H. Derenbourg, credidit העלל laudem numinis esse et comparavit arabicum علّ. Müller confert nomen loci מעללן [supra, in tit. 343 v. 16]. J. Halévy vocem omisit.

Versus 2. אבין. Müller inclinat ad legendum דשבין. Derenbourg, in adnotatione manuscripta, comparat אֲבִינָם in titulo a F. Lenormant in *Comptes rendus*, 1868, p. 63, edito, v. 12. לאבין est nomen regis in traditione ḥimyaritica; cf. A. von Kremer, *Arabische Sage*, p. 60, n. 1. Num אבין cum Abyâno, nomine aliquot locorum in Yemeno, conferendum sit, dubitamus. — בני | ...ם. H. Derenbourg in adnotatione manuscripta proponit בכלם | בן; nos conjectura abstinere malumus. — דרצפם; vide proœmium articuli. — מקטרן. Glaser inter מחרמן, מהיען et מקטרן hæret. Müller, quem sequimur, in tertium inclinat. H. Derenbourg suspicatur מבנין, collato Gl. 302 (supra, 37) v. 2, ubi domus יעד nominatur. — יעד, nomen altaris; in tit. 37 v. 2 nomen domus. Halévy legit העד.

Versus 3. ם[יו] complet Müller. — עלב; de significatione vocis vide quæ tit. 391 v. 2 occasione diximus. —

[רא] complet Glaser. Quæ vox solet verti «condidit»; vide tit. 4 v. 1-2; 6 v. 2-3, etc. Glaser in suo titulo 554, v. 75 et 77, vertit «construxit». De affinitate hujus radicis cum בני disseruit N. Rhodokanaki in *Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes*, 1911, p. 85-89; quam si accipis, licet conferre ומבניה | ועלבהתי in Hal. 466, v. 3 et 485 v. 7. — ארתחם, nomen sacrarii, etiam in Hal. 147, v. 3, legendum est (ubi F. Prætorius, *Beiträge*, III, interpretatus est «sacrificium»). In Hal. 152, v. 11, dubium est utrum ארתת nomen proprium sit an appellativum. — יום. Sententia ab altera pendet quæ item voce יום incipit. Similia forsan in tit. 338 v. 7, ubi ים sententiam introducit ab altera quæ voce בכן «quando» incipit pendentem. — [הבי]נו dubitantes complemus et explicamus «distinxerunt», i. e. consecraverunt.

Versus 3-4. למרתע legit D. H. Müller, במרתד Derenbourg, מרתע | עב Halévy. Forsitan למרירע legendum sit; cf. tit. 375 v. 2. — נשן, in Hal. 154, v. 7, 8, 9; 395, v. 1, necnon in Gl. 1000 *a*, v. 16, apud O. Weber, *Studien*, II, p. 25, commemoratur. Ex Al-Hamdânî *Iklîl* (apud D. H. Müller, *Burgen*, II, p. 95) comperimus Našânum prope Maʿînum situm fuisse; cf. E. Glaser, *Geographie*, p. 435. Mordtmann, in *Zeitschrift d. d. m. Gesellschaft*, XXXI, p. 62, in notula, confert Nesse apud Plinium [*Naturalis historia*, VI, § 159]. — [אנר]ם (Halévy אל) verisimiliter legendum est. In tit. 20 v. 3 et Lupar. 29, nunc 1546, v. 3, אנרם potius legitur quam אלרם, quod in tit. 397 v. 1, 7, 11, 14, perspicuum est. In suo tit. 62 (supra, 405) v. 18 legit Halévy [א]לרם, sed אנרם in 169, v. 1, et in (minæo) tit. 195, v. 6, אנר. Glaser scripsit in tit. supra editi 205 v. 2 אלרם, in 221 v. 2 אנרם. In tit. O. M. 29, nunc 41, quem supra n° 416 edidimus, v. 4, potius אלרם quam אנרם (Mordtmann et Müller) legimus. Quum res ita sit, neutrum emendare decet. — [ש]וע «socius», i. e. sacerdos; cf. D. H. Müller, *Sabäische Inschriften*, p. 63 et 85. ושוע | ודם in Hal. 169, v. 1; 202, v. 1; 490, v. 1; Gl. 1062 = Vind. 10, v. 1 reperitur. Num שוע in Hal. 20 = 33 (supra, 57) idem sonet, dubium est. — לנרבם | עתתר; vide proœmium articuli VI. — לרצפם; vide v. 1. Halévy legit לנצפם. — ויז «vinetum»; cf. tit. 11 v. 3 (ubi וינהו non emendandum est); 228 v. 2; 276 v. 3, et tit. Britannici Musei a J. Halévy in *Revue sémitique*, 1906, p. 370-373, n° 4, editum, v. 2 et 3. ויז est in statu constructo cum verbo יעשרן (Müller).

Versus 5. יעשרן «decimam offeret». Derenbourg vertit : «accipiat (ʿAthtar) decimam». Müller : «obtulit decimam». Verbum עשר in Acad. tit. 5, v. 4, et in minæis tit. Hal. 187, v. 3; 224, v. 2, occurrit; cf. substantiva עשר, עשורת, מעשרת, de quibus tit. 19 v. 7 occasione disseruimus.

Versus 8. ובניהו conjungitur cum suffixo vocum antecedentium.

His præmissis, verte si lubet :

1 *Haʿlal*
2 *Abyan, servus filiorum . . . .i, consecravit ʿAthtaro Riṣâfensi turibulum Yaʿûdum,*
3 *quando firmavit et construxit sacrarium Arathatum, quando distinxerunt Dhû-Martha-*
4 *ʿ Našânensis et Agur, sacerdos ʿAthtari Girâbensis et Riṣâfensis, vinetum,*
5 *a quo decimam offeret*
6 *pro securitate sua et*
7 *potestate et potentia*
8 *sua et filiorum suorum.*

ARTICULUS XIII.

ʿATHTAR ŠAIMENSIS.

ʿAthtar Šaimensis invocatur in duobus titulis, quos supra, n^is^ 366 et 396 edidimus. Vide quæ in fine commentarii tituli prioris scripsimus.

ARTICULUS XIV.

ʿATHTAR ŠÂRIḲ.

Epitheton שרקן, quo ʿAthtar in numerosis titulis ornatur, solet «orientalis» verti, sive pro substantivo «oriens» habetur, quocum ʿAthtar in statu constructo connexum sit, ut F. Prætorius, *Neue Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften*, 1873, p. 27, opinatur, interpretatus miro modo עתתר | שרקן «ʿAthtar in tali forma quali a populis versus orientem Maʿîni habitantibus colitur», quum E. Meyer, *Zeitschrift d. d. morgenl. Gesellschaft*, 1877, p. 741, vertat «ʿAthtar qui est in oriente», sive pro adjectivo habetur, ut J. Halévy, *Études sabéennes*, 1875, p. 51, existimat. At «oriens» sabæo sermone designatur voce משרק (Hal. 478, v. 18) et «orientalis» voce משרקי (tit. 132, v. 2-3; 429, v. 2-3). E. Glaser, *Skizze der Geschichte Arabiens*, 1889, p. 60, transcribit «ʿAthtar Šarkâni», procul dubio שרקן nomen loci esse censens. Quam sententiam explicite in *Altjemenische Nachrichten*, 1906, p. 152 in notula, enuntiat, titulo 41, v. 3, fretus, ubi, ut opinatur, ʿAlam et Šarḳ (sic nunc transcribit) nomina locorum conjuncta sunt. Glaser præterea contendit nusquam שרקן solum reperiri; unde concludit שרקן adjectivum non esse. Sed jam J. H. Mordtmann, *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, 1885, p. 235, attulit tit. nunc 35 Musei Byzantini (infra, 453) numini שרקן consecratum. Cui nunc adjici possunt tit. Lupar. 4090 (infra, 447) et 4966 (infra, 452), ubi epitheton שרקן sine dei nomine usurpatur. Ergo שרקן non est nomen substantivum, sed potius participium, qua de causa revertimur ad sententiam F. Lenormant, qui in *Lettres assyriologiques*, II, 1872, p. 100-101, interpretatus est שרקן «oriens, matutinus». Glaser ipse, *loco citato*, vertit «oriens». W. Fell, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, 1900, p. 253-254, non absimili modo explicat «splendens». Quod ad tit. 41 v. 3 pertinet, verteramus שרקן «sol oriens»; at, quum sol apud Semitas dea, non deus sit (cf. Mordtmann, *l. c.*), verisimilius שרקן illic quoque epitheton ʿAthtari est, quanquam ʿAthtar oriens jam in v. 2 nominatus est. Comparare oportet nomen hominis ʿAbd-aš-Šâriḳ a J. Wellhausen, *Reste arabischen Heidenthums*, p. 65, citatum.

ʿAthtar Šâriḳ tum in minæis quum in sabæis titulis invocatur. Ex his jam aliquot tractavimus, scilicet tit. 20, 21, 29, 41, 46 (ubi עתתר | שרקן pro יתר | שרקן legendum est; vide t. I, p. 452), 104 (?), 105, 153, 182, 203, 213, 246, 293, 428. Ceteros nunc edimus, minæos tomo tertio servantes.

441

Hal., 639.

Titulum invenit J. Halévy Al-Faṭiæ, qui locus itinere quatuor horarum ab Al-Ḥizma inter septentriones et orientem solem, trium horarum itinere a Mâribo orientem versus distat; vide ejusdem *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 95. Lapis inscriptionem trium versuum præbens exstabat cum aliis lapidibus partim in pariete castelli vetustate corrupti inclusis, partim humi jacentibus. Titulum edidit J. Halévy, *o. c.*, p. 257-258 (separatim excusum, p. 227-228) et vertit *ibidem*, p. 515 (separatim excusum, p. 263).

De titulo egit F. Prætorius, *Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften*, III, p. IX.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris :

1 נפס | רבנסרם | רכב

2 [י]ן | וליקמען | עתתר | שר

3 קן | דישתרן | נפסה

Versus 1. נפס; vide tit. 420 v. 1. — רבנסרם nomen compositum e רב «dominus» et נסרם, nomine dei, de quo vide tit. 189 v. 1; cf. רבאל et אלרב, רבואד, רבאום, רבשמסם, רבנדב, רבשמר.

Versus 1-2. ן[י]רכב, a J. H. Mordtmann, *Zeitschrift d. d. morg. Gesellschaft*, XXXII, p. 202, completum, patronymicum a רכבן, nomine tribus in Ḥisn al-Ghurâb, v. 5; cf. الركب in Al-Hamdânî *Djazîra*, p. 84, et Yâḳûti *Muʿdjamo*, II, p. 809. — וליקמען; vide quæ ad tit. 308 v. 22 et 419 v. 2 adnotavimus.

Versus 2-3. שרקן | עתתר; vide procœmium articuli. — דישתרן. Halévy quidem scripsit דילתרן, quod in *Études sabéennes*, p. 33, יתתרן legit, et a rad. עור = גור ducit. Prætorius, *Beiträge*, III, p. IX, primo יתתרן verbo arabico جَوَّرَ «evertit» explicavit, tum (*ibidem*, in notula) agnovit litteram ש restituendam esse. Consonantem *šin* in *lâmum* ante dentalem mutari posse, sicut in babylonico sermone, in sabæa lingua inauditum et vix credendum est. De verbo שתר vide supra tit. 420 v. 3. — נפסה; ה pro הו defective scriptum est, ut in רתדה et חרשה tit. 450, v. 6 et 8; cf. הם pro המו, de quo vide tit. 341 v. 8 commentarium. In minæa scriptura ס frequens pro סו; cf. F. Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 8 et 10.

Verte nunc, si lubet :

1 *Stela funebris Rabbnasri Rakaben-*
2 *sis. Et percutiat ʿAthtar Šâri-*
3 *ḳ eum qui delebit stelam ejus!*

442

Prid., 9 = B. M., 50.

Titulum præbet lapis $0^m,22$ altus, $0^m,385$ latus, $0^m,14$ profundus, deorsum læsus, qui in Museo Britannico servatur. Inscriptio integra in spatio quadrato est, quod pampini uvis onusti circumdant a lateribus et a summo. De hoc ornamento vide quæ M. Hartmann, *Orientalistische Litteratur-Zeitung*, 1908, c. 274, scripsit. Super pampinos sunt pinnæ insculptæ. Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, 1883, p. 100, conjiciunt partem inferiorem monumenti imaginem effictam præbuisse et perditam esse. Quum autem monumentum voce צור «imago» (cf. tit. 419 v. 1) in titulo ipso non designetur, nullum signum est quo constet defunctæ effigiem insculptam esse; cf. tit. 444. Titulum Ṣanʿâ'i inventum primus W. F. Prideaux in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, II, 1873, p. 27, publici juris fecit; tum Prætorius, *Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften*, III, 1874, p. IX, in notula vertit.

De titulo egerunt Mordtmann et Müller, *opere supra citato*, p. 99-100.

Hæc leguntur :

1 𐩱𐩹𐩺 | 𐩣𐩵𐩹𐩧 | 𐩧𐩣 | 𐩧𐩨𐩧𐩵𐩣 | 𐩨𐩱𐩧

2 𐩺𐩧𐩧𐩨𐩧𐩹𐩣 | 𐩧𐩱𐩹𐩵 | 𐩨𐩧𐩹𐩺 | 𐩧𐩺𐩣

Eadem hebraicis litteris scripta :

1 נפס | משנאת | דת | אגישם | וליק

2 מען | עתתר | שרקן | דישתרנהו

Versus 1. משנאת arabice مَشْنوءة, non مُشْنِئَة vel مُشْنَأَة (Mordtmann et Müller), quod sabaice scribendum esset מהשנאת. Mordtmann et Müller comparant nomen hominis arabicum بَغِيض «invisus» apud Ibn Doraidum, *Ištiḳâḳ*, p. 157, et hebraicum איוב, quod «hostiliter tractatus» explicari solet. — אגישם nomen tribus vel loci, quocum conferre licet nomina locorum الجَيْش apud Al-Hamdânîum, *Djazîra*, p. 138, et Yâḳûtum, *Muʿdjam*, I, p. 547, 800, 833; II, p. 178; IV, p. 535, et جَيْشان apud Al-Hamdânîum, *o. c.*, p. 54, 55, 95, 101, 102, 135, et Yâḳûtum, *o. c.*, II, p. 177; IV, p. 436. Confer etiam nomen appellativum גיש in tit. 432 v. 4.

Versus 1-2. וליקטען etc.; vide tituli antecedentis v. 2-3.

His præmissis vertimus :

1 *Stela funebris Mašnûʾati, Agiâšensis. Et percu-*
2 *tiat ʿAthtar Šârik̲ eum qui delebit eam !*

443

Acad., 6.

(Tab. XIV.)

J. et H. Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, p. 51, titulum sic descripserunt : « Cippus ex alabastro polito, integer deorsum et a lateribus, o^{m}, 25 altus, o^{m}, 195 latus. Lapis est paululum a dextera et sinistra dolatus, a tergo rudis. Alabaster monumenti est miro modo nitens, et inscriptio accuratissima. » Monumentum quum in Museo Luparensi, quo tituli Academiæ translati sunt, inveniri non posset, imago ejus ab ectypo chartaceo sumpta et luce solis expressa est; quam tabula quarta decima exhibet. Inscriptio quatuor versus præbet, quorum primus et alter duodecim litteras, tertius quindecim, quartus septem tenet.

Titulum tractaverunt : J. et H. Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, in *Journal asiatique*, 1883, II, p. 244-245; separatim excusum, p. 51-52. — J. Halévy, in *Journal asiatique*, 1884, I, p. 102. — D. H. Müller, in *Oesterreichische Monatsschrift für den Orient*, X (1884), p. 61.

(Impressum mense februario 1914.)

Hæc leguntur :



Hebraicis litteris :

1 נצב | כסם | בן | ד
2 כע | וחולם | ולי
3 קמען | עתתר | שרקן |
4 דישאנהו

Versus 1. נצב. Vide quæ ad tit. 23 adnotavimus. Vox נצב etiam in Acad. 7 (nunc Lup. 5965); in titulo a D. H. Müller in *Zeitschrift d. d. morg. Gesellschaft*, XXX, p. 115, edito; in O. M. 36, nunc 71, et 37, nunc 72 reperitur. Cf. verbum נצבו in tit. 204 v. 1. — כסם, nomen hominis inauditum, a J. et H. Derenbourg cum arabico كسوم «strenuus» comparatur.

Versus 1-2. דכע nomen hominis vel gentis ignotum. J. et H. Derenbourg secum quærunt, nonne דסע ut in Hal. 649 legendum sit; sed in ectypo litteram כ potius dispicimus quam ס. — חולם a J. et H. Derenbourg pro nomine matris habetur sicut בוסם in Acad. 11, nunc Lupar. 4973, v. 1. Halévy opinatur כסם et חולם duas gentes designare. Itidem D. H. Müller, qui comparat והמדן | בתע | בנו (in tit. 2 v. 12), | מוקצם | בן in tit. 282, v. 1, ולאמם | לחיעתת in Miles 1, v. 1-2, et addit gentem priorem partem esse posse alterius, vel auctorem tituli ad duas gentes separatas pertinere. Non sine veritatis specie, hic prius nomen patri, alterum genti tribuendum est. Cum nomine חולם Müller confert حِوال [in Al-Hamdânî *Djazîra*, p. 106].

Versus 4. דישאנהו a verbo נשא «abstulit» (Halévy, Müller) potius quam a שאי (J. et H. Derenbourg, qui hebraicum שְׁאָה «vastatus est» conferunt) deducendum est.

Nunc vertimus :

1 *Cippus Kasmi, filii Da-*
2 *kaʿi et Ḥiwâli. Et per-*
3 *cutiat ʿAthtar Šârik*
4 *eum qui auferet eum!*

444

Lupar., 7, nunc 1131.

(Tab. XI.)

Fragmentum lapidis a dextera mutili, $0^m,16$ altum, $0^m,27$ latum, $0^m,03$ profundum, titulum exhibebat; sed Lutetiam allatum antequam pro Museo Luparensi acquisitum est, in tres partes ruptum est, quarum media periit. Sed opportune evenerat, quod A. de Longpérier antea ectypon chartaceum lapidis fieri jusserat; itaque J. et H. Derenbourg in *Nouvelles études sur l'épigraphie du Yémen*, pl. I, monumenti delineationem conficiendam curaverunt. Quum ectypon quoque reperiri non posset, imaginem ab hoc opere mutuati sumus, quam una cum imagine fragmentorum servatorum luce solis expressam tabula nostra undecima exhibet. Inscriptio duos versus præbet initio

carentes, quorum prior quatuordecim litteras, alter duodecim tenet, et est pampinis undique circumdata, ad modum tit. 442, sed pinnæ subter, non super inscriptionem sunt sculptæ.

De titulo egerunt : J. et H. Derenbourg, *Nouvelles études sur l'épigraphie du Yémen. Les monuments sabéens et ḥimyarites de Paris. I. Le Louvre*, in *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, II (1885), p. 55-56; separatim excusum, p. 8-9. — H. Derenbourg, *Répertoire d'épigraphie sémitique*, II, p. 63-64, n° 633.

Hæc leguntur :

𐩱𐩣𐩺𐩲𐩣 | 𐩧𐩱𐩣 | X

𐩣𐩲𐩵 | 𐩱𐩵𐩱𐩵𐩺𐩲𐩣 |

Quæ hebraicis litteris :

1 ת | ורדם | וליקמען

2 ... | ויהבאסן | בהו

Versus 1. Initio versus supplent J. et H. Derenbourg ונפס | צור. Nos satis ducimus נפס, quum non constet imaginem defunctæ effictam esse. — ת in בת complent J. et H. Derenbourg. Etiam לת legi posset; cf. tit. 442. — ורדם; cf. nomen arabicum وَرْدَم apud Al-Hamdânîum, *Djazîra*, p. 90; Yâḳûtum, *Muʿdjam*, II, p. 653 et 738; F. Wüstenfeld, *Register*, p. 464, et safaiticum ורד apud R. Dussaud, *Les Arabes en Syrie*, p. 168.

Versus 2. Initio versus restituendum est עתתר | שרקן. J. et H. Derenbourg addunt יתרשנהו «delebit eum» freti titulo Lupar. 9 (infra, 445) et opinati litteram *râ* dispici. Nos autem nihil ex hac voce videmus; etiam ישתרנהו sicut in titulis antecedentibus suppleri posset vel יתברנהו sicut in tit. 419 v. 2. — יהבאסן «malum afferet»; cf. participium מהבאסם in tit. 20 v. 4; 29 v. 5, etc. Verbi 2ª forma יבאס (nisi legendum sit יהבאס) in tit. Br. M. a J. Halévy in *Revue sémitique*, 1906, p. 370, edito, n° 4, v. 1, reperitur.

Iterum transcribimus, restitutis quæ restitui possunt :

1 נפס | ..... | ב]ת | ורדם | וליקמען

2 עתתר | שרקן | ד[..... | ויהבאסן | בהו

Et vertimus :

1 *Stela funebris* ....., *fi*]*liæ Wardi. Et percutiat*

2 *ʿAthtar Śârik eum qui* .....] *et malum afferet in eam.*

445

Lupar., 9, nunc 1029.

(Tab. XIII.)

Titulus est in stela alabastri politi et nitidi $0^m,55$ alta, $0^m,29$ lata, $0^m,09$ profunda inscriptus et tit. 419 in memoriam revocat. Monumentum, quod nunc in Museo Luparensi servatur, J. H. Mordtmann primus in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXXII (1878), p. 200-203, edidit et explicavit, deinde *ibidem*, XXXV (1881), p. 432-437, imaginem vulgatam accurate depinxit. Ejus descriptionem hic compendiose iteramus : « Anaglypta constant e duabus imaginibus, una super alteram posita. In superiore videmus a dextera defunctum sedentem in sella humili sine

anconibus, cujus pedes decussati sunt; vestis ejus manicas exiguas præbet et ad talaria descendit; caput pileo tiaræ simili tectum est. Bracchium dexterum inflexum tenet scutam; sinistrum pulvinari vel reclinatorio fultum [nos pulvinare vel reclinatorium non perspicimus] pectus premit. Ante eum mensa, forma sellæ similis, in qua vas magnum et scuta parva posita sunt. A latere altero mensæ servus veste exigua indutus stat ante dominum, in manibus scutas vel cibos tenens. A sinistra ejus mulier longa veste induta, capite involuto, tenet manibus instrumentum, verisimiliter organon duabus chordis; cf. Al-Hamdânîum, *Iklîl*, apud D. H. Müller, *Südarabische Studien*, p. 42; Masʿûdîum, *Murûdj adh-dhahab*, VIII, p. 88-92. Non dubium quin defunctus cibum capiens exhibeatur. In imagine inferiore videmus eum eodem vestitu equitantem, dextera hastam vibrantem, qua camelum impellit. Equi collum collaribus et aliis ornamentis (arabice قلائد) instructum est. Bracchium sinistrum hominis ephippio alto nititur [ephippion exstare non putamus]. Defunctus videtur ex expeditione regressus repræsentari. Super anaglypta inscriptio duos versus longos tenet, quorum alter ornamento papilioni simili terminatur. Idem ornamentum a dexte[illegible]ı et sinistra pampinorum reperitur, qui spatium inter imagines occupant. » Monumenti imaginem tabula tertia decima præbet.

Titulum post J. H. Mordtmann (vide supra) tractaverunt J. et H. Derenbourg, *Nouvelles études sur l'épigraphie du Yémen. Les monuments sabéens et himyarites de Paris. I. Le Louvre*, in *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, II, 1885, p. 57-58; separatim excusum, p. 10-11. — H. Derenbourg, in *Répertoire d'épigraphie sémitique*, II, p. 67, n° 635.

Hæc leguntur :

1 𐩣𐩱𐩺 | 𐩧𐩵𐩣𐩺𐩲 | 𐩣𐩠 | 𐩥𐩵𐩵𐩺 | 𐩲𐩺𐩣𐩺 | 𐩺𐩲𐩲

2 | 𐩺𐩧𐩣𐩵𐩧𐩱𐩣 | 𐩣𐩺𐩱𐩧 | 𐩵𐩧𐩸𐩺 | 𐩣𐩺𐩥𐩺𐩵 | 𐩧𐩺𐩥𐩵𐩲

Scripta hebraicis litteris :

1 צור | ונפס | עגלם | בן | סעדלת | קרין

2 ולקמען | עתתר | שרקן | דיחרשנהו |

Versus 1. עגלם. Mordtmann confert nomen arabicum عجل apud Ibn Ḥabîbum, *Durrat al-aslâk*, ed. Wüstenfeld, p. 29; cf. Wüstenfeld, *Tabellen*, 4, 16; *Register*, p. 244. Eodem nomine appellatur homo in Al-Hamdânîi *Djazîra*, p. 139, et gens, *ibidem*, p. 124 et 161. — סעדלת; vide tit. 408 v. 1, et nominibus voce לת formatis illic allatis adde עזולת in Landberg 5 (nunc Lupar. 6269), v. 7-8, et נצלת (= נצרלת) in tit. 434 v. 12. — קרין; vide quæ nominis קרינם occasione ad tit. 80 v. 1 adnotavimus; קרין etiam apud H. Derenbourg, *Nouveaux textes*, 5, v. 1 reperitur; cf. O. Weber, *Studien*, III, p. 45.

Versus 2. ולקמען. Infinitivus hic tantum reperitur, nisi לקמען forma decurtata a ליקמען est. De verbo קמע vide tit. 419 v. 2. — יחרשנהו. Verbum חרש, arabice خرش «radere» (Mordtmann), etiam in Gl. 419, v. 3, apud F. Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 24, et in tit. a J. Halévy in *Revue sémitique*, 1908, p. 298, n° 4 (infra, 450), v. 8, edito occurrit. — Suffixum singulare videtur ad צור referri.

Verte igitur :

1 *Imago et stela funebris ʿIgli, filii Saʿdlâti Ḳurain.*

2 *Et percutiat ʿAthtar Šâriḳ eum qui radet eam!*

446

Lupar., 14 *d*, nunc 5970.

(Tab. XI.)

Lapidis calcarii $0^m, 24$ alti, $0^m, 20$ lati, $0^m, 07$ profundi partem superiorem occupat titulus trium versuum, quorum quisque septem vel octo litteras habet. In inferiore parte a sinistra exstat cavum haud scio an fortuitum. Inscriptionem spuriam esse existimaverunt J. et H. Derenbourg, quod tenor ejus intelligi non possit. Sed J. H. Mordtmann monstravit significationem tituli non obscuram esse, nec de ejus auctoritate esse dubitandum. Imaginem ejus de monumento ipso sumptam et luce solis expressam in tabula nostra undecima reperies.

Titulum tractaverunt : J. et H. Derenbourg, *Nouvelles études sur l'épigraphie du Yémen. Les monuments sabéens et ḥimyarites de Paris.* I. *Le Louvre,* in *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale,* I (1885), p. 64-65; separatim excusum, p. 18-19. — J. H. Mordtmann, *Sabäische Miscellen,* 1. *Angebliche Falsificate,* in *Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes,* X (1896), p. 150-152. — H. Derenbourg, *Répertoire d'épigraphie sémitique,* II, 1907, p. 70-71, n° 643.

Hæc leguntur :



Eadem hebraicis litteris :

1 סעדאל ו ס

2 למן ו מרתד

3 עתתר ו שרקן

Versus 1. סעדאל; vide tit. 29 v. 1.

Versus 1-2. סלמן; vide quæ ad tit. 432 v. 4-5 adnotavimus. J. et H. Derenbourg crediderant סלמן errore lapicidæ pro צלמן «statua» scriptum esse; quod Mordtmann recte rejecit. — מרתד J. et H. Derenbourg pro nomine hominis habuerunt, Mordtmann pro nomine appellativo. Qui confert Hal. 89 (supra, 319), v. 2; 91, v. 2 (ubi legit מרתדשמסם); 94 (ubi legit לב[א]מרתת); 100, v. 1 (ubi legit תבעתמרתדשמסם); Glaser 298 = B. M. 81, v. 1 (ו[ד]מרתד | נכרח), necnon nomen proprium מרתדאלן (in tit. 130 v. 1). Addere licet מרתדעם apud E. Glaser, *Mitteilungen,* p. 19. Mordtmann secum quærit utrum מרתד «dedicatio» an «dedicatus» sonet; מרתד certo substantivum est in minæo tit. Hal. 481, v. 9, et verisimiliter in Hal. 411, v. 6; obscurum supra, in tit. 69 v. 5. In alteram interpretationem hic inclinamus; sed notandum est, verbum רתד potius «commisit, commendavit» significare quam «consecravit, dedicavit»; cf. tit. 20 v. 4.

Vertimus igitur :

1 *Sa'd'il Sa-*

2 *lmân, commissus*

3 *'Athtaro Šârik.*

447

Lupar., 4090.

(Tab. VIII.)

Monumentum, cui titulus inscriptus est, forma simillimus est stelæ quam supra, sub n° 420 descripsimus; hoc tantum differt, quod pars superior quoque duabus effigiebus vasorum a dextera et læva ornata est, itaque quatuor effigies præbet. Inter vasa superiora quinque numuli distincti sunt. Titulus, quem M. Lambert, *Nouveau supplément aux inscriptions du Louvre*, n° 6, in *Mélanges Hartwig Derenbourg*, p. 161 (separatim excusum, p. 5) edidit, tres versus habet, quorum primus quindecim, alter undeviginti, tertius decem litteras habet. Miris erroribus lapicida initio v. 1 נפן pro נפס scripsit et in v. 2 voces יקמען et שרקן conjunxit. Tituli imaginem de monumento ipso sumptam et luce solis expressam tabula octava exhibet.

Hæc leguntur :

𐤑𐤏𐤊𐤍𐤉 | 𐤉𐤇𐤌𐤀𐤋 | 𐤊𐤈𐤊

𐤁𐤍 | 𐤃𐤁𐤉𐤍 | 𐤅𐤋 | 𐤉𐤒𐤌𐤏𐤍𐤔𐤓𐤒

𐤍 | 𐤃𐤉𐤔𐤕𐤓𐤍𐤄𐤅

Quæ hebraicis litteris, una emendata :

1 נפס | יחמאל | מקתוי

2 בן | דבין | ול | יקמעןשרק

3 ן | דישתרנהו

Versus 1. נפן in נפס emendandum est. — יחמאל; vide tit. 329 v. 1.

Versus 1-2. דבין | בן | מקתוי; cf. [הם]דן | בן | מקתוית in tit. 289 v. 6, ubi vox מקתוי itidem cum nomine tribus, non regis est constructa. De מקתוי «dux exercitus» vide tit. 308 v. 17 et 364 v. 2. De בן, defective scripto pro בני, vide tit. 289 v. 6. — דבין nomen gentis, quocum conferre licet ذُبْيان, nomen gentis Arabiæ septentrionalis in Al-Hamdânî *Djazîra*, p. 129 et 131, vel ذِبْيان in Yâḳût *Mu'djamo*, II, p. 717. In tit. 37, v. 1, et in ḳatabâniticis titulis Derenbourg, *Nouveaux textes*, 2, v. 8; Gl. 1581, v. 3; 1600, v. 1, דבין est cognomen, quod supra, in t. I, p. 56, e ד et בין compositum esse opinati sumus; Hartmann autem in *Arabische Frage*, p. 183 et 242, existimat litteram ד ad radicem pertinere.

Versus 2-3. ליקמעןשרקן. Linea separationis deest. — Quæ e nomine 'Athtari ante cognomen omisso conclusimus vide in proœmio articuli; alia epitheta deorum nominibus carentia supra in tit. 428 v. 3 commentario attulimus.

His præmissis vertimus :

1 *Stela funebris Yaḥmi'ili, ducis exercitus*
2 *Dhubyânensium. Et percutiat Sârik*
3 *eum qui delebit eam!*

448

Gl., 379; Burch., 2.

Titulum invenit viator desideratus H. Burchardt in vico Ḥaḳîr dicto, qui a Yarîmo non multum versus orientem abest; cf. ejus *Reiseskizzen aus dem Yemen* in *Zeitschrift der Gesellschaft für Erdkunde*, 1902, p. 608. Imaginem monumenti, arte photographica expressam, ad M. Lidzbarski misit, qui inscriptionem edidit et commentavit. Imago, nobiscum benigne a M. Lidzbarski communicata, est valde exigua ($0^m,032$ alta, $0^m,093$ lata) et tam pallida, ut iterum exprimi non possit. Præterea aliquot voces difficulter vel omnino legi non possunt. Lapidem cui titulus inscriptus erat a dextera abruptum et in murum ædis novæ insertum esse, e photographia judicat Lidźbarski. Titulus nunc sex versus circiter sexaginta litterarum habet. A sinistra monogramma exstat, quod Lidzbarski Šammar Yuharʿiš legit. Eamdem inscriptionem E. Glaser descripsisse et numero 379 designavisse e paucis vocibus, quas ex ea in *Suwâʿ und Al-ʿUzzâ*, p. 6, attulit, concludere licet; cf. ejus *Skizze der Geschichte Arabiens*, p. 14, et *Die Abessinier in Arabien und Afrika*, p. 31, ubi asserit titulum a Šammaro Yuharʿiš confectum esse (de quo rege vide tit. 407 v. 3 commentarium). Scriptum esse anno, qui est 281 æræ vulgaris, indicat titulus ipse. M. Lidzbarski animadvertit eum scriptura tam similem esse tit. 46, qui, anno 270 scriptus, Yasîrum Yuhanʿim, patrem Šammari Yuharʿiš, una cum filio commemorat, ut existimari possit, utrumque ab eodem lapicida scriptum esse. Num Šammar Yuharʿiš eo spatio temporis, quod unum ab altero dividit, loco patris rex factus sit, dubitat Lidzbarski; etenim fieri potuit ut a dextera monumenti nunc truncati monogramma patris inscriberetur, nam duo monogrammata in tit. 40 et O. M. nunc 51 reperiuntur. Regem esse auctorem monumenti concludit Lidzbarski ex eo quod reges inter numina et populum non nominantur ut in tit. 46 et aliis.

Titulum tractavit M. Lidzbarski in *Ephemeris für semitische Epigraphik*, II [1903], p. 93-98.

Hæc a photographia quam accuratissime descripsimus :



Quæ hebraicis litteris transcribimus, restituentes aliquot voces, partim M. Lidzbarski secuti :



Versus 1. והקשבן. Lidzbarski dubitat utrum legendum sit והעקבן | והדב | והוׁתׁר | בראו, collato v. 3, an והקשבן; in alterum inclinat. De verbo הקשׁב «instauravit», vide tit. 308, v. 4 et 325 v. 7 et cf. קשׁבן «ædificium novum» in Gl. 618, v. 104-105 et 112. Littera ב initio versus forsan finis verbi עלב «firmavit», de quo vide tit. 391 v. 2. — וצובת | גנא. In tit. 40 v. 4 eædem voces in statu constructo cum מחפד connectuntur, hic cum מחפדת conjunguntur. צובת (cf. v. 3), quod præter tit. 40 in Gl. 1119, v. 3, reperitur, supra, t. I, p. 66, explicatum est «ædes arcis». D. H. Müller, *Sabäische Inschriften*, p. 31, vertit «reparatio», quod minime placet. Lidzbarski quærit num idem sonet ac צחפת «arx». E. Glaser, *Suwâ*ᶜ *und Al-*ᶜ*Uzzâ*, p. 7, vertit «fultura (*Flankenbefestigungen*)». Quum صوبة arabice acervum designet, conjicere audemus צובת apud Sabæos «agger» significare, itaque pro parte arcis ut in tit. 40 haberi posse vel pro exstructione separata ut in nostro titulo. — מחפדת in tit. 40, v. 2 et 3; 353, v. 14; 365, v. 9, versum est «ara»; in tit. 374 et 375, v. 1 «turres», quam interpretationem jam J. Halévy, *Études sabéennes*, p. 233, et F. Prætorius, *Beiträge*, III, p. 27, collato æthiopico መዓፈዲ, protulerunt. Glaser, *Mitteilungen*, p. 47, dixit מחפד esse vicum parvum vel magnum in cacumine montis situm, sed in *Suwâ*ᶜ *und Al-*ᶜ*Uzzâ*, p. 7, vertit «turres (castella)». — הגרהמו. Num suffixum plurale complures auctores tituli indicet, ut Lidzbarski opinatur, dubium est; cf. quæ ad tit. 19 v. 2; 335 v. 2; 351 v. 6 adnotavimus.

Versus 2. מבראם a Lidzbarskio legitur, quamvis non perspicuum; cf. v. 4. Supra, in tit. 290 v. 5 versum est «sanatio», sed certo ad constructionem quamdam alludit, ut E. Glaser in suo tit. 554, v. 11, 24, 25, 63 interpretatus est; vide quæ de verbo ברא in tit. 440 v. 2 commentario diximus. Lidzbarski vertit «materia ad ædificandum». מברא etiam in tit. Luparensi 4092 (*Nouveau supplément*, 3), v. 1, reperitur. — חשׁשׁם, vox ignota, materiam ædificii designans, ut גרבם | ולבתם in Gl. 554, v. 11. Nomina propria ex eadem radice orta sunt אחשׁשׁ in O. M. nunc 51, v. 1, et חשׁת in Acad. 7. — אבנם «lapis» legimus, quod in Hal. 187, v. 2-3; 520, v. 5; 535, v. 1; Gl. 554, v. 30, occurrit; pluralis אאבן, *ibid.*, v. 74. Lidzbarski hæret inter אצלם «fundamentum», אשׁלם «homines» et אשׁרם. — בברים, vestigiis litterarum respectis, forsan legendum est. De voce ברי «plenitudo» vide tit. 28 v. 6 et 315 v. 20; verbi 10ª forma סתברי in tit. 352 v. 8 invenitur. — ושׁפו; vide quæ ad tit. 43 v. 5 adnotavimus et titulis illic allatis adde Reh. 8, v. 4, et O. M. 13, nunc 21, v. 11. Collato hebraico יסף vertimus «auxerunt». — רימו «sustulerunt», verisimiliter 2ª forma; cf. substantiva רים «altitudo» in Gl. 618, v. 108, et מרים «fastigium» infra, in v. 3.

Versus 2-3. וצובתהו complet Lidzbarski et מחפדתהו addit, collato v. 1. — מרימהו; cf. רימו in v. 2. E. Glaser, *Suwâ*ᶜ, p. 7, vertit : «superiores partes» vel «superior pars». — תׁרת etiam in Gl. 824, v. 1, occurrit et videtur sicut frequens מוׁתׁר solum designare. Glaser, *o. c.*, p. 6-7, inter «solum», «mensura» et «initium» dubitans hæret. Ipse asserit etiam nunc juga montis appellari عُرْج et confert nomina locorum apud Al-Hamdânium, *Muᶜdjam*, I, p. 91 et 96. Verbum הוׁתׁר (tit. 17, v. 2; 18, v. 1 etc.) Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 18, cum arabico وتر «stravit» recte comparantes, «æquavit» explicaverunt, sed haud congruenter «fundavit» verterunt. — הדבוהו. Lidzbarski, arabicis هُدْب «cilia» et هَدَب «rami» fretus, suspicatur de additamentis ad muros agi. Idem secum quærit num هدم comparare liceat et verbum muros deletos ad novos exstruendos designet; sed hanc conjecturam rejicit quod tunc verbum הדב initio operum, non in mediis stare debuisset. הדב

a radice דבב ducere ei non placet. Forsan verbum arabicum هَدَمَ «accommodavit, runcinavit», conferendum est. Notatu dignum est litteram *wâw* pluralis ante suffixum scriptam esse, quod rarissime fit; cf. M. Lambert, *Notes de grammaire sabéenne*, in *Journal asiatique*, 1908, II, p. 320. — העקבן, æthiopico አዕቀበ collato, significare videtur «custodia munire». Lidzbarski vertit : «turre observandi munire»; Glaser, *Geschichte*, p. 93, explicat dubitans substantivum עקב «murus inclusionis», Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 126, «murus protectionis». Forma quarta verbi etiam in Rch. 4, v. 2, occurrit, prima in tit. 259 v. 2, ubi versa est «ambiit». Substantiva עקב in Hal. 152, v. 12; 154, v. 7; Obne, v. 2; עקבה in minæo tit. Gl. 282 = B. M. 90 et forsan in Yehâ 4, עקבהתן in Obne, v. 2; עקבהן, *ibid.*, v. 3; מעקב in tit. 44 v. 3. Ab eadem radice orta sunt nomina locorum עקב in Hal. 233, v. 7; Jaussen, 4, v. 2, et עקבן in tit. Br. M. ab Halevyo in *Revue sémitique*, 1908, p. 249, n° 6, edito, v. 3-4.

Versus 4. חדעו. Infinitivus חדען in Gl. 1548-1549, v. 5, reperitur. Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, p. 84, nos docet verbum etiam in suis titulis 551, v. 3; 1610, v. 4, 5, 7, et aliis occurrere, et id interpretatur, conferens arabicum خدع, «decipere», qui sensus hic non convenit; itaque malumus conferre arabicum مخدع «camera, cella», et vertere «cameras fecerunt». — וחלפהו, vide tit. 79 v. 10. — מצרעתם nobis videtur nomen loci esse; cf. المصرع in Al-Hamdânî *Djazîra*, p. 82 et 247. Lidzbarski opinatur מצרעת esse ædificium duabus valvis (مِصْرَاعان) munitum. — צדקם | כל | מקיח; cf. hinc | מקח צדקם in Prid. 5, v. 1, צדקם | מקיחת in tit. 137, v. 1; illinc צדקם | כל | נכל in O. M. nunc 51, v. 4 (Lidzbarski). De voce מקיח «areæ subdiales», plurali, sicut מקיחת, vocis מקח, vide tit. 28 v. 2 et 137 v. 2. Lidzbarski vertit «opus ædificandi». — כל hîc e præpositionibus כ et ל compositum esse existimamus; vide adnotationem ad tit. 325 v. 3 et 4.

Versus 4-5. Litteram ת complet M. Lidzbarski in תפרעם; cf. tit. 325 v. 3 et 4 et Gl. 1044 apud E. Glaser, *Abessinier*, p. 59.

Versus 5-6. [חמיס[המו | ומקימת | באחיל; cf. | אחיל שעביהמו | ומקימת in tit. 40 v. 6 (Lidzbarski). — חמיס «exercitus» pluralis vocis חמס, cujus pluralis alter אחמס in tit. 315 v. 7 et 8 præbetur; vide quæ illic adnotavimus. M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 148-149, existimat חמס non milites mercede conductos, ut Glaser opinatus est, designare, sed cives militiam exercentes. Lidzbarski contendit חמיס ut arabicum جَيْش singulare esse, D. H. Müller [*Sabäische Inschriften*] in *Zeitschrift d. d. morgenl. Gesellschaft*, XXXVII, p. 333 (separatim excusum, p. 15) conferens; sed maxime dubium est num vocalis *i* media in voce plurium syllabarum littera *yâ'* designetur; cf. Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 7. — חן. Cujus vocis sit terminatio ignoramus. — לקיצן nomen mensis in Gl. 618, v. 26-27, occurrit (Lidzbarski). E. Glaser, qui לקי[ט]ן legit, nos docet in *Zwei Inschriften*, p. 45, in notula, *ḳiyâṭ* esse in Yemeno tempus messis, quod a Februario ad finem Aprilis durat, et verbo, non re cum arabico قيظ «æstas» congruere. — מאנם | והלה | ותסעי | סהת; annus 396 æræ Sabæorum anno 281 æræ vulgaris respondet; vide supra, t. I, p. 18 et 362. De numero סהת vide supra, tit. 413 v. 1. מאנם, non מאתם (Lidzbarski) scriptum est et jam in tit. 353 v. 13 occurrit; vide quæ illa occasione adnotavimus. — מבחץ | בן | אבחץ, a quo æra Sabæorum incipit, in tit. 46 v. 6 jam nominatur, ut Lidzbarski animadvertit; vide emendationem illius tituli supra, t. I, p. 452. Quis fuerit homo ille, ignoratur. Lidzbarski confert בחצם in Mass. 11 (infra, 449), v. 1 et 3, et conjicit radicem בחץ arabico حَصّ respondere, itaque בחצם arabice مَحْصُوص, מבחץ, أَحْصَ esse; quod M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 312, n. 1, rejicit. E nominibus eadem radice formatis et personas unius familiæ designantibus comparat محمود بن محمد بن أحمد; cf. etiam צבחהמו | בן | צבחם in tit. 383 v. 1-2.

His præmissis verte, si lubet :

1 ..... *firma*]*vit et*..... *et instaura*[*vit*.....] *murum et aggerem et arcem oppidi ipsorum*

2 ..... *exstructionem ex*..... *et lapide abundanter; et auxerunt et sustulerunt totum murum ejus et aggerem*

3 *ejus et arcem ejus*]..... *murum ejus et aggerem ejus et arcem ejus a fastigio ejus ad solum ejus et accommodaverunt* (?) *et custodia muniverunt*

Šammar Yuhar'iš

(Impressum mense februario 1914.)

4 .....*cameras fecerunt et muniverunt regionem ejus Maṣra'atum exstructione et areis sub-*
dialibus convenientibus a solo ad fas-
5 *tigium*].....*potestate domini sui 'Athtari Śârik et solum suorum et deorum suorum et viribus*
et potestatibus exercituum
6 *suorum*].....*mense Dhû-Ḳaiṣ anni* CCCXCVI *ab anno Mabḥûḍi, filii Abḥaḍi.*

449

Massil., 11.

(Tab. XIV.)

Titulus inscriptus lapidi a posteriore dolato, a fronte accurate polito, nunc a dextera mutilo, a ceteris lateribus integro, $0^m,28$ alto, $0^m,50$ lato, $0^m,15$ profundo, terminationem quatuor versuum præbet, quorum primus, alter et tertius circiter sex et viginti litteras, quartus, ceteris longius productus, novem et viginti litteras habet. Quum multa desint, contextus restitui non potest. Monumenti in Museo archæologico Massiliæ servati imaginem arte photographica expressam tabula quarta decima exhibet.

De titulo egit H. Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites du Musée d'archéologie de Marseille*, in *Revue archéologique*, 1899, p. 13-14; separatim excusum, p. 17-18. — Idem, *Répertoire d'épigraphie sémitique*, I, p. 158-159, n° 193.

Hæc leguntur :

1 𐩱𐩺𐩣 | 𐩺𐩣𐩦 | 𐩱𐩣𐩣 | 𐩱𐩨𐩺𐩦 | 𐩠𐩣𐩦 | 𐩺𐩱𐩺𐩣
2 𐩺𐩣𐩦 | 𐩣𐩺 | 𐩧𐩣𐩠 | 𐩺𐩺𐩧𐩺 | 𐩠𐩲𐩨𐩠 | 𐩱𐩺𐩠
3 𐩠𐩣𐩲𐩠 | 𐩠𐩱𐩺𐩧𐩣 | 𐩱𐩨𐩺𐩦 | 𐩺𐩣𐩦 | 𐩲𐩺𐩦 | 𐩠𐩱
4 𐩱𐩣𐩣𐩦𐩺𐩱𐩠 | 𐩱𐩲𐩣𐩣𐩺𐩱 | 𐩣𐩦 | 𐩣𐩲𐩲𐩺 | 𐩲𐩺𐩲𐩠 | 𐩠

Quæ hebraicis litteris, paucis suppletis, transcribimus :

1 ..... | וב]נהמי | בנו | בחצם | אדם | בני | סחים
2 ם |.....מ]שותם | וצפו | זלתה | ואל | שן | בני
3 .....ה]מו | עיר | בני | בחצם | כנזמו | ורתדו
4 .....המ]ו | עתתר | שרקן | בן | מהנכרם | ומהבאסם

Versus 1. בחצם; vide quæ nominum מבחץ et אבחץ occasione ad tituli antecedentis v. 6 adnotavimus. H. Derenbourg et M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 312, transcribunt Bâḥiḍ, Lidzbarski Baḥḍ. — סחים; vide tit. 8 v. 3; 24 v. 3; 203 v. 1, etc.

Versus 2. Initio versus H. Derenbourg supplet « et consecraverunt deo suo Ḳainân », quod, nescimus quo jure, a tit. 8 v. 1 mutuatur. — שותם ab H. Derenbourg in משותם = משורתם completum est, quod accipimus, meliora ignorantes. משורת alias non reperitur, forma autem masculina משור est frequens; vide commentarium tit. 325 v. 2. — צפו, quod H. Derenbourg « profude-

runt» vertit, hic potius nomen substantivum quam infinitivus est; supra, in tit. 70 v. 1 restitutum et explicatum est «tabula»; etiam in Gl. 874 = Berol. 2685, v. 3, צפו est substantivum; sed verbum verisimiliter in Hal. 154 v. 14; 188 v. 2 (פו[צ]); 196 v. 13; 238 = Gl. 283 = B. M. 91, v. 5; Gl. 284 = B. M. 92, v. 4 (ubi צפו pro כע legendum est); 298 = B. M. 81, v. 2; præterea reperiuntur צפות in Gl. 1666, v. 4, quod Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, p. 54, collato arabico ضفا, «fluit» interpretatur, et סצפו in Gl. 874, v. 3, 4ª forma verbi, non substantivum, ut Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 3, putat. Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 78, censuerunt צפו ad tus pertinere. Secundum C. Landberg, *Ḥaḍramoût*, p. 452, arabicum ضفى «circumdedit, involvit» significat, nec nobis dubium est quin צפו cum hebraico צָפָה «operuit» conferendum sit, et putamus צפו modo operculum rei designare, quod in tit. 70 v. 1 cum contextu congruit, modo sæpimentum spatii, quod hic, sequente זלת, aptius est. — זלתה supra in tit. 374 «clivus» dubitanter vertimus; vide quæ illic diximus. — שן | אל; vide quæ ad tit. 400 v. 1 adnotavimus et confer quæ C. Landberg, *Dathina*, p. 890-894, de arabico سُنَّة disseruit. — בני. Utrum «filii» an «construere» significet, incertum.

Versus 3. עיר etiam in tit. 82, v. 6 (præpositione ב antecedente), in Hal. 680 (jam a M. A. Levy, *Zeitschrift d. d. morgenl. Gesellschaft*, XXIV, p. 198, edito), et in Gl. 618, v. 113, reperitur; defective scriptum est in Gl. 1052 = Vind. 6, v. 5 et 6. — כגומו. Particula כ «quando» ante perfectum adhibita est in Ḥiṣn Ghurâb, v. 7, 8, 9 (cf. Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 50) et in Gl. 618, v. 9 et 70. Ab E. Glaser versa est «tum» in Gl. 554, v. 64 et 72; 618, v. 18, et «quia» *ibid.*, v. 42 et 73; cf. etiam כ חנן in tit. 86, v. 3, et Hal. 147, v. 9. De גזמו vide tit. 308 v. 12; 435, v. 1. H. Derenbourg erravit legens לזמו.

Versus 4. מהנכרם; in tit. 29 v. 5 reperitur | נכרם ומהבאסם, ubi נכרם jam non pro substantivo sed pro participio «damno afficiens» habemus; de verbo vide quæ tit. 380 v. 6 occasione scripsimus.

Verte nunc, si lubet :

1 .....*et fi*]*lii ipsorum amborum, Bâḥidenses, servi Sukhaimen-*
2 *sium*,.....*sa*]*cellum et sæpimentum clivi ejus. Neve conentur filii* (?)
3 .....*ip*]*sorum præter Bâḥidenses, quando statuerunt et commiserunt*
4 .....*ipso*]*rum ʿAthtaro Šârik̲ contra damno afficientem et malum afferentem.*

450

B. M.

(Tab. XIV.)

Lapis 0^m, 40 altus, 0^m, 24 latus, titulum fere integrum novem versuum præbet, qui præter ultimum duodecim ad quindecim litteras 0^m, 035 altas habent. Monumentum in Museo Britannico servatur; imaginem ejus de ectypo chartaceo nobis a J. Halévy benigne commisso sumptam tabula quarta decima exhibet. Mirare formam singularem et insolitam litteræ *kâf*, ubi hasta superior angulo dextero, non sinistro litteræ adhæret, quo fit ut littera *ghaino* inverso similis sit, nisi litteram *ṭhâ* legere malis.

De titulo egerunt : J. Halévy, *Six inscriptions sabéennes inédites* in *Revue sémitique d'épigraphie et d'histoire ancienne*, XVI (1908), p. 298-299 et 437, n° 4. — M. Lambert in *Répertoire d'épigraphie sémitique*, II, 1912, p. 230-231, n° 855.

Hæc leguntur :



Eadem hebraicis litteris, paucis emendatis :

1 נפס | וקבר | עֹנמ
2 ם | בנת | עזמם | דת | א
3 ל | אל | אחנכת | נפס
4 וקבר | בני | עצית
5 בן | בלעת | דאל | א
6 ל | (אל)אחנכת | ור
7 תדה | עתתר | שרקן
8 בן | אס | חרשה | ו[ש
9 תר

Versus 1. וקבר | נפס; vide quæ ad tit. 420 v. 1 adnotavimus.

Versus 1-2. עֹנמם hic nomen feminæ, in tit. 340 v. 2 nomen gentis; vide quæ illa occasione scripsimus et cf. cognomen יעֹנם in tit. 153 v. 1; 224 v. 1, etc. — עזמם nomen hominis inauditum; cf. arabicum عازم «promptus».

Versus 2-3. אחנכת | אל | אל (cf. v. 5-6). Sic legimus, non אחנבת (Halévy). Litteræ quidem *kâf*, ut in proœmio diximus, forma est inusitata, non autem cum *bâ'o* commiscenda. Ceterum tribus חנך alias commemoratur, nempe אחנכן invenitur in Miles 1, 2 et חנכי in Hal. 167, v. 2; 682, v. 1-2; Gl. 1059 = Vind. 22, v. 2. J. Halévy, *Études sabéennes*, p. 51, contulit Anchitas (vel Achchitas) apud Ptolemæum [*Geographia*, VI, 7, § 23]; quod nomen aliter A. Sprenger, *Alte Geographie Arabiens*, p. 390, et E. Glaser, *Geographie*, p. 289, interpretantur; vide etiam Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 11, ubi nomen loci الحنكتان, in regione Hamdâno, apud Al-Hamdânîum, *Djazira* [p. 112] comparatur; cf. etiam الحنكة in Ḥimyaro, *ibidem*, p. 89. Sin autem אחנטת legitur, conferre licet حنظان, *ibidem*, p. 107. J. Halévy dubitat, num אל prius pluralis pronomen relativi et transcribendum sit *elâ*, alterum idem sonet ac arabicum ٱلّ «tribus», itaque אל | אל vertatur «clientes gentis». At, quum hic pronomen דת et in v. 5 ד antecedat, minime putari potest אל prius esse pronomen; præterea pronomen plurale אל haud certo reperitur; vide Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 16. Halévy ipse transcribit *âl âl* et vertit *oriunda e tribu*. Ergo non dubium est quin ambo אל idem substantivum gentem significans sint, sed alterum pars nominis | אל אחנכת est.

Versus 3-4. בני | וקבר | נפס. De nomine ante sententiam relativam iterato vide tit. 74 v. 17; 375 v. 10; 397 v. 4; 435 v. 4. — עצית; cf. عُصَيّة «baculus parvus» apud Ibn Doraidum, *Ištiḳâḳ*, p. 69 et 187.

Versus 5. בלעת. Nomen hominis inauditum.

Versus 5-6. אחנכת(אל) | אל | דאל; vide v. 2-3. Tertium אל errore lapicidæ scriptum est.

Versus 6-7. רתדה. Sulfixum, quod ad נפס solum refertur, defective pro הו scriptum est; itidem in חרשה (v. 8); vide quæ tit. 441 v. 3 occasione scripsimus.

Versus 8. אס; vide tit. 126 v. 7, 13, 15; 397 v. 11. — חרשה; vide tit. 445 v. 2. Verbum perfectum tanquam imperfectum usurpatur, ut in sententiis conditionalibus arabicis.

Versus 8-9. ושתר; vide tit. 420 v. 3.

Nunc vertimus :

1 *Stela et sepulcrum Ghanam-*
2 *i, filiæ ʿÂzimi, oriundæ e gen-*
3 *te Âl-Aḥnakato; stela*
4 *et sepulcrum (quæ) exstruxit ʿUṣayyat,*

5 *filius Balghati, oriundus e gente Â-*
6 *l-Aḥnakato. Et com-*
7 *misit eam ʿAthtaro Šârik̲*
8 *contra hominem (qui) radet eam et [de-*
9 *lebit.*

451

Révoil.

Inter monumenta, quæ G. Révoil Lutetiam transtulit, erat titulus tres versus tenens, quem H. Derenbourg hebraicis litteris exscripsit. Quum omnino ignoremus, quid de monumento ipso factum sit, apographon edimus sabæis litteris rursus transcriptum :

Hæc præbet apographon :

𐩱𐩣𐩺𐩵 ׀ 𐩧𐩠 ׀ 𐩵𐩺𐩲𐩵 ׀ 𐩵𐩺𐩧
𐩧𐩺𐩲𐩴 ׀ 𐩲𐩣𐩸𐩺 ׀ 𐩧𐩸𐩱𐩺𐩸
𐩺𐩣𐩧𐩲𐩣𐩺𐩱

Hebraicis litteris :

1 נפס ׀ אלרפא ׀ בן ׀ צידם
2 וליקמען ׀ עתתר ׀ שרקן
3 דישתרנהו

Versus 1. אלרפא in tit. 40 v. 1 reperitur. — צידם; nomen gentis in tit. 30 v. 2; quem vide.

Versus 2-3. וליקמען, etc.; vide tit. 441 v. 2-3.

Verte nunc, si lubet :

1 *Stela Îlrafa'i Ṣayadensis.*
2 *Et percutiat ʿAthtar Šârik̲*
3 *eum qui delebit eam!*

452

Lupar., 5966.

(Tab. XVI.)

Titulum quatuor versus tenentem exhibet lapis $0^m,245$ altus, $0^m,195$ latus, in Museo Luparensi servatus. Monumentum genuinum esse affirmare non audemus; nam scriptura rudissima est, in v. 3 vox mendosa invenitur, et nomen defuncti, cujus stela erecta est, deest; itaque solum tituli finem inscriptio lapidis integri præbere videtur. Imaginem tituli e lapide ipso arte photographica expressam in tabula sexta decima reperies.

Hæc leguntur :



Hebraicis litteris, emendata voce una :

1 ליקמען ו שרק
2 ן ו דיחרשן
3 נפסן ו ורת
4 ד ו שרקן

Versus 1-2. שרקן; de dei nomine omisso vide quæ in proœmio articuli disseruimus et quæ ad tit. 447 v. 2 adnotavimus.

Versus 2. דיחרשן. Vide tit. 445 v. 2.

Versus 3. נפסן certo legendum est; littera פ haud clara, et ה pro ס scriptum est.

Versus 3-4. רתד verisimiliter passivum, cujus subjecta pars נפסן.

His paucis præmissis, verte :

1 *Percutiat Śârik*
2 *eum qui radet*
3 *stelam ! Et commis-*
4 *sa fuit Sârikо.*

453

O. M., nunc 35.

(Tab. XVI.)

Solum nomen dei exhibet altar, quod constat e pyramide truncata, ab imo 0^m, 11 lata, et 0^m, 09 alta, super quam positus est cubus 0^m, 11 altus et latus, a summo cavatus et pinnis ornatus, quarum sinistra evanuit. Frons capituli est in tria spatia divisa, quorum dexterum et lævum binos clypeos præbent. In medio delineatus est triangulus luna crescente et disco auctus, quod verisimiliter est symbolon ʿAthtari. Altare simillimum esse ei quod J. et H. Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, p. 37, descripserunt, monet J. H. Mordtmann. Monumenti imaginem, de graphide Mordtmanni arte photographica expressam, in tabula sexta decima invenies.

De titulo egit J. H. Mordtmann, *Neue himjarische Inschriften* in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXXIX (1885), p. 234-235. — (Id.), *Musée impérial ottoman. Antiquités himyarites... Catalogue sommaire*, 1895, p. 32; turcice, p. 32.

Vox una legitur : Hebraicis litteris : Latine :

 לשרקן *Śârikо.*

לשרקן. Vide proœmium articuli.

454

Hal., 90.

Titulum invenit J. Halévy in via quæ ab Al-Madîdo ad Dabûʿatam ducit (vide proœmium tituli 319) et in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen* in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 145 (separatim excuso, p. 115), edidit. Inscriptio unum versum tenet, ubi multa incerta sunt.

Hæc exstant in apographo Halevyi :



Quæ hebraicis litteris, de multis dubitantes, transcribimus :

חילחין ו בשׂרמח ו עתתר · שׂרפקרקן

חילחין videtur corruptum esse. Num liceat חין in Hal. 88, v. 1 conferre, incertum est. — Deinde legimus hæsitantes רמח | בן, conferentes nomen arabicum الرمّاح apud Yâḳûtum, *Muʿdjam*, I, p. 415, 552, etc.; II, p. 271, et F. Wüstenfeld, *Register*, p. 381. — In fine שׂרקן | עתתר sine dubio legendum est, quum litteræ רקן errore iteratæ sint. Verbum ante dei nomen deest.

Transcribimus igitur :

חילחין ו בן ו רמח ו עתתר ו שׂרקן

Et vertimus, quantum valemus :

Ḥaydhaḥyân (?), *filius Rammâḥi* (*consecravit*) *ʿAthtaro Sârik.*

455

Hal., 372.

Titulus, quem J. Halévy in loco As-Soud dicto invenit (vide proœmium tit. 319), in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen* in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 204 (separatim excuso, p. 174) edidit et *ibidem*, p. 504 (separatim excusum, p. 252) vertit, duos versus tenet, qui terminationem inscriptionis titulo 428 simillimæ et fortasse eidem numini, scilicet ʿAthtaro Girâbensi, dedicatæ præbent.

Hæc in apographo Halevyano leguntur :



1

2

Quæ hebraicis litteris transcribimus, emendamus et complemus, collato tit. 428 :

[יתׄ.....]
1 עא]מר ו ברעט ו עתתר ו שרקן [ו וד ו.... ו ודגרבם ו וע
2 תת]ר ו נשק ו באחות ו אלמקה ו וכרבאל ו וסבא

Versus 1-2. מר in יתׄעאמר complemus, quum hoc nomen patris Karib'îli in Fr. 29 sit et Karib'îl in v. 2 commemoretur. Ergo Yatha'amar, nisi fallimur, unus e *mukarribis* Sabæ, ut filius Karib'îl. Complures principes Sabæ, *mukarribi* vel reges, his nominibus appellati sunt; cf. M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 133, 134, 137, 138, etc. — ברעט, etc.; vide tit. 428 v. 2.

Vertimus nunc :

[.....*Yatha-*]
1 *'amar. Jussu 'Athtari Śârik̲ [et Waddi.....et Girâbensis et 'A-*
2 *thta]ri Naškensis. Fraternitate Ilmaḳahi et Karib'ili et Sabæ.*

456

Acad., 2; nunc Lupar., 4975.

(Tab. IX.)

Titulus lapidi siliceo durissimo inscriptus est, cujus pars major parallelogrammatis in medio cavati formam exhibet. Ora quæ cavum circumdat lineis diversis ornata est. Pars inferior paulo retractior, nunc mutilata, olim imaginem exhibebat, quæ distingui jam non potest. Lapis totus est $0^m,52$ altus, parallelogramma $0^m,43$, et $0^m,23$ latum, $0^m,12$ profundum. Pars cavata est $0^m,31$ alta, $0^m,125$ lata et $0^m,08$ profunda, excepto summo, ubi in spatio $0^m,04$ alto lapis est tantum $0^m,005$ cavatus. In hoc ipso spatio sunt duo versus inscripti et in medio cavo tertius et quartus, qui unam litteram habet. Monumenti imaginem luce solis expressam in tabula nona reperies. Quum titulus copula *wâw* incipiat, conjecerunt J. et H. Derenbourg finem inscriptionis alicubi inventæ a falsario tantum servatum esse.

De titulo egerunt J. et H. Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, in *Journal asiatique*, 1882, II, p. 236-238; separatim excusum, p. 39-41.

Hæc leguntur in summo cavo :

Eadem hebraicis litteris transcripta :

1 ודהרנהו ו ו
2 אבהו ו לירא

et in medio :



Versus 1. ולהרגהו «et qui interfecit eum»; de verbo הרג vide tit. 76 v. 7 et 350 v. 3. J. et H. Derenbourg vertunt «dimicavit».

Versus 2-3. ליראינה «videat eum», i. e. videat ejus calamitatem; cf. quæ ad tit. 357 v. 10-11 adnotavimus. J. et H. Derenbourg interpretantur «speculetur eum», sed dubitant, legendumne sit ירסינה, collato arabico رسا «immotus stetit» vel رسّ «hostiliter tractavit». Verbum רסו quidem in tit. 352 v. 5 occurrere videtur, sed hic non aptum est et *alif* potius quam *sîn* legitur. De suffixo ה defective scripto vide quæ tit. 441 v. 3 occasione scripsimus.

Verte nunc si lubet :

1 *Et qui interfecit eum et*
2 *patrem ejus vide-*
3 *at eum ʿAthtar Šârî-*
4 *ḳ.*

ARTICULUS XV.

ʿATHTAR, DOMINUS TA'ALLUḲI.

ʿAthtar, dominus Ta'alluḳi, in solo titulo 293, v. 2-3, post alia numina commemoratur. De loco Ta'alluḳ vide quæ supra, t. I, p. 57, scripsimus.

ARTICULUS XVI.

ʿATHTAR, DOMINUS THANAINI.

Titulus unus est ʿAthtaro, domino Thanaini, dicatus, quem jam n° 289 edidimus. De monte Thanaino vide proœmium articuli XII capitis quinti tomi primi.

ARTICULUS XVII.

ʿATHTAR ET SAḤR.

Numina conjuncta ʿAthtar et Saḥr jam in tit. 365 v. 20 commemorata sunt; vide quæ hac occasione scripsimus. Duos titulos eis dicatos nunc edimus.

(Impressum mense februario 1914.)

457

O. M., 304.

(Tab. XV.)

Titulus in lapide 0^m, 70 alto, 0^m, 40 lato inscriptus, a summo et imo integer, undeviginti versus tenet, quorum quisque præter v. 1-3 circiter triginta duas litteras habet. Lapis a sinistra corruptus est, itaque in v. 1-5 decem vel undecim litteræ, in ceteris una ad sex litteras evanuerunt. Præterea medius lapis foratus est, quare in v. 8-10 aliquot voces deletæ sunt. Denique versus 12-19 initium amiserunt. Sed pleraque facile restituuntur. In summo monumento a dextera insculptum est signum numinis, simile secundo e signis (a dextera ad sinistram numeratis) quæ in titulo sequente inveniuntur, et ei quod in tit. B. M. 282 (a M. Hartmanno in *Orientalistische Litteratur-Zeitung*, 1908, n° 6, edito) reperitur. Quod symbolon proprium numinis Saḥri O. Weber, *Göttersymbole*, p. 4 et 10, esse censet. Animadverte nomine dei gentem ad quam auctores tituli pertinent appellatam esse; confer Raimânenses in tit. 432 v. 1 et ʿAthtarenses in tit. 434 v. 1 et compara apud ceteros Semitas Aššurum et Assyrios, Gadum et Gaditas. Monumenti, quod in Museo Tšinili Kiösk dicto servatur, imaginem luce solis expressam tabula quinta decima exhibet.

Hæc leguntur :

1 𐤀𐤆𐤋𐤌 | 𐤋𐤁𐤏𐤋 | 𐤁𐤌𐤔𐤉𐤍

2 𐤋𐤔𐤌𐤇 | 𐤑𐤍𐤐 | 𐤐𐤋𐤓𐤐𐤔 | 𐤌

3 𐤉𐤈𐤍 | 𐤑𐤉𐤌𐤐 | 𐤋𐤔𐤓𐤌 | 𐤋

4 𐤁𐤏𐤑𐤓𐤋𐤁 | 𐤑𐤈𐤌𐤉 | 𐤍𐤁𐤉𐤓𐤔 | 𐤍𐤗𐤁𐤆

5 𐤐𐤓 | 𐤑𐤓𐤉𐤁 | 𐤍𐤋𐤔𐤆 | 𐤌𐤏𐤑𐤍𐤐𐤌 | 𐤋𐤐𐤏

6 𐤝 | 𐤍𐤌𐤆𐤇𐤆𐤋𐤌 | 𐤁𐤌𐤔𐤐𐤋 | 𐤌𐤁𐤏𐤁𐤇𐤔 | 𐤑𐤈𐤌 | 𐤉

7 𐤓𐤇 | 𐤗𐤑𐤐𐤔 | 𐤌𐤁𐤏𐤗𐤑𐤐𐤔 | 𐤑𐤈𐤌 | 𐤉𐤌 | 𐤋𐤔𐤓

8 𐤉𐤓 | 𐤍𐤐 | 𐤌𐤁𐤏 | [illegible] | 𐤌 | 𐤌𐤁𐤏𐤋𐤁𐤆𐤔 | 𐤑𐤈𐤌 | 𐤉

9 | 𐤉𐤌 | 𐤁𐤐𐤋𐤈𐤌 | 𐤁𐤆 [illegible] | 𐤉𐤓𐤐 | 𐤌𐤁𐤏𐤑𐤍𐤈

10 𐤏𐤑𐤔𐤋𐤁 | 𐤌𐤇𐤋 [illegible] | 𐤌 | 𐤋𐤗𐤆𐤌 | 𐤌𐤁𐤏𐤍𐤇

11 | 𐤑𐤓𐤉𐤁 | 𐤍𐤋𐤔𐤆 | 𐤌 [illegible] | 𐤌𐤐𐤏𐤑 | 𐤑𐤉𐤌𐤋𐤇

12 𐤁𐤌 | 𐤍𐤍𐤍𐤌𐤏𐤑 | 𐤉𐤈 | 𐤋𐤔𐤌𐤌 | 𐤋𐤗𐤆𐤌𐤌 | 𐤍𐤇𐤑

13 𐤉𐤇 | 𐤑𐤍𐤐𐤌 | 𐤍𐤌𐤆𐤇𐤆𐤋𐤌 | 𐤁𐤌𐤔𐤐𐤋 | 𐤑𐤁𐤏𐤑𐤍𐤐

14 |𐤗𐤔𐤔𐤐 | 𐤍𐤐 | 𐤌𐤁𐤏𐤋𐤁𐤆𐤔𐤌 | 𐤌𐤁𐤏𐤗𐤑𐤐𐤔

15 𐤆𐤌 | 𐤆𐤔𐤋𐤇 | 𐤁𐤔𐤍𐤙 | 𐤑𐤔𐤙𐤌 | 𐤌𐤇𐤍𐤌 | 𐤁

16 𐤔 | 𐤗𐤇𐤐𐤌 | 𐤍𐤆𐤁𐤉𐤔𐤌 | 𐤔𐤐𐤌𐤏𐤌 | 𐤋𐤗

17 | | 𐤔𐤁𐤙 | 𐤐𐤌 | 𐤋𐤔𐤌𐤌 | 𐤋𐤗𐤆𐤌 | 𐤐𐤌 | 𐤁𐤍𐤇𐤌𐤐 | 𐤗



Quæ hebraicis litteris transcribimus, fractas restituentes :

1	רבאום ׀ אתר ׀ ורתד.....	Signum
2	ו ׀ אבכרב ׀ בני ׀ דסחר.....	numinis.
3	ר ׀ וסחר ׀ בעלי ׀ נפקן	
4	תמתן ׀ אצלמן ׀ לופי ׀ מראיהמ.....	
5	הבר ׀ ובניהו ׀ תארן ׀ מלכי ׀ סב.....	
6	ל ׀ ופי ׀ אדמהמו ׀ רבאום ׀ ורתדתון ׀ ו.....	
7	סחר ׀ ול ׀ ופי ׀ אביתהמו ׀ אבית ׀ דס.....	
8	ל ׀ ופי ׀ אתמרהמו ׀ וא..להמו ׀ בן ׀ כל..	
9	קניהמו ׀ בכל ׀.....קם ׀ וקרבם ׀ ול ׀..	
10	דהמו ׀ עתתר ׀ ו.....רצו ׀ מראיה..	
11	דמרעלי ׀ יהבר ׀ ובניהו ׀ תארן ׀ מלכי ׀...	
12	...ידן ׀ ועתתר ׀ וסחר ׀ פל ׀ יהעננן ׀ ומ.	
13	....בדיהמי ׀ רבאום ׀ ורתדתון ׀ ובני ׀ דס	
14	....אביתהמו ׀ ואתמרהמו ׀ בן ׀ באסתם	
15	.....ם ׀ ונצע ׀ ושצי ׀ שנאם ׀ דרחק ׀ וק.	
16	.....תר ׀ והובס ׀ ואלמקה ׀ ובדת ׀ ח.	
17	.....ת ׀ בערנם ׀ וב ׀ עתתר ׀ וסחר ׀ וב ׀ שמס ׀ ב..	
18	....ף ׀ וב ׀ שמסיהמו ׀ בעלתי ׀ אותנם ׀ וב.....	
19	..ו ׀ יסרן ׀ ורתדו ׀ הקניתהמו ׀ עתתר ׀ וס..	

Versus 1. רבאום (cf. v. 6 et 13) etiam in tit. B. M. 1, v. 5-6, reperitur. — אתמר, etiam in Gl. 1500 apud Glaserum, *Altjemenische Nachrichten*, p. 143, occurrens, cum arabico خطير «altus, nobilis», comparari potest. — רתדתון, v. 6 et 13 collatis, completur; vide quæ ad tit. 1 v. 1 adnotatum est. Cognomen Rathadthauni evanuit.

Versus 2. Littera ו certo terminatio vocis בנו, in qua pluralis pro duali usurpatus est; cf. tit. 315 v. 2. — בני ad Abkaribum refertur, quum littera *yâ* hic signum genitivi singularis, non pluralis sit; cf. בניהו in v. 5 et 11. — בני ׀ דסחר (cf. v. 6-7) etiam in tit. 391, v. 3, reperitur; דסחר ibidem, v. 2, et in tit. Lupar. 2; סחר in tit. 375, v. 1; vide quæ ad illum titulum adnotavimus. — In fine versus addendum עתת ׀ הקניי.

Versus 2-3. וסחר ׀ עתתר; vide procœmium articuli. — נפק, nomen sacrarii nobis ignoti. Utrum post נפק linea separationis an littera *nûn* scripta sit, decernere nequimus; in alterum inclinamus. Radicem נפק præbent nomina appellativa נפקם in Hal. 48, v. 6, 11; 51, v. 5;

מנפקן in Hal. 48, v. 12; נפוק in Gl. 1606, v. 18; נפקן et נפקם in tit. minæo Ægypti, v. 1 et 3. Nomen loci النغيق a Yâḳûto, *Muʿdjam*, IV, p. 701, commemoratur. — Quomodo sit finis versus complendus nescimus. Forsan conjicere licet numerum denarium.

Versus 4. תמתן pro תמנת, quod in tit. 407 v. 10 invenitur, errore lapicidæ scriptum esse nobis videtur. — Finis versus, collato v. 11, facile restituitur, nempe ל]מרעלי | י.

Versus 4-5. ה]חבר | ל]מרעלי. De hoc rege vide quæ ad tit. 365 v. 16 adnotavimus. — בניהו substantivum singulare; cf. v. 2. — תארן. In Gl. 807 = 1044 (nuper Dhamari ab A. Beneyton iterum exscripto), v. 3, et in nummis quos P. de Longpérier in *Revue de numismatique*, 1868, p. 169, et J. H. Mordtmann, *Neue himjarische Münzen*, in *Numismatische Zeitschrift*, XII (1880), p. 312 (separatim excusum, p. 24), vulgaverunt reperitur nomen regis יעב | תארן; cf. E. Glaser, *Abessinier*, p. 32, n. 1. Nomen תארן in Hal. 608, v. 1, occurrit. — Ad finem versus complendum confer v. 11-12.

Versus 6. אדמהמו. Suffixum ad utrumque regem refertur, plurali pro duali adhibito; cf. בנו in v. 1-2 et רתדו in v. 19. — ורתדתון | רבאום; vide v. 1. — In fine versus lege ל | ובני, collatis v. 2 et 13.

Versus 7. אביתהמו addito לסחר | אבית explicatur, ne suffixum ad alienos referatur.

Versus 8. ואפ]להמו sine dubio legendum est. — בן hic quoque «a, ex» vertere licet; cf. tit. 400, v. 1.

Versus 8-9. א]קניהמו; cf. tit. 94 v. 5; Reh. 8 v. 3. — Quæ post בכל legenda sint, obscurum. Vestigia litteræ ח, deinde ר dispicere nos putamus; itaque חרפם dubitanter conjicimus. — רח]קם | וקרבם. Utrum adjectiva an substantiva loco adverbiorum sint usurpata, dubitamus. Præterea ad quid referantur, utrum ad אקניהמו an ad חרפם, difficile cognitu; in prius inclinamus. Cum locutione ipsa cf. v. 15-16 et quæ illic adnotavimus.

Versus 11. יהבר | למרעלי, etc.; vide v. 4-5. — De singulari בניהו vide v. 2.

Versus 12-13. ומתען facile suppletur, collatis tit. 82 v. 6 et 352 v. 17.

Versus 15-16. שנאם | דרחק | וקרב (cf. v. 9); etiam in tit. 95 v. 7, 343 v. 9-10 et tit. Lupar. inediti 4724 *a* v. 3 reperitur.

Versus 17. שמם modo tanquam nomen proprium tractatur et sine *mîmatione* scribitur, ut in Gl. 1402 (apud D. Nielsen, *Studier*, p. 145; *Katabanische Inschriften*, p. 17), v. 2, et forsan in tit. Musei Brit. quem Halévy, *Revue sémitique*, 1911, p. 97, n° 1, edidit (cf. nomina hominum מראשמם et והבשמם), vel cum *mîmatione*, ut in tit. 74, v. 11-12; Hal. 100, v. 1 (cf. nomina עוזשמם, סעדשמם, והבשמם, אמתשמם, אוסשמם, רבבשמם, ערבשמם, רבשמם); modo tanquam nomen appellativum singulare seu plurale seu duale adhibetur, et cum suffixo pronominali conjungitur; cf. שמסהו in tit. Os. 31 = B. M. 32, v. 2; שמסהמו in tit. 106, v. 5; Os. 31 = B. M. 32, v. 5; אשמסהמו in tit. 40 v. 6; שמסיהמו infra, v. 18. — Post | שמם linea dispicitur, quam pro initio litteræ ב habemus; ergo conjicimus בעלת; cf. בעלתי in versu sequente. Epitheto בעלת ornatur Šams in Os. 31 = B. M. 32, v. 1 et 5.

Versus 18. Littera ת in mentem revocat תנת, epitheton Šamsi in titulo B. M. supra citato, v. 1 et 5. Hic autem nomen sacrarii potius supplendum. — בעלתי in tit. 389 v. 2 epitheton duarum feminarum. Animadverte Šamsum bis invocatam, quod ʿAthtaro soli contingere solet; vide quæ ad tit. 365 v. 20 adnotavimus. — אותנם verisimiliter idola designat quæ ad ædes protegendas posita erant; cf. tit. 204, v. 2; 389, v. 4; 392, v. 1, 2, 8.

Versus 19. יסרן, nomen loci in Fr. 12, 13, 14 = Hal. 673, 674, 678, v. 2, et in Gl. 554, v. 23, 26-27; hic fortasse nomen tribus ad quam auctores tituli pertinent. — הקניתהמו; vide tit. 411 v. 10.

His præmissis iterum transcribimus :

1	רבאום ׀ אתטר ׀ ורתד[תון ׀ .... ׀ בנ	
2	ו ׀ אבכרב ׀ בני ׀ לסחר [ו הקניי ׀ עתת	Signum numinis.
3	ר ׀ וסחר ׀ בעלי ׀ נפקן [.....	
4	תמנת ׀ אצלמן ׀ לופי ׀ מראיהמ[ו ׀ למרעלי ׀ י	
5	חבר ׀ ובניהו ׀ תארן ׀ מלכי ׀ סב[א ׀ ורידן ׀ ו	
6	ל ׀ ופי ׀ אדמהמו ׀ רבאום ׀ ורתדתון ׀ [ובני ׀ ל	
7	סחר ׀ ול ׀ ופי ׀ אביתהמו ׀ אבית ׀ ל[סחר ׀ ו	
8	ל ׀ ופי ׀ אתמרהמו ׀ וא[פק]להמו ׀ בן ׀ כל [ו א	

9 קניהמו ו בכל ו ה֗ר֗פם ו רח]קם ו וקרבם ו זל ו [סע
10 דהכו ו עתתר ו [וסחר ו חטי ו ו]רצו ו מראיה[כו
11 ד֗מרעלי ו יהבר ו ובניהו ו תארן ו מלכי ו [סבא
12 ודר]ידן ו ועתתר ו וסחר ו פל ו יהענגן ו וכ[ת
13 עז ו ע]בדיהכי ו רבאום ו ורתרתון ו ובני ו דס
14 חר ו ו]אביתהכו ו ואתמרחכו ו בן ו באסתם
15 ונכית]ם ו ונעע ו ושעי ו שנאם ו דרחק ו וק[ר
16 ב ו בעת]תר ו והובס ו ואלמקה ו ובדת ו ה[מ
17 ים ו ובד]ת ו בערנם ו וב ו עתתר ו וסחר ו ובשמס ו ב[על
18 ת ו..]ף ו וכ ו שמסיהמו ו בעלתי ו אותנם ו [וכ ו...
19 הכ]ו ו יסרן ו ורתדו ו הקניתהמו ו עתתר ו וס[חר

et vertimus :

1 *Rab'awwam Akhṭar et Rathad[thaun....., fili-*
2 *i 'Abkaribi, Saḥrensis [, consecraverunt ʿAthta-*
3 *ro et Saḥro, dominis Nafḳâni,.....*
4 *octo statuas ad integritatem domino[rum suorum Dhamarʿalayi Yu-*
5 *habirr et filii ejus Tha'râni, regum amborum Sab[æ et Raidâni, et*
6 *ad integritatem servorum eorum Rab'awwami et Rathadthauni [et*
7 *Saḥrensium, et ad integritatem domorum suarum, domorum [Saḥrensium, et*
8 *ad integritatem fructuum suorum et [fru]gum suarum ex omnibus [bo-*
9 *nis suis [quotannis pro]cul et prope; et utinam [conce-*
10 *dant ipsis ʿAthtar [et Saḥr favorem et] gratiam dominorum ipso[rum*
11 *Dhamarʿalayi Yuhabirr et filii ejus Tha'râni, regum [Sabæ*
12 *et Ra]idâni. Et quoad ʿAthtar et Saḥr, adjuvent et pro[te-*
13 *gant ser]vos suos Rab'awwamum et Rathadthaunum et Sa-*
14 *ḥrenses et] domos ipsorum et fructus ipsorum a malo*
15 *et damn]o et injuria et noxa hostis cujusque, qui se removerit et qui pro[pius*
16 *venerit. Nomine ʿAth]tari et Haubasi et Ilmaḳahi et Dhât Ḥi[m-*
17 *yami et Dhâ]t Baʿdâni, et nomine ʿAthtari et Saḥri, et Šamsi, do[min-*
18 *æ ....] fi, et solum amborum suorum, dominorum idolorum [et gentis (?)*
19 *ipso]rum Yasrâni. Et commiserunt consecrationem suam ʿAthtaro et Saḥro.*

458

Hole, 1.

(Tab. XVI.)

Lapis, in loco El-Ḥauṭa dicto, prope ʿAdenum in regione Laḥadji sito, repertus, a sultano Laḥadji rectori civili Rhodesiæ A. Marshall Hole donatus est, qui eum domi suæ in urbe Bulawayo servat.

Monumentum $o^m,30$ altum, $o^m,45$ latum, $o^m,09$ profundum, a D. H. Müller juris publici factum, quinque symbola præbet, videlicet a dextera ad sinistram bucranium, caput draconis, signum symbolo Îlmaḳahi simillimum, bucranium minus priore, denique pilum curvo uncino trajectum. De signis illis vide O. Weber, *Göttersymbole*, p. 4 et 10, et confer tituli 366 commentarium. Titulus sub symbolis inscriptus tres voces tenet. Monumenti imaginem a D. H. Müller vulgatam in tabula nostra sexta decima iterum expressam reperies.

Titulum tractaverunt : D. H. Müller, *Anzeiger der Kaiserlichen Akademie der Wissenschaften (philosophisch-historische Klasse)*, XL (1903), p. 20-28. — E. Glaser, *Eine südarabische Inschrift* in *Beilage zur Münchener Allgemeinen Zeitung*, 1903, II, p. 510-511. — H. Derenbourg, *Répertoire d'épigraphie sémitique*, I, 1904, n° 460, p. 349-350. — M. Lidzbarski, *Ephemeris für semitische Epigraphik*, II, 1908, p. 386-387. — O. Weber, *Göttersymbole auf südarabischen Denkmälern* in *Hilprecht anniversary volume*, 1909, p. 272 et 278-279; separatim excusum, p. 4 et 10-11.

Hæc titulus præbet : Quæ hebraicis litteris transcripta lege :

ኦሠሐ ፡ ኦአፀ ፡ ፅየፅ קיף ፡ עתתר ፡ וסחר

סחר. De hoc numine vide quæ ad tit. 365 v. 20 adnotavimus.

Et verte :

Monumentum sacrum ʿAthtari et Saḥri.

ARTICULUS XVIII.

ʿASTAR ET NARW (?).

ʿAstarum tantum quantum ʿAthtarum valuisse et Narwum (vel Naurâ'um) fuisse nomen dei M. Lidzbarski contendit; vide infra, finem proœmii tituli quem nunc edituri sumus.

459

Yehâ, 1, 2, 3.

(Tab. XV.)

Tituli tres reperti sunt anno 1893 a viatore J. Th. Bent in loco Abyssiniæ nunc dicto Yehâ, ubi jam Salt et Isenberg sabæas inscriptiones repererant; vide prioris *Voyage to Abyssinia*, 1814, p. 431-432, et alterius *Dictionary of the amharic language*, 1841, p. 209. Yehâ est vicus media in via ab Adua ad Adulim ducente situs et quinque horarum itinere ab Adua septentrionem orientalem versus distans. Th. Bent in libro *The sacred city of the Ethiopians*, p. 134-149, vicum descripsit et opinatus est eumdem locum esse qui a legato Nonnoso, anno 553 æræ vulgaris ad regem Axumitarum misso, nomine Ava est commemoratus; cf. D. H. Müller, *Epigraphische Denkmäler aus Abessinien*, p. 61, et

E. Glaser, *Die Abessinier in Arabien und Afrika*, p. 11-12. Tituli sunt inscripti lapidibus in muro domus parvæ inclusis, quam Th. Bent olim numini astrali dedicatam fuisse conjicit; vide D. H. Müller, *o. c.*, p. 59. Quisque trium titulorum duo latera capituli columnæ amplectitur; primus est $o^m,14$ altus, $o^m,50$ latus; secundus $o^m,14$ altus, $o^m,45$ latus; tertius $o^m,12$ altus, $o^m,60$ latus. Ectypa de eis sumpta Bent D. H. Müller commisit, qui inscriptiones in opere supra citato edidit et explicavit. Ectyporum nobiscum a Muellero benigne communicatorum photographicam imaginem tabula quinta decima præstat. Eadem monumenta C. Conti Rossini anno 1899 examinavit; cf. ejus *Ricerche e studi sull' Etiopia*, in *Bolletino della Società geografica italiana*, 1900, fasc. II; separatim excusum, p. 11. Denique E. Littmann anno 1906 trium titulorum nova ectypa fecit; vide *Vorbericht der deutschen Aksumexpedition*, p. 11-12, in appendice ad *Abhandlungen der K. Pr. Akademie der Wissenschaften*, 1906. Titulos 1 et 2, quum versus ordine *boustrophedon* ductos et eamdem formam litterarum præbeant, animadvertit D. H. Müller ad unam inscriptionem pertinere, cujus finis in tit. 2 reperitur, putatque tit. 1 super tit. 2 ponendum esse, ita ut tituli conjuncti quatuor versus teneant. At E. Littmann agnovit tit. Yehâ 3 quoque cum illis conjungendum esse, et M. Lidzbarski, *Ephemeris für semitische Epigraphik*, II, p. 399, opinatur, tituli 3 partem dexteram, quæ duas voces in medio lapide exhibet, in fronte altaris scriptam esse, sinistram autem in latere lævo altaris initium esse primi versus alterius inscriptionis, quæ titulis 2 et 3 continuatur et duos longos versus tenet. Sane negari non potest titulos sic ordinatos facilius intelligi; quare eos in tabula quinta decima hoc modo composuimus. D. H. Müller existimat de consecratione Îlmaḳaho facta agi, quia inscriptio ordine versuum et forma scripturæ inscriptionibus antiquissimis Sabæorum Îlmaḳaho dedicatis et maxime tit. 379 simillima sit. Revera signum in medio tit. 3 non omnino a symbolo Îlmaḳahi differt; cf. tit. 366 proœmium. Lidzbarski autem putat vocem סתר, qua tit. 3 incipit, in עסתר complendam, quod in titulis antiquis æthiopicis dei nomini עתתר respondet; cf. D. Nielsen, *Die äthiopischen Götter*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, 1912, p. 590. Dei symbolon, scilicet lunæ cornua et orbem inter סתר et נרו dispici existimat. נרו quoque Lidzbarski pro dei nomine habet. Ergo conjicit altar primo ʿAthtaro et Naura'o consecratum esse, postea vero, a quodam alio acquisitum, in latere sinistro consecrationem alteram, diis aliis factam, accepisse.

De titulo egerunt : D. H. Müller, *o. c.*, p. 59-60. — M. Lidzbarski, *o. c.*, p. 397-399. — E. Littmann, *Deutsche Aksum-Expedition*, 1913, p. 57-59.

Hæc leguntur in titulis 3, 2, 1 conjunctis :

Quæ hebraice transcribimus, litteras fractas restituentes :



Vêrsus 1 *a*. סתר. Vide proœmium tituli. Ante עסתר addit Lidzbarski קיח «consecratio». — נרו transcribit Lidzbarski arabicis litteris نَوْرَاء, collato הומו in tit. Yule, quod Glaser *Suwaʿ und Al-ʿUzzâ*, p. 9-10, هومَاء legit nonnulla similia afferens. At notandum נרו, non נורו, scriptum esse. ועתתר | ומחנ comparans (vide supra,

tit. 365 v. 20) vertit Lidzbarski נרו «luminosa», i. e. aurora.

Versus 1 *b*. De signo vide proœmium. — ממס, nomen hominis. — הת. Littera sequens א sive ס sive א legi potest. Num tribus litteris tantum nomen consecrantis alterius constet, decernere nequimus. Litteras aliquot e lapide fracto evanuisse opinatur Lidzbarski, quia verbum plurale tres auctores tituli fuisse indicet; at nonnunquam pluralis pro duali usurpatur; vide tit. 315 v. 2; 353 v. 1; 374. — יפעם. Antea vestigia vocis בעל dispici putamus; ergo יפעם | בעל cognomen dei cui titulus dicatus est. Lidzbarski conjicit לי. De nomine dei omisso cf. tit. 390 v. 3; 398 v. 12. יפעם est nomen sacrarii ut יפע in tit. 40 v. 5 et «collis» significat (Lidzbarski). יפעם nomen hominis in Gl. 883 = Berol. 2693, v. 1. Müller hic quoque יפעם pro nomine hominis habuit. — חו. Müller dubitat utrum numini Awa apud Nonnosum (vide proœmium) an אום (?) in Yehâ 5 respondeat. Müller in posterius inclinat, nos in prius. — אלאם defective scriptum pro אלאום, quod in Hal. 151, v. 1, reperitur et forsan etiam in Hal. 224, v. 1, pro אום | נ legendum est; cf. nomina אום in Hal. 111, v. 1, etc.; אוסם in tit. 90, v. 1, etc.; אוסן in Hal. 154, v. 6, etc.; אוסאל in tit. 338, v. 2, etc.; אוסלת in tit. 287, v. 9 et 10, etc.; אוסעתת in Hal. 187, v. 1; אוסשמס in titulo Musei Britannici ab Halevyo in *Revue sémitique*, 1910, p. 97, edito, v. 2.

Versus 2. אלענד, nomen inauditum. Müller comparat dubitanter arabicum عجز, quod cum אל «deus» conjungi vix potest. — אלעקב; cf. nomen gentis עקב in Hal. 233, v. 7, et in v. 3-4 tituli Musei Britannici quem Halévy in *Revue sémitique*, 1908, n° 6, p. 300, vulgavit. Müller comparat nomina Palmyrensium בלעקב et עתעקב. Etiam nomen hebraicum יעקב et nomina rabbinorum עקביה et עקיבא huc pertinent. — וקנחמו in וקניחמו complendum esse Lidzbarski censet. Müller vocem נחמו a וק separatam legit ואאד]נחמו.

Iterum transcribimus, ordine solito, complenda complentes :

1*a*	קיף ו ע]סתר ונרו	Signum numinis.	1*b* ממס ו והתס ו [ה]קניו ו [בעל ו] יפעם ו בחו ו נפסחמו ו ונפס ו אלאס ו ו
2			אלענד ו ואלעקב ו וקנ[י]חמו

Et vertimus :

1*a* *Monumentum sacrum ʿA]stari (?) et Narwi*

1*b* *Mams et Hats consecraverunt [domino] Yafʿi Ḥawi personam suam et personam Îlʾausi et*

2 *Îlʾagdhi et Îlʾaqbi et bona sua.*

ARTICULUS XIX.

TITULI UBI MENTIO DEI ʿATHTARI DUBIA EST.

In fine hujus capitis edimus septem titulos Halevyanos in uno loco repertos et inter se similia præbentes, in quorum secundo et sexto vox ʿAthtar invenitur. Tituli autem sunt mutilati et adeo obscuri, ut ne decernere quidem possimus num de deo ʿAthtaro agatur. Quum contextum nisi in titulo ultimo restituere nequeamus, satis erit voces singulas, quantum valemus, explicare.

460

Hal., 598.

Hunc titulum et sex sequentes invenit J. Halévy in ruderibus promiscue jacentibus villarum dirutarum quæ Djâr el-Labbâ appellantur et in Djaufo superiore sitæ ab Al-Baiḍâʾo unius horæ itinere

occidentem versus distant; vide ejus *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, II, p. 92. Inscriptionem primam publici juris fecit J. Halévy *ibidem*, p. 247-248 (separatim excusum, p. 217-218). Tituli ejus 598, 599 et 600 sunt in stela fracta inscripti, quæ in medio campo stat, primus in latere septentrionali, alter in meridionali, tertius in orientali. Utrum ad unam inscriptionem pertineant necne, decernere non audemus. Titulus primus octo versus a dextera truncatos tenet.

Hæc præbet apographon Halevyi :



Quæ hebraicis litteris transcribimus :

1 ...הע | במקרם | כל |

2 ...ספה | באחת | אשׁגם |

3 ...חלארבע | והו | מחר | לא

4 ...ומחלומן | ומאת

5 ...ותנתי | חרבן | עקר

6 ...רשׁן | במטפתן | וא

7 ...תר | ואתרדרע | בן | כל

8 ...ישׁרן | עד | מנטפתן | ועל

Versus 1. הע hic et in tit. 463 v. 2 in הו, suffixum pronominale, videtur emendandum esse, non a radice היע ducendum (de qua vide tit. 338 v. 4). — מקרם potius nomen appellativum «collectio» in statu constructo ut in tit. 438 v. 4 (quem vide) quam nomen proprium ut in Hal. 650, v. 1; Glaser 509, v. 2 et 3; Burchardt 4, v. 1.

Versus 2. ספה in מספה compleri potest ad modum tit. Hal. 453, v. 2. Pluralis מספחת in Gl. 258, v. 2, et verisimiliter in 287, v. 2, occurrit. Collato arabico سفخ «effudit» interpretamur «emissarium». — אחת femininum numeri אחר; vide tit. 369 v. 1. — אשׁגם. Halévy, *Études sabéennes*, p. 82, censet אשׁלם (ipse legit אולם) pondus vel nummum esse; cf. D. H. Müller, *Zeitschrift d. d. morg. Gesellschaft*, XXX, p. 706.

Versus 3. חלארבע mendosum est pro ארבע | ח. Littera ח forsan finis vocis מספח ut in v. 2, et ארבע numerus. — מחר «remuneravit» fortasse significat; vide quæ vocis מחרתם occasione ad tit. 435 v. 2 adnotavimus. — לא haud scio an initium vocis לאב sit. Substantivum מלאבן «receptaculum(?)» in Gl. 554, v. 10, reperitur.

Versus 4. מחלומן forsitan in מחול | מון «circulus aquæ» corrigendum sit. De מחול vide tit. 325 v. 3 et de מון tit. 338 v. 10. — מאת «centum».

Versus 5. ותנתי, quod in Hal. 520, v. 10-11, restitui potest, in ותי contractum tit. Gl. 554, v. 34, 38, 39, 84, præbet. — חרבן. Litteræ *ûn* signum dualis. Quid autem חרב significet nescimus. Etiam in O. M. nunc 72, v. 2, obscurum est. — עקר. Verbum עקר in tit. 64 reperitur; at fortasse וקר potius legendum est, de quo vide tit. 438 v. 1 commentarium.

Versus 6. רשׁן terminatio vocis ערשׁן «pila» esse potest, de quo vide tit. 308 v. 6, vel קרשׁן, quod in Hal. 384, v. 1; Gl. 282 *b* = B. M. 90, v. 7; 529 = Lupar. 454o (Lambert, *Nouveau supplément*, 2), v. 7, ubique obscuro sensu. — מטפתן forma brevis, si non mendosa, pro מנטפתן, quod in v. 8, in tit. 464 v. 8 et 465 v. 4 occurrit, et potius est nomen appellativum quam nomen loci. Verbum הנטף in tit. 338 v. 4 emendavimus הנצף legentes; num recte, nunc dubitamus. נטף cum arabico نطف «fluxit» comparare et מנטפה «canaliculus» explicare licet.

Versus 7. תר in אתר, collata voce sequente, compleri potest; אתר reperitur in minæis titulis Gl. 287 = B.M. 93, v. 2; Glaser 871 apud O. Weber, *Studien*, II, p. 31; Gl. 1302, v. 4; O. M. nunc 1, v. 1; אתרת in Hal. 374 = 401, v. 3; Gl. 282 = B. M. 90, v. 8. De diversis interpretationibus hujus vocis vide O. Weber, *l. c.* Hic et

(Impressum mense februario 1914.)

in sequente אתרלרע explicari potest «locus» sicut aramaicum אתר. — לרע, forsan nomen loci, in Minæorum titulo Hal. 199, v. 2, quoque occurrit.

Versus 8. ישרן, vocabulum obscurum; voce ישר in Hal. 244, v. 2, non illustratur. ישר cognomen regis Ilyafaʿi in Hal. 237, v. 1; 478, v. 2, etc. — מנטפתן; vide v. 6. — ועל complere non audemus.

461

Hal., 599.

Titulus tenet nunc decem versus, qui novem ad septemdecim litteras habent. Versus 1-3 initio et fine carent; ceteri sunt integri, sed non faciliores intellectu. Inscriptionem edidit Halévy in *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, II, p. 248 (separatim excuso, p. 218).

Hæc in apographo Halevyi leguntur :

...ʜXʕΠΠ | ϷXʕ○ʜ | ʕ...
...ʜ | ○ϒΨΠʜ○ | ○ϒʕ...
.....ʒϷΠ | ΣϷΠʜX...
ʕ | ○ʕ○Xʜ○ | ϷXʕ○ʜ | ʕΨ
ʜΠ | ʜΠϷ○ | Σ○XʜX | ΣʕϦ
ϷXʕ○ʜ | ʕΠΓʜʜ | Σ○Π
Ψ○ | ϦϷʕΠ | ◊ΓΨ | ΣʜϦ | ⋔
○ϒʜXΨΣ | Σʜ○ | ϦΨ○Xʜ
XΫXΠ | ΠϷʃϦΣʜ | ʕϷ○
○ϒϦΠ | ϷXʕ○ | ʕ

Hebraicis litteris scripta :

1 ...י | לעתר | בביתן...
2 ...יהע | ולבחהו | ל...
3 ...תאברם | בשל.....
4 חי | לעתר | ואתויע | ת
5 נים | תאתום | ערבן | בא
6 רבעם | לאגבי | לעתר
7 ם | קדם | חלף | בקרן | וה
8 אתוהן | עדם | מחתנהו
9 וצרי | סמהכרב | בתהת
10 י | עתר | בנהו

Versus 1. י in חי complere licet, collato v. 4, quo non clarius fit. — לעתר etiam infra, in tit. 463 v. 5 et 465 v. 2 reperitur; fortasse est nomen loci sicut in Hal. 149, v. 7 et 8.

Versus 2. יהע, collato דבחהו, in יהו emendari debet; quod verbum complere non audemus.

Versus 3. תאברם omnino non intelligimus. — בשל in בשלת «in tribus» compleri potest; de quo numero vide tit. 371 v. 2.

Versus 4. לעתר | חי; vide v. 1. — חי finis vocis cujusdam, quam conjectare nequimus. — אתוהו legendum est pro אתויע; verbum אתו «venit» in hac serie titulorum frequens; cf. תאתום in v. 5, אתון (sic legendum est pro אתעם) in tit. 463 v. 1 et quartam formam verbi infra, in v. 7-8; in 462, v. 6; 463, v. 2; de voce vide tit. 131 v. 4; 155 v. 2; 282, etc.

Versus 4-5. תנים numerus ordinalis «secundus». — תאתום num infinitivus quintæ formæ verbi אתו sit, dubium est. — ערבן; cf. ערבם in tit. 463 v. 4 et forsan in 464 v. 3. Comparare licet מערבת, quod in Hal. 217; Gl. 554, v. 77, occurrit, fortasse in Gl. 1119, v. 3, legendum est et a Glasero, *Zwei Inschriften*, p. 18, «lapides quadrati» vertitur; necnon verbum ערב in Ac. 13, v. 5, ubi de exstructione agitur. In tit. 428 v. 2, con-

textu freti, explicavimus verbum ערב «obtulit»; vide quæ illic adnotavimus.

Versus 5-6. ארבעם numerus quatuor; cf. in tit. 463 v. 4 בסבעם | ערבם. — לאנבי in ḳatabânitico tit. Gl. 1606, v. 22, reperitur, itidem numero antecedente. Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, p. 173, dubitat utrum nomen hominis sit an exactores vectigalis designet. Arabice quidem جبى significat «vectigal exigere», sed جَبًا vel جابية et hebraicum גֶּבָא receptaculum aquæ designant; cf. C. Landberg, *Ḥaḍramoût*, p. 449 et 540. Uter sensus in hoc obscuro titulo aptior sit, difficile est judicare. — אלעתתר vide v. 1.

Versus 7. קרם | ם verisimiliter in בקרם «de ante» emendandum est, collato tit. 463 v. 3. — חלף a J. et H. Derenbourg, *Études*, p. 30, pro hominis nomine habitum est, quod D. H. Müller, *Kritische Beiträge*, in *Zeitschrift d. d. morg. Gesellschaft*, XXXVII, p. 10, rejicit. De חלף «regio» vide tit. 79 v. 10. — בקרן; vide quæ ad tit. 435 v. 3 adnotavimus.

Versus 7-8. מחתנהו | עדם | והאתוהן. Fere eadem in tituli sequentis v. 7-8. De verbo אתו vide v. 4. Suffixum הן, si recte scriptum est, femininum pluralis; ad quid referatur nescimus. — ערם a F. Hommel, *Aufsätze*, p. 207, et D. Nielsen, *Katabanische Inschriften*, p. 9, in ודם emendatur; sed, collato tit. 462 v. 10, potius קדם legendum est. — מחתנהו reperitur in tituli sequentis v. 8 et 11; præterea in Hal. 53, v. 4 et 5; Gl. 1000, v. 4, et ab O. Weber, *Studien*, III, p. 30, in Hal. 437, v. 2, pro מנתהן legitur. Hommel, *Aufsätze*, p. 207-208, collato hebraico חתן «gener», id interpretatur «domus nuptialis». Nielsen, *l. c.*, assyriacum *ḫatanu* «protegere» affert, unde concludendum esset מחתן «asylum» significare, sed ipse de certa explicatione desperat.

Versus 9. צרי, etiam in tituli sequentis v. 9, si D. H. Müller in *Zeitschrift d. d. morg. Gesellschaft*, XXXVII, p. 10, assentiris, reperitur, et הצרי in tit. 466 v. 6. Ambæ formæ alias occurrunt; vide tit. 28 v. 1; 74 v. 19 et cf. substantivum צרית in tit. 80 v. 7; 282 v. 5, etc. Illic צרי significat «liberavit» vel «liberatus est», hic forsan «remotus est».

Versus 9-10. בתחתי in בתחתי, arabice مِنْ تحت corrigendum est; cf. עתתר | תחתי | בן in tit. 465 v. 7-8. Etiam in tit. 466 v. 1-2 תחתי | בן pro לבלתחתי legi debet. בתחת sine *yâ'o* in tit. 405 v. 10; Gl. 1000 *b*, v. 12; *c*, v. 2, apud F. Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 51; Gl. 1606, v. 2. — עתתר, collato tit. 466 v. 2-3, ubi ותנן | ן locum vocis עתתר tenet, videtur imaginem numinis tanquam terminum agri adhibitum vel lapidem miliarium designare; vide Prideaux, *Transactions of the Biblical Society of Archæology*, VI, p. 314, qui confert æthiopicum ወልፃ. Lapides erant verisimiliter capite dei ornati ut termini apud Romanos, itaque lapides ipsi ʿAthtar appellari poterant. — בנהו «ab eo»; quomodo hic explicandum sit, ignoramus.

462

Hal., 600.

Titulus undecim versus initio et fine carentes tenet; quem J. Halévy in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, II, p. 248-249 (separatim excuso, p. 218) edidit.

Hæc apographon Halevyanum præbet :

...ϕΗΥ | ٦٥ | ٤...
...Υ | ΥΗ٥ | ΥϟΗΠ...
ϕΠ | ⊞ϕΗΥ | Ⅱ
Π | ΣϕΨ٥ | ⅡX

Quæ hebraicis litteris transcribimus :

1 ...ן | ול | ילק...
2 ...בנה | ודי | י...
3 ם | ילקט | בפ
4 תם | וחפש | ב



5 תני | שמלם | ושי
6 | בהקבם | לוי
7 ם | והאתוהו | ע
8 מחתנהו | אח
9 רי | חלק | חטרם
10 קבהטהו | בקדם
11 חתנהו | יבחת

Versus 1. יוק in יוקט complendum est; cf. infra, v. 3; tit. 464 v. 1; 465 v. 9; 466 v. 3. Verbum יקט alias non reperitur; num arabicum سقط «cecidit» vel assyriacum *zaḳtu* «acer, acutus» comparare liceat, dubitamus.

Versus 2. בנה verisimiliter præpositio בן, arabice مِنْ, et suffixum feminini singularis. — ודי; cf. ודין infra, in tit. 464, v. 10, et in Gl. 554, v. 9 et 25; utrum hic «torrens» an «campus» significet, decerni non potest. Ceterum menda pro עדי esse posset.

Versus 3. יוקט; vide v. 1. — בח forsan in בן corrigendum est; cf. tit. 464 v. 1.

Versus 4. חפש; arabicum حفش «fluxit» comparare licet.

Versus 5. שמלם | תני. Mirum est שמלם post תני «duo» non in duali esse; idcirco putamus שמלם, quod interpretari nequimus, corruptum esse. — ושי in ושים compleri potest. De verbo שים «posuit» vide tit. 1 v. 3; 389 v. 4.

Versus 6. בהקבם in בחקבם fortasse corrigendum et cum מחקב in tit. 69 v. 5 conferendum est, quod E. Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, p. 121, «aura» vel «aurorum thesaurus» explicat. Contra comparari potest arabicum حُقْب «annus, ætas». — וי in וין «vitis» complere licet; vide tit. 11 v. 3; 228 v. 2; 276 v. 3.

Versus 7-8. מחתנהו | ע[דם] | והאתוהו; vide tituli antecedentis v. 7-8. — אח explicare non audemus, nisi forte cum רי in versu sequente conjungendum est et «pone» significat, opposito קדם in tituli antecedentis v. 7.

Versus 9. רי complet D. H. Müller, *Zeitschrift d. d. morg. Gesellschaft*, XXXVII, p. 10, in צרי; num jure, dubitamus. — חטרם nomen regionis inauditum, quod cum arabico حظار «sæptum» conferri potest.

Versus 10. קבהטהו in יבהתהו corrigendum esse suspicamur; de verbo בהת vide quæ ad tit. 320 v. 5 adnotavimus. — בקדם «ab ante»; vide tit. 338 v. 13.

Versus 11. חתנהו in מחתנהו facile completur; vide tit. 461 v. 8. — ובחת videtur corruptum esse; etenim substantivum בחת, de quo vide tit. 423 v. 1, vix comparandum est. Fortasse בתחתי legendum est; cf. tituli antecedentis v. 9.

463

Hal., 601.

Titulum invenit J. Halévy in facie latiore stelæ eversæ, quæ viginti passibus ab ea stela distabat, ubi tit. 460-462 inscripti sunt. Cetera latera stelæ tres titulos sequentes exhibent. Vide Halevy: *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen* in *Journal asiatique*, 1872, II, p. 92. Inscriptionem primam, cujus exstant quinque versus haud integri, edidit J. Halévy *ibidem*, p. 249 (separatim excusam, p. 219).

Hæc exscripsit J. Halévy :

Quæ hebraicis litteris :

1	אתען ו דק	𐩱𐩬𐩧𐩺 ו 𐩣𐩧
2	הע ו עהקתוהו	𐩧𐩺 ו 𐩺𐩧𐩣𐩧𐩧𐩺
3	לם ו בקרם ו ח	𐩤𐩬 ו 𐩣𐩧𐩬𐩣 ו 𐩧
4	ערבם ו בסבעם	𐩺𐩬𐩣𐩬 ו 𐩣𐩧𐩣𐩺𐩬
5	דעתתר ו עשערהו	𐩣𐩺𐩱𐩱𐩬 ו 𐩧𐩱𐩺𐩬

Versus 1. אתען in אתון emendamus; vide adnotationem ad tit. 461 v. 7-8. — דק in דקט compleri potest; de quo verbo vide tit. antecedentis v. 1.

Versus 2. הע in הו mutamus; vide tit. 460 v. 1. — עהקתוהו. Haud dubium quin והאתוהו legendum sit; vide tit. 461 v. 7-8 et 462 v. 7.

Versus 3. לם. Cujus vocis finis sit, decernere non audemus. — Littera ח verisimiliter initium vocis חלף est; cf. tit. 461 v. 7.

Versus 4. ערבם | בסבעם; vide commentarium tit. 461 v. 5-6. — Deinde addi potest לאנבי, collato eodem titulo.

Versus 5. דעתתר; vide tit. 461 v. 1. — עשערהו, pro quo ושערהו vel ושורהו legendum est, interpretari non valemus.

464

Hal., 602.

Titulum invenit J. Halévy in latere opposito stelæ quæ titulum antecedentem præbet, et in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, II, p. 249 (separatim excuso, p. 219) edidit. Decem versus inscriptionis servati sunt, qui septem ad septemdecim litteras habent, omnes a dextera, nonnulli etiam a læva truncati.

Hæc legit J. Halévy :

1	𐩣𐩬 ו 𐩢𐩧𐩺𐩱 . . .
2	𐩣𐩣𐩺𐩬 ו 𐩣𐩧 ו 𐩱 . . .
3	𐩢𐩬𐩱𐩺 ו 𐩣𐩺𐩢𐩧 . . . 𐩧 ו 𐩢𐩬𐩺 . . .
4	𐩧 ו 𐩣𐩣𐩱𐩬𐩺𐩱 ו 𐩣𐩬 ו . . 𐩱𐩺𐩧 . . .
5	𐩬𐩬 ו 𐩢𐩣𐩱𐩬 ו 𐩣𐩣𐩱𐩬 ו 𐩺𐩧 ו X . . .
6	𐩣𐩬 ו 𐩢𐩣𐩱𐩬𐩧 ו 𐩱𐩺𐩺 ו 𐩺𐩣𐩺𐩧 . . .
7	𐩬 ו 𐩢𐩣𐩱𐩬𐩧 ו 𐩱𐩣· ו 𐩬𐩺𐩺𐩣𐩱 . . .
8	. . . X𐩧𐩢𐩣𐩧𐩢 ו 𐩱𐩣𐩬𐩬 . . .
9	. . . ו 𐩣𐩱𐩣𐩢 ו 𐩢𐩧 ו X𐩺𐩧 . . .
10	. . 𐩬 ו 𐩢𐩧𐩰𐩱𐩬 ו 𐩣𐩱𐩧𐩬 . . .

Quæ hebraicis litteris scripta lege :

1 ...ידקט | בן

2 ...י | דן | עהנן

3 ...רבם | פ...אמרן | היעם

4 ...סדי..| ול | יהעינן | א

5 ...ת | דן | ותנן | עינם | וב

6 ...דלה | רגת | אעינם | ול

7 ...ינחהע | .לת | אוינם | ו

8 ...בעלי | מנטפת...

9 ...ארת | דם | טלין |...

10 ...ודין | בקחפם | ו...

Versus 1. ידקט; vide tit. 462 v. 1.

Versus 2. עהנן | דן | ותנן | י in [תחת]י | דן | עהנן certo emendandum est; cf. tit. 465 v. 5-6 et 466 v. 2-3 et vide quæ de tit. 461 v. 10 scripsimus.

Versus 3. רבם in ערבם complemus, collato tit. antecedentis v. 4; vide tit. 461 v. 5. — פ conjunctio vel littera radicalis. — אמרן; vide quæ de voce אמר tit. 314 v. 8 occasione disseruimus. — היעם, si recte scriptum est, cum היע in tit. 59, v. 9, et in titulo Britannici Musei a J. Halévy in *Revue sémitique*, 1908, p. 29 edito, v. 5-6, necnon cum מהיע conferendum est, de quo vide quæ ad tit. 338 v. 4 adnotavimus.

Versus 4. סדי in סדת «sex» corrigendum esse censemus. — יהעינן verbum 4ª formæ denominativum e voce עין «fons» ortum esse censet Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 33, conferens עינם in v. 5 et אעינם in v. 6 (forsan etiam in v. 7). In Os. 29 = B. M. 6, v. 7, videtur עין «oculus» sonare; in Hal. 205, v. 2; Jaussen 5, v. 5; Lupar. 4092 (*Nouveau supplément*, 3), v. 2, obscurus est sensus.

Versus 4-5. א..ת in אודת complere licet collato tituli sequentis v. 5. אודת verisimiliter idem sonat atque אודן in tit. 372; vide quæ illic adnotavimus. — עינם; vide quæ in versu antecedente scripsimus.

Versus 6. דלה sive in מגדלה compleri potest, collato מגדלהן in Euting 9, v. 5, quod D. H. Müller, *Epigraphische Denkmäler aus Arabien*, p. 25, «turris» vertit, sive in חדלה, collato verbo חדל «neglexit», de quo vide tit. 380 v. 6. — רגת, collato v. 7, in שלת «tres» corrigendum; de quo numero vide tit. 371 v. 2.

Versus 7. ינחהע in ינחהו facile emendatur fortasse a radice נחי ducendum; confer מנחי in Fresnel 12, v. 2; 13, v. 2; 14, v. 2 = Hal. 673, v. 3; 674, v. 2, quod D. H. Müller, *Burgen*, II, p. 14, «canalis» interpretatur. Longius absunt verba תנחי in Hal. 147, v. 1; 149, v. 1; 680, v. 2; 682, v. 2; Gl. 1052 = Vind. 6, v. 1; Gl. 1054 = Vind. 7, v. 1, et נחי in O. M. 33, nunc 31, v. 2; de quibus vide D. H. Müller, *Südarabische Alterthümer*, p. 20; M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 208 in notula, et F. Prætorius in *Zeitschrift d. d. morg. Gesellschaft*, 1912, p. 786. — לת.; lege שלת; cf. v. 6. — אוינם; lege אעינם et vide v. 4 et 5.

Versus 8. בעלי «versus»; vide tit. 308 v. 13 et 21. — מנטפת; vide tit. 460 v. 6.

Versus 9. ארת forsan in תארת «talio» complendum est, quod cum דם «sanguis» congrueret. De radice תאר vide tit. 344 v. 7. — דם «sanguis» alias non reperitur. דמום in Hal. 152, v. 3; ידמו, ibidem, v. 6, et דמתן, ibidem, v. 17, conferre non expedit. — טלין. H. Derenbourg in *Nouveaux textes* 2 (Lupar. 4543-4544), v. 2, vertit טלי «agnus». לטלים occurrit in titulo ab E. Leroux acquisito, v. 3, vocem ותנן sequens. Alium sensum אטלי in tit. 429 v. 5 præbet.

Versus 10. ודין; vide tit. 462 v. 2. — קחפם; num arabicum خَفَّ «inundavit», quod voci ודין «torrens» aptius est, comparari debeat, dubitamus.

465

Hal., 603.

Stela cui tituli 463 et 464 inscripti sunt titulum tertium in uno e lateribus angustis exhibet, quem J. Halévy in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen* in *Journal asiatique*, 1872, II, p. 249-250 (separatim excuso, p. 219-220) edidit. Inscriptio decem versus exiguos tenet.

Hæc leguntur :



Hebraicis litteris scripta :

1 סבום ו דפ

2 דעתתר ו עס

3 במסאלן ו לע

4 י ו מנטפת

5 ן ו אודת ו דן ו ות

6 ן ו קדמם ו והם

7 קדם ו בנה ו בן

8 תחתי ו עתתר ו ו

9 ידקטן ו בנה

10 ...ול ו ולם

Versus 1. סבום verisimiliter in סבעם corrigendum est, sicut in tit. 463 v. 4, haud procul sequente דעתתר. — דפ complere non audemus.

Versus 2. עס; num עבי legendum sit, dubitamus.

Versus 3. מסאלן « oraculum »; vide tit. 374 et M. Lidzbarski, *Ephemeris*, II (1908), p. 385. Nuper F. Prætorius, *Zeitschrift d. d. morgenl. Gesellschaft*, LXVI, p. 786, æthiopicum ተሰአለ « respondere » comparavit.

Versus 3-4. Si לע cum י in v. 4 conjungendum est, impellimur ad legendum י[ל]בע, collato tituli antecedentis v. 8. — מנטפתן; vide tit. 460 v. 6.

Versus 5. אודת; vide commentarium tituli antecedentis v. 4-5.

Versus 5-6. ן[נ]ות facile completur. — קדמם « antea » vel « in fronte » etiam in Miles 4, v. 1; Hal. 203, v. 1; 424; 465, v. 2; 529, v. 2, occurrit. — והם pronomen plurale defective scriptum pro המו; cf. Hal. 152, v. 6; 343, v. 18; 345, v. 14; 446, v. 2.

Versus 7. קדם forsan adjectivum elativum « anterior » arabice أَقْدَم, sequente בן = مِنْ « quam ».

Versus 7-8. עתתר | תחתי | בן; vide quæ ad tit. 461 v. 9-10 adnotavimus.

Versus 9. ידקטן; vide tit. 462 v. 1.

Versus 10. ולם | ול non intelligitur, nisi ולם menda est pro עלם; de quo vide tit. 74 v. 16.

466

Hal., 604.

Titulus in altero latere angusto stelæ repertus est quæ tres titulos antecedentes exhibet. Inscriptionem edidit J. Halévy in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal*

asiatique, 1872, II, p. 250 (separatim excuso, p. 220). Inscriptio, cujus initium videtur deesse, septem versus brevissimos eosque integros habet.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris transcribimus :

1 לבלתחת
2 י ו דן ו ותנ
3 ן ו ידקטן
4 מרתדם ו
5 טבעין ו ו
6 הצרי ו תב
7 עכרב ו

Versus 1-2. לבלתחתי; lege תחתי | בן; cf. tituli antecedentis v. 7-8 et 464 v. 1-2.
Versus 3. ידקטן; vide tit. 462 v. 1 et 3.

Versus 4. מרתדם; nomen hominis; cf. tit. 333 v. 1.
Versus 5. טבעין; nomen patronymicum inauditum.
Versus 6. הצרי; vide tit. 461 v. 9.

Iterum transcribimus :

1 בן ו תחת
2 י ו דן ו ותנ
3 ן ו ידקטן
4 מרתדם ו
5 טבעין ו ו
6 הצרי ו תב
7 עכרב ו

et vertimus dubitantes :

1 *Infr-*
2 *a hunc terminu-*
3 *m descendet* (?)
4 *Marthad*
5 *Ṭhab'ensis et*
6 *remotus est* (?) *Tabi-*
7 *'karib.*

CAPUT NONUM.

INSCRIPTIONES SABÆÆ DEO WADDO DEDICATÆ.

ARTICULUS I.

WADD.

Deus Wadd præcipue a Minæis colebatur, quorum tituli in tomo tertio tractabuntur. Attamen nonnullæ inscriptiones Waddum invocantes apud Sabæos reperiuntur, quas nunc edimus, et monumenta quæ locutionem «Wadd pater» ferunt, apud hos tantum inveniuntur; vide articuli VI proœmium. Quale numen sit Wadd et quid ejus nomen significet, adhuc a doctis disputatur: F. Hommel, *Aufsätze und Abhandlungen* (1900), p. 156-160, et *Grundriss der Geographie und Geschichte des alten Orients*, 1904, p. 85, contendit Waddum apud Minæos Sîno apud Ḥaḍramautitas, ʿAmmo apud Ḳatabânitas et Haubaso apud Sabæos respondere et numen lunare esse, quod epitheto שהרן probetur. Sicut ʿAmm «patruus» in nominibus propriis lunam designet, ita Waddum «patrem» nominari. Waddum idem esse ac numen Aramæorum et Assyriorum Hadad (ex Haudado ortum). Idem scriptor, *Südarabien und Griechenland* in *Mélanges Hartwig Derenbourg*, 1907, p. 179-180, asserit Waddum ab Arabibus Hubalum appellatum esse; quod nomen cum Abelo in Genesi conferendum sit. M. Hartmann, *Orientalistische Litteratur-Zeitung*, 1908, c. 273, Waddum cum Adado (אדד) Babyloniorum confert, ודד et אדד pro affinibus radicibus habens, et negat ודד cum arabico *wadda* «amavit» comparandum esse. D. Nielsen, *Die altarabische Mondreligion*, 1904, p. 33 et 37-39, plerumque Hommelo assentiens, asserit Waddum amorem ethicum designare, quare pater appelletur. Contra, C. Landberg, *Dathîna*, 1909, p. 954, contendit Waddum numen amoris libidinosi esse. Nos censemus Waddum ab arabico *wadda* minime disjungi posse, et ultro hebraicum דוד (a pristina radice ודוד ortum) comparamus, quod «amicus» et «patruus» sonat; itaque putamus Waddum, ʿAmmo «patruus» respondentem, «amicus» et fortasse «patruus» significare.

Deo Waddo, nullo epitheto addito, dicatus est unus titulus, scilicet B. N. 23, quum ceteri tituli qui Waddum sine epitheto invocant aliis deis sint consecrati, nempe tit. 123 et 428, jam tractati, et Hal. 144, 148, 151, 153, 159 et Lupar. 4723, quos ad alia capita tractandos differimus.

467

B. N., 23 (F. 2959).

(Tab. XVI.)

Summus lapis quadratus excisus est in formam animalis, cujus caput nunc ablatum est, truncus et crura integra sunt. Quale animal fuerit, utrum leo an elephas, an aliud, difficile est judicare.

(Impressum mense februario 1914.)

Pedes anteriores bestiæ duos serpentes premunt, quorum capita cum annulis aliquot e facie cavati monumenti eminent. Lapis inferior duos versus brevissimos, ordine *boustrophedon* ductos, præbet. Versus tertius rudibus litteris lateri dextero inscriptus est. Monumentum est $0^{m},25$ altum, $0^{m},10$ latum, $0^{m},18$ profundum. Titulum in vicinitate Ṣanʿâ'i repertum primus vulgavit W. P. Prideaux in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, IV (1876), p. 197, n° 12. Monumenti ab A. Goupil Bibliothecæ Maximæ Parisiensi donati imaginem arte photographica expressam in tabula sexta decima invenies.

Titulum tractavit H. Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites de la Bibliothèque nationale*, 1891, p. 35-36.

Hæc exhibet facies lapidis :



Quæ hebraicis litteris transcribimus :

1 ← חמעתת

2 → בקפש ו זב

Hæc latus dexterum :



3 ← הקניודם

Versus 1. חמעתת nomen frequentissimum; vide tit. 12 v. 2; 19 v. 1; 24 v. 2, etc.

Versus 2. שפקם etiam in O. M. 1 nunc 13, v. 1, occurrit. J. H. Mordtmann, *Zeitschrift d. d. morg. Gesellschaft*, XXXIII, p. 494, conjicit arabicum شفيق [i. e. clemens] esse comparandum. Conferre quoque licet nomina hominum אבשפק, אסרשפק, חלשפק, עמשפק.

Versus 3. Linea separationis inter הקני et ודם deest.

Transcribimus ordine solito et vertimus :

חמעתת	1	*Ḥamʿathat,*
בן ו שפקם	2	*filius Šafiḳi,*
הקני [ו] ודם	3	*consecravit Waddo.*

ARTICULUS II.

WADD ḤAṬBÂNENSIS.

Wadd Ḥaṭbânensis in uno titulo nominatur, quem jam sub numero 293 edidimus. Vide quæ ad illius tituli v. 3 adnotavimus et quæ in proœmio articuli VII capitis octavi de ʿAthtaro Dhaibânensi, domini Baḥr-Ḥaṭabi, scripsimus.

ARTICULUS III.

WADD SAMʿÂNENSIS.

Epitheton לסמע in Mass. 13 legendum esse opinamur, et Samʿânum pro loci nomine habemus, quocum conferre licet Samʿânenses (السَّمْعانيّة), quos Yâḳût, *Muʿdjam*, III, p. 140, in regione Yemenensi Dhimâro sitos fuisse dicit. Etiam nomen tribus Samʿay (de qua vide tit. 37, v. 1, 163, 189, v. 3, etc.) comparari potest, et fortasse Simʿân, nomen montis ad tribum Tamîmum pertinentis; cf. Yâḳûtum, *ibid.*, p. 139. H. Derenbourg legit Samwân, quod «cælestis» interpretatur, nomen dei Dhû Samwayi afferens. At nomen proprium dei epitheto «cælestis» ornatum nusquam reperitur.

468

Mass., 13.

(Tab. XVI.)

Fragmentum lapidis a tergo politi desuper integrum, a ceteris lateribus truncatum, $0^{m},21$ altum, $0^{m},42$ latum, $0^{m},13$ profundum, tres versus exhibet, qui tredecim ad sedecim litteras tenent. Inscriptio e cavo eminet ad modum titulorum ad architecturam pertinentium. Versus tertius mediis litteris abscissus est; itaque littera una dubia est. Monumenti in museo Massiliensi archæologico servati imaginem luce solis expressam in tabula nostra sexta decima reperies.

De titulo egit H. Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites du Musée d'archéologie de Marseille*, in *Revue archéologique*, XXXV (1899), p. 15; separatim excusum, p. 15. — Idem, *Répertoire d'épigraphie sémitique*, I, 1901, p. 160, n° 195.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris :

1 צם | ובנהו | בנ. | רסם

2 המו | רבחם | אחבת

3 וודם | לסמ.ן | וו

Versus 1. צם ab H. Derenbourg in בחצם completur, collato Mass. 11, v. 1 et 3. At illic Baḥḍ nomen gentis, non hominis est. Nomina hominum litteris צם desinentia sunt לברצם in Gl. 1606, v. 4; נחצם in tit. 337, v. 1; 338, v. 1; תרכצם in tit. 176; ex quibus unum elicere non audemus. — רסם nomen gentis inauditum.

Versus 2. רבחם «sedes quietis»; vide tit. 20 v. 2 et 286 v. 3; in tit. 21 v. 3 מרבחם idem sonat. Ex illis titulis concludere licet המו terminationem esse vocis מקברהמו (Derenbourg), cui בנו forsan anteibat. — אחבת, arabice ثَبِيت «firmissimus».

Versus 3. ן[ע]לסמ | ודם; vide articuli proœmium. Antea supplemus ורחדו «et commiserunt». — וו in וודם complet Derenbourg.

His præmissis, iterum transcribimus, completis quæ compleri possunt :

1 ..צם ו ובנהו ו בנ[ו] ו רסם [ו ..... בניו ו מק
2 בר]חמו ו רבחם ו אחבת [ו ..... ו ורת
3 דו ו] ודם ו לסמ[ע]ן ו וו[דם ו .....

Et vertimus :

1 *...ḍ et filii ejus, Rasmenses*[, ... *fecerunt sepul-*
2 *crum*] *suum, sedem quietis firmissimam*[, ... *et commi-*
3 *serunt*] *Waddo Sam'ânensi. Et Wa*[*dd* .....

ARTICULUS IV.

WADD INTRA VALLEM MADTHARI.

Sacrarium Waddo in vallo Madthari fuisse e titulo uno, quem nunc edimus, patet. Ubi fuerit vallis ignoramus.

469

Acad., 1.

(Tab. XVII.)

Titulus inscriptus est altari lapideo, $0^{m},18$ alto, cujus basis ab imo $0^{m},12$, a summo $0^{m},11$ lata, et $0^{m},08$ alta est, capitulum $0^{m},10$ altum et $0^{m},13$ latum. Monumentum simillimum est forma et ornamentis ei quod supra sub numero 453 descripsimus. Mirum est altare Waddo dicatum eadem symbola exhibere quæ in 'Athtari altari reperiuntur. Titulus e quatuor versibus decem circiter litterarum in facie altaris inscriptis constat, quorum primus in capitulo, ceteri in basi exstant. Præterea tres litteræ in latere sinistro inveniuntur, quæ verisimiliter inscriptionem terminant. Monumenti faciei et basis lævæ imagines, arte photographica expressas, tabula nostra septima decima exhibet.

De titulo egerunt : J. et H. Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, in *Journal asiatique*, 1883, II, p. 230-232; separatim excusum, p. 37-39. — J. H. Mordtmann, *Litteraturblatt für orientalische Philologie*, I (1883), p. 432. — J. Halévy, *Journal asiatique*, 1884, I, p. 99-100. — D. H. Müller, *Oesterreichische Monatsschrift für den Orient*, 1884, p. 61.

Hæc præbet facies altaris :

Eadem hebraicis litteris :

1 אם ו בן ו קתם ו ה.
2 י ו ודם ו עדי
3 סרן ו דמדתרם
4 סעדהו ו ופי

Hæc sinistrum latus : Hebraicis litteris :

𐩣𐩧𐩣 מתם 5

Versus 1. אם in הנאם complet Müller : cf. tit. 6 v. 3. — קתם. Confer nomen hominis قُثَم, apud Ibn Doraidum, *Ištiḳâḳ*, p. 40 et 43.

Versus 1-2. הקני, quod facile restituitur, objectam rem non habet; vide quæ ad tit. 3 v. 1 adnotavimus et confer tit. 383. Etiam post verbum החרת in tit. 378 accusativus rei omissus est. — עדי; cf. | עדי | תאלב אהגרן | טטור in tit. 3 v. 5-7 et alia similia quæ tit. 332 v. 1 occasione congessimus. Halévy vertit עדי «dominus».

Versus 3. למדתרם | סרן; cf. לצמרם | סרן in tit. 407 v. 20-21. De מרתרם vide proœmium articuli. J. et H. Derenbourg dubitant utrum למרתר objecta pars verbi הקני sit an alterum numinis epitheton; J. Halévy סרן pro nomine sacrarii habet. Müller dubitans utrum סרן nomen appellativum sit an nomen loci, cujus incolæ sint Madtharenses, in alterum inclinat; nos prius anteponimus.

Versus 4. ופי a J. et H. Derenbourg in ופיה completur, a Mordtmanno rectius in ופים, et ab eo conjungitur cum מתם[ונע], quod in latere sinistro (v. 5) restituit.

Completis complendis rursus transcribimus :

1 הנ]אם ו בן ו קתם ו ה[ק
2 נ]י ו ודם ו עדי
3 סרן ו למדתרם
4 ל]סעדהו ו ופי[ם
5 ונע]מתם

Et vertimus :

1 *Hana]', filius Ḳuthami, con[se-*
2 *cra]vit Waddo intra*
3 *vallem Madthari,*
4 *ut] concedat ipsi integrita[tem*
5 *et feli]citatem.*

ARTICULUS V.

WADD ŠAHÎR.

Waddo Šahîr titulus supra, sub numero 30 tractatus dicatus est. Idem numen commemorat minæus titulus alii deo consecratus Hal. 504, v. 2. Epitheton in tomo I, p. 49, interpretati sumus, D. H. Müller secuti, «illustris», arabici شهير instar. F. Hommel, *Aufsätze und Abhandlungen*, p. 58, arabico الشَّهْر «luna» id explicat; cui assentitur D. Nielsen, *Die altarabische Mondreligion*, p. 47. Contra C. Landberg, *Dathîna*, p. 955, opinatur שהרן arabico الشهر vel الشاهر «lucens» respondere. Quod si tibi probatur, compara ʿAthtar *Šârik*, i. e. ʿAthtar «oriens», de quo vide capitis octavi articuli XIV proœmium.

ARTICULUS VI.

WADD PATER.

Voces אב ,וד אבם ,וד אבם ,ודם אב ,ודם אבם plerumque solæ reperiuntur sive in pariete ædium, sive in amuletis inscripta; rarius aliis vocabulis adjunctæ sunt, sive in initio tituli, sive sub fine, sive in medio. Verisimiliter Wadd pater nominatus est tanquam deus averruncus, qui ædificia ipsi consecrata vel homines qui dei nomen secum habent protegit; cf. J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften und Alterthümer*, p. 56. F. Hommel, ut in proœmio articuli primi hujus capitis jam diximus, existimat Waddum patrem appellari, quum lunam designet, quæ apud Yemenenses in numinum familia patris personam usurpare solet. וד et אב unum nomen proprium efficiunt; itaque modo conjunguntur, modo disjunguntur, et modo *mimationem* præbent, modo omittunt. Utrum וד אב vertendum sit «utinam Wadd sit pater», ut in t. I, p. 158, proposuimus, an «Wadd est pater», dubium est; in alterum nunc inclinamus; cf. W. F. Prideaux, *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, V, p. 418, et D. H. Müller, *Südarabische Alterthümer im Kunsthistorischen Hofmuseum*, p. 52. D. Nielsen, *Die altarabische Mondreligion*, p. 39, locutionem וד אב interpretatur «amor est pater», i. e. deus est simul «pater et amor», quod minus placet. Notatu dignum est titulos quos edimus non in Minæorum regione repertos esse, quanquam Wadd præsertim ab illis colebatur.

Tres titulos jam edidimus, qui voces ודאב vel ודאבם solas exhibent, scilicet 33 (ubi erravimus ודאב pro hominis nomine habentes), 97, 301; unum, ubi ודאב inscriptionem terminat, scilicet 106. De ceteris nunc acturi sumus.

470

Hal., 584.

Titulum invenit J. Halévy in regione Nadjrâno, in ruinis quæ nunc Madînat-al-Ḥudûd appellantur et ubi olim urbem a Ptolemæo *Nagara metropolis* nominatam sitam esse Halévy pro certo habet; vide ejus *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen* in *Journal asiatique*, 1872, II, p. 39 et 90. Inscriptionem vulgavit *ibidem*, p. 245; separatim excusam, p. 215.

Sabaice :	Hebraice :	Latine :
𐩱𐩣𐩵	ודאב	*Wadd pater.*

471

Hal., 586.

In eodem loco atque antecedens repertus titulus voces וד et אב spatio separatas exhibet, ubi effictus est leo taurum sternens et super eos serpens sinuosus; vide J. Halévy, *Rapport sur une*

mission archéologique dans le Yémen in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 90. Inscriptionem edidit, *ibidem*, p. 245; separatim excusam, p. 215.

Sabaice :	Hebraice :	Latine :
𐩱𐩣 𐩺𐩧	ודד אב	*Wadd pater.*

472

B. N., 24 (Inventaire, n° 1406²).

(Tab. XVII.)

In Bibliotheca Maxima Parisiensi servatur amuletum ex hematita fusca orthogonium, insuper duobus cavis perforatum, per quos filum inseri potest ad suspendendum lapidem. Duo cavi alii exstant a dextera et læva. Amuletum est $0^m,35$ altum, $0^m,03$ latum, $0^m,01$ profundum; ejus imaginem in tabula nostra septima decima reperies.

De titulo egit H. Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites de la Bibliothèque nationale*, 1891, p. 40.

Hæc in fronte leguntur :	Transcripta hebraicis litteris :	Latine :
𐩺𐩧𐩱	ודם	1 *Wadd*
𐩱𐩣𐩱	אבם	2 *pater.*

473

Berol., 8.

(Tab. XVII.)

Tabula lignea quadrata, insuper appendice perforato instructa, $0^m,095$ alta, in Museo Regio Berolinensi servatur; quam E. Glaser, *Mittheilungen*, p. 76, ex ligno arbusculæ *ʿilb* = *sidr* (lotos) confectam, Harimi (i. e. Madînat Haram in regione Hamdâno orientali) repertam esse asserit. Amuleti imaginem luce solis expressam tabula nostra septima decima præbet.

De titulo egit J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften und Alterthümer in den königlichen Museen zu Berlin*, p. 56.

Hæc leguntur :	Transcripta hebraicis litteris :	Latine :
𐩺𐩧𐩱	ודם	1 *Wadd*
𐩱𐩣𐩱	אבם	2 *pater.*

D. H. Müller, *Südarabische Alterthümer*, p. 52, miratur Mordtmannum voces invertentem אבמודם legisse et pro hominis nomine habuisse.

474

Berol., 2626.

(Tab. XVII.)

Lamina ænea a summo perforata, $0^{m},022$ alta, Musei Regii Berolinensis propria, exhibet voces וד אב rudibus characteribus a sinistra ad dexteram versis inscriptas medio in quadrato. Amuleti imaginem arte photographica expressam vide in tabula nostra septima decima.

De titulo egit J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften und Alterthümer in den königlichen Museen zu Berlin*, p. 56.

Hæc leguntur :	Transcripta hebraice :	Latine :	
→ 𐩢𐩣	→ דו	1	*Wadd*
→ 𐩱𐩨	→ בא	2	*pater.*

475

Vindob., 41.

(Tab. XVII.)

Tabula e lapide calcario orthogonia, $0^{m},57$ alta, insuper pinnam perforatam exhibens, in Museo Vindobonensi quod *Kunsthistorisches Hofmuseum* vocatur, ut tres tituli sequentes, servatur. Quam D. H. Müller, *Südarabische Alterthümer*, 1899, p. 51, edidit. Exemplar monumenti arte photographica expressum tabula nostra septima decima iterat.

Hæc tabula præbet :	Quæ hebraice transcribimus :	Et latine :	
𐩱𐩨𐩣	אבם	1	*Pater*
𐩣𐩢𐩥	ודם	2	*Wadd.*

Animadverte amuletum, quanquam tit. 473 simile, voces ודם et אבם inverso ordine præbere; cf. tit. 476.

476

Vindob., 42.

(Tab. XVII.)

Amuletum e lapide calcario confectum, $0^{m},036$ altum, quod olim in formam trapezi cæsum erat, sed postea tantopere erosum est, ut pentagonio simile factum sit. Insuper exstat pinna perforata. Monumentum, cujus imaginem tabula nostra septima decima exhibet, publici juris fecit D. H. Müller, *Südarabische Alterthümer im Kunsthistorischen Hofmuseum*, 1899, p. 49.

Eadem ac in titulo antecedente leguntur, scilicet :

Sabaice :	Hebraice :	Latine :	
𐩱𐩣𐩲	אבם	1	*Pater*
𐩱𐩧𐩵	ודם	2	*Wadd.*

477

Vindob., 43.

(Tab. XVII.)

Tabula lapidis calcarii forma trapezo similis, $0^{m},032$ alta, a qua pinna superior abrupta est, in facie anteriore monogramma vocis אבם, in posteriore vocis ודם præbet. A dextera litteræ א signum ך inscriptum, a sinistra X. Vide tabulam nostram septimam decimam.

Titulum vulgavit et tractavit D. H. Müller, *Südarabische Alterthümer im Kunsthistorischen Hofmuseum*, p. 51-52.

Hæc inscripta sunt :	Transcripta hebraicis litteris :	Latine :
In fronte :	אבם ג ת	*Pater*
In tergo :	ודם	*Wadd.*

D. H. Müller dubitat utrum ג an ג legendum sit. Prius verisimilius. At quid significent litteræ ג et ת, obscurum. Dubitamus utrum initium nominis et cognominis possessoris an signum lapicidæ designent.

(Impressum mense februario 1914.)

478

Vindob., 44.

(Tab. XVII.)

Amuletum lapideum orthogonium pinna perforata a summo ornatum, $0^m,060$ altum, $0^m,053$ latum.

Titulum vulgavit et tractavit D. H. Müller, *Südarabische Alterthümer im Kunsthistorischen Hofmuseum*, 1899, p. 52.

Hæc leguntur :	Eadem hebraicis litteris :	Latine :
𐩢𐩣𐩺	ודם	1 *Wadd*
𐩢𐩱𐩲	אבם	2 *pater.*

479

Lupar., 4102.

(Tab. XVII.)

Basis ex onyche rubris venis distincto confecta, $0^m,052$ alta, $0^m,120$ lata, $0^m,060$ profunda, olim statuam tulit, cujus pedes tantum servati sunt et quæ, ut conjicere licet, effigiem dei Wadd exprimebat. Characteres inscriptionis sunt rudes et littera *wâw* duas medias lineas habet. Monumenti in Museo Luparensi exstantis imaginem tabula nostra septima decima præstat.

De titulo egerunt : H. Derenbourg, *Nouveaux envois du Yémen* in *Revue archéologique*, 1903, p. 411; separatim excusum, p. 5. — Idem, *Répertoire d'épigraphie sémitique*, I, p. 348, n° 458. — M. Lidzbarski, *Ephemeris für semitische Epigraphik*, II, 1908, p. 387.

Hæc leguntur :	Hebraice scripta :	Latine :
𐩺𐩣𐩱𐩲	אבוד	*Pater Wadd.*

480

Lupar., 4559.

(Tab. XVII.)

Fragmentum basis statuæ marmoreæ pullæ, quæ basi in titulo antecedente descriptæ simillima est, $0^m,065$ altum, $0^m,065$ latum, $0^m,045$ profundum. Monumentum ita a sinistra ruptum est, ut

unius pedis tres digiti tantum permanserint et littera ultima vocis אבוד evanuerit. Characteres sunt concinni. In littera ב linea superior ad sinistram producta est ita ut *ghaino* par sit. Titulum vulgavit M. Lambert, *Nouveau supplément aux inscriptions yéménites du Louvre*, in *Mélanges Hartwig Derenbourg*, 1909, p. 166 (separatim excusum, p. 8), et ejus imaginem de monumenti exemplari arte photographica expresso sumptam nostra tabula septima decima exhibet.

Hæc leguntur :	Hebraicis litteris :	Latine :
𐩱𐩣	אבו[ד	*Pater Wa[dd.*

481

Hal., 582.

Titulus in eodem loco ac tit. 470 a J. Halévy repertus et in ejus *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 245 (separatim excuso, p. 215) editus una voce ודם constat, subter vel super quam licet addere אבם.

Itaque scribimus :

Sabaice :	Hebraice :	Latine :
𐩱𐩵𐩣	ודם	*Wadd*
[𐩱𐩣]	[אבם]	[*pater*].

482

Mack., 1.

(Tab. XVII.)

Anaglypta marmorea exprimunt hominem stantem pedibus nudis, exigua tunica vestitum, quam zona stringit, et ferentem in capite pileum longa cauda instructum. In basi inscriptio a dextera fracta est. Titulum, in vicinitate Mâribi repertum et a medico Mackell acquisitum, nunc in Museo Bombayensi servatum, edidit primus J. Bird, *Hamaiyaric Inscriptions from Aden and Saba*, in *Journal of the Bombay Branch of the Royal Asiatic Society*, n° VIII, 1844, p. 30; deinde J. Wilson, *The lands of the Bible visited and described*, 1847, II, p. 747; denique W. F. Prideaux, *Notes on the Himyaritic inscriptions, etc.*, in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, VI, 1879, p. 305. Monumenti imaginem ex apographo Mackelli arte photographica expressam in tabula nostra septima decima reperies.

De titulo egerunt : F. Lenormant, *Comptes rendus de l'Académie des inscriptions et belles-lettres*, 1867, p. 284. — J. Halévy, *Études sabéennes*, n° 54, in *Journal asiatique*, 1873, II, p. 417; separatim excusum, p. 196.

Hæc leguntur una littera restituta :

𐩱𐩣𐩺 ו 𐩺[𐩣]

Quæ hebraicis litteris :

צ[ו]ר ו ודאב

Vocem צור complevit F. Lenormant, qui ודאב pro nomine hominis habens interpretatus est « amatus a patre »; similiter Halévy « amor patris ».

Verte nunc :

I]mago Waddi patris.

483

Hal., 585.

Hunc titulum et duos sequentes reperit J. Halévy in loco Madînat al-Ḥudûd dicto; de quo vide tit. 470 proœmium. Inscriptionem edidit Halévy in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 245; separatim excuso, p. 215.

Hæc præbet apographon Halevyi :

𐩱𐩺 ו 𐩱𐩣𐩺

Eadem hebraicis litteris scripta :

ודאב ו וב

Littera ב in וב potius initium nominis quam vocis בנהו « filius ejus », quum ודאב ubique numen designet, non hominem. Nomina conjuncta dei et hominis forsan indicant hominem sperare protectionem dei; confer titulum sequentem.

Vertimus igitur dubitantes :

Wadd pater et B.....

484

Hal., 588.

Titulum quatuor vocibus constantem vulgavit J. Halévy in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 245; separatim excuso, p. 215.

Hæc exscripsit Halévy :

𐩱𐩧𐩺𐩧 | 𐩧𐩸 | 𐩱𐩣𐩧𐩺𐩧𐩱𐩤𐩣 | 𐩸𐩤𐩣𐩤

Quæ hebraicis litteris :

ודאב | ודמהנחעם | בן | הנהתם

ודמהנחעם. Hoc nomen, si nomen est, omnino obscurum et verisimiliter corruptum. Utrum ודם separandum sit an דמהן, decernere non audemus. — הנהתם itidem nomen ignotum et fortasse mendosum.

Vertimus hæsitantes :

*Wadd pater, et Damhankha*ʿ (?), *filius Hanhati* (?).

485

Hal., 587.

Tres voces, quarum ultimam ודאב, exscripsit J. Halévy et edidit in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen* in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 245; separatim excuso, p. 215.

Hæc leguntur :

𐩸𐩤𐩣𐩤 | 𐩧𐩸𐩧𐩺𐩧 | 𐩱𐩣𐩺𐩧𐩱

Quæ hebraicis litteris scripta :

תרפם | גרבין | ודאב

תרפם nomen inauditum. — גרבין patronymicum fortasse a גרבם ortum, quo nomine appellatur sacrarium ʿAthtaro dicatum; vide capitis antecedentis articuli sexti proœmium.

Vertimus nunc :

Tarf Garbensis. Wadd pater.

486

Hal., 591.

Versus unus crassis characteribus inscriptus in lapide jacente 2 m. longo, $0^{m},30$ lato et totidem profundo, quem J. Halévy solum invenit in ripa dextera torrentis Nadjrâni inter loca Ḳiryat el-Ḳâbil et Thaḥḍâ appellata prope glomeratas domos El-Habaybat nominatas. Vide ejus *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 61. Titulum edidit *ibidem*, p. 246; separatim excusum, p. 216.

Hæc exscripsit Halévy : Quæ hebraicis litteris transcribimus :

𐤑𐤃𐤒𐤍 ו 𐤅𐤃𐤀𐤁 ו 𐤃𐤍𐤅𐤍 צדקן ו ודאב ו דנון

Utrum צדקן et דנון nomina propria sint an infinitivi, dubitamus; de verbo צדק vide tit. 398 v. 6 et 405 v. 18. דנו arabice significat « tegere ».

Vertimus igitur dubitantes :

Justitia (?) *Waddi patris. Protectio* (?).

CAPUT DECIMUM.

INSCRIPTIONES SABÆÆ DEO HAUBASO DEDICATÆ.

ARTICULUS UNICUS.

HAUBAS.

Jam Al-Hamdânî, ab Al-Bakrîo, *Mu'djam*, p. 855, citatus, dixit Haubasum (in Habias corruptum) lunam designare; cf. D. H. Müller, *Burgen und Schlösser*, II, p. 20. F. Fresnel autem in *Journal asiatique*, 1845, II, p. 224, Haubasum solem esse conjecit, ejus nomen a radice יבס deducens et «siccator» vel «siccus» interpretans. E. Osiander, *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, X (1856), p. 64, quanquam animadvertit radicem arabicam et æthiopicam יבס, non יבס esse, tamen sententiam Fresneli probavit et, arabico وبض collato, quæsivit nonne Haubas «lucens» significet. Decem annis post, *ibidem*, XX, p. 282, quum notaret solem apud Sabæos Šamsum appellari, opinionem minus certam enuntiavit. Quod si Šams cum Haubaso conjunctus non reperiatur, attamen solem nominibus Dhât Ḥimyam et Dhât Ba'dân exprimi posse. F. Hommel, *Aufsätze und Abhandlungen* (1899), p. 156, ad sententiam Al-Hamdânîi revertit et Haubasum apud Sabæos idem numen atque Waddum apud Minæos, Sînum apud Ḥaḍramautitas, 'Ammum apud Ḳatabânitas esse opinatus est. Cui D. Nielsen, *Altarabische Mondreligion*, 1904, p. 40, assensus est; sed in *Mélanges H. Derenbourg*, 1909, p. 187-193, Haubasum alterum nomen dei lunaris Îlmaḳahi esse contendit. Contra, M. Hartmann, *Arabische Frage*, 1909, p. 12, dubitat num præter Venerem et Solem alia numina sideralia a Yemenensibus culta sint. Quid significet Haubas, nos ignorare fatemur. In suo priore opere, *l. c.*, D. Nielsen existimaverat lunam «siccantem» appellatam esse, quod littus maris æstus reciprocatione siccet; sed in altero, p. 190, dubitat num nomen Haubas a radice יבס «siccus» ortum sit.

Haubas in plurimis titulis post 'Athtarum et Îlmaḳahum nominatur. Tales sunt tituli jam editi 43, 155, 172, 227, 276 (?), 281, 364, 365, 374, 375, 398, 425, 429 et Os. 33 = B. M. 34, qui in uno ex capitibus sequentibus tractabitur. Nunc tractamus paucos titulos, ubi Haubas solus vel primus invocatur. Notatu dignum est Haubasum nusquam epitheto vel cognomine ornari.

487

Fr., 32, 39.

Titulum utrumque invenit J. Arnaud in mole Mâribi, priorem in facie interiore unius ex constructionibus saxorum quadratorum quæ in latere septentrionali orientali exstant, alterum in facie

exteriore magni aggeris (vide tit. 366 proœmium). Apographa Arnaudi edidit J. Mohl in *Journal asiatique*, 1845, II, p. 176 et 177 (separatim excusa, p. 79 et 80) cum transcriptione arabica Fresneli, *ibid.*, p. 186 et 187 (separatim excusa, p. 89 et 90). Titulus alter dexteram partem tituli prioris præbet, qui ipse ordine *boustrophedon* dicto scriptus, aliquot litteris a sinistra caret. E. Glaser minorem titulum exscripsisse et numero 561 designavisse e catalogo Hommeli comperimus.

Titulum priorem tractaverunt : J. Halévy, *Études sabéennes*, n° 82, in *Journal asiatique*, 1874, II, p. 569-570; separatim excusum, p. 219-220. — M. Hartmann, *Die arabische Frage*, p. 184.

Hæc in Fr. 32 :



Hæc in Fr. 39 :

Quæ hebraice emendatis aliquot litteris :

← עמאמן | מלך
הקמלאו | סב →

← עמאמן | מלך | ארבעם | ב
| הקמלאו | סבוה | ינקה | ל →

Versus 1. Mirare lineam separationis quæ initio tituli nunquam reperitur, initio versus raro; cf. tit. 323, v. 7; 351, v. 4; 406, v. 10; etc. — עמאמן nomen inauditum. — מלך J. Halévy vertit «possessor», titulo dubio Abyâni a F. Lenormant in *Comptes rendus de l'Académie des inscriptions et belles-lettres*, 1867, p. 63, edito fretus. Hartmann quoque, *loco supra citato*, dubitat utrum in Gl. 904 (Hal. 650, v. 3, et 638) מלך arabico ملك an مالك respondeat. Nos de versione solita vocis מלך desistere utile non judicamus. — ארבעם, nomen regionis cujusdam, cujus incolæ ארבען in Gl. 904 (Hal. 51, v. 3, et 638) appellantur. Hartmann quidem existimat ארבען nomen appellativum esse posse. — ב; num in בן complendum sit, dubitat Hartmann, quod in veteribus titulis auctor tituli primo filius alicujus, tum rex appelletur (cf. *Arabische Frage*, p. 178, n. 1), at ipse Fr. 54 (non 55) affert, ubi dedicans ordine inverso usus est.

Versus 2. ל in נבטאל complendum esse conjectamus, quum rex Arbaʿensium in Gl. 904 sic appelletur.

Iterum transcribimus ordine solito inscriptionem completam :

1 | עמאמן | מלך | ארבעם | ב[ן] | נ
2 בטא[ל] | הקני | הובס | ואלמקה |

Et vertimus :

1 *ʿAmmʿamin, rex Arbaʿi, fi[lius Na-*
2 *baṭʿi]l, consecravit Haubaso et Ilmaḳaho.*

488

Hal., 624.

Titulum hunc et duos sequentes invenit J. Halévy in loco dicto Ad-Dâbir, qui ad Djaufum inferiorem pertinet et in medio itinere inter Al-Ḥazmum Hamdâni et Raghwânum situs est. Locus est desertus, tumulis proximus, et ibi exstant fragmenta columnarum e marmore albo arena obrutarum et inscriptiones exhibentium. Fundamenta etiam apparent, in quibus templum verisimiliter separatum olim exstructum erat; etenim vestigia aliarum ædium non perspiciuntur. Vide J. Halévy, *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen* in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 92-93. Quod omnes tituli illic reperti Haubaso dicati sunt, indicium est templum fuisse illi deo consecratum. Inscriptionem duos versus exhibentem J. Halévy, *o. c.*, p. 254 (separatim excuso, p. 224) edidit et p. 511 (separatim excuso, p. 262) vertit.

Hæc præbet apographon Halevyi :

𐩱𐩣𐩺𐩵𐩧𐩣𐩲𐩨 ׀ 𐩲𐩧𐩣...

𐩺 ׀ 𐩵𐩲𐩸 ׀ 𐩺𐩣𐩵 ׀ 𐩱

Transcripta hebraicis litteris :

כרב ׀ כבראקינם... 1

ם ׀ הקני ׀ הבס ׀ י 2

Versus 1. כרב complet J. Derenbourg in notula manuscripta, יתעכרב legens, collato Hal. 174 (supra, 399), v. 1, ubi Yatha'karib itidem princeps Aḳyani appellatur. De hac dignitate vide commentarium tit. 399.

Versus 2. Littera ם forsan terminat nomen patris. — הבס defective scriptum est ut in titulis sequentibus et in tit. 155 v. 5. — Quæ vox littera *yâ* incipiat, ignoramus.

Restitutis quæ restitui possunt, iterum transcribimus :

1 יתע]כרב ׀ כבראקינם ׀ [בן ׀ .....

2 ם ׀ הקני ׀ הבס ׀ י....

Et vertimus :

1 *Yatha'*]*karib, princeps Aḳyani,* [*filius* .....

2 ., *consecravit Haubaso* .....

489

Hal., 625.

Titulum, eodem loco atque antecedentem repertum, vulgavit J. Halévy in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen* in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 254 (separatim excuso, p. 224).

(Impressum mense februario 1914.)

Hæc pauca in apographo ejus leguntur : Quæ hebraicis litteris :

𐩱𐩧𐩨𐩧𐩣 | 𐩣𐩢𐩧 𐩱𐩧𐩨𐩧𐩣 | 𐩣𐩢𐩧

שרחד | הבס Mordtmann, *Zeitschrift d. d. m. Gesellschaft*, XXXI, p. 88, emendat in שרחב | הבס, quod pro nomine hominis habet, conferens שרחבאל. Num recte, dubitamus, nam spatium inter שרחד et הבס lacunam indicat. Forsan ד | שרח legendum est, nomine gentis deficiente, et deinde supplendum est הקני.

Hæsitantes igitur iterum transcribimus et vertimus :

שרח | ד[... | הקני |] הבס *Śaraḥ, [.....ensis, consecravit] Haubaso.*

490

Hal., 626 + 627.

Utrumque titulum, cum duobus antecedentibus repertum, vulgavit J. Halévy in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen* in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 254-255 (separatim excuso, p. 224-225) et vertit ibidem, p. 514 (separatim excusum, p. 262). J. H. Mordtmann, *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXX, p. 30, agnovit utrumque ad unam inscriptionem pertinere, cujus partem dexteram prior, sinistram alter præbet; cf. *ibidem*, XXX, p. 88. Itaque titulos jungimus et sic disponimus :

Hal. 627 : Hal. 626 : Et hebraicis litteris transcribimus :

1	𐩺𐩣𐩱𐩬𐩡𐩮	𐩵𐩬𐩮 | 𐩣𐩮	𐩺𐩬𐩡𐩮𐩵 | 𐩵𐩬𐩮 | 𐩣𐩮...
2	𐩮𐩡𐩣 | 𐩣𐩢	𐩣𐩢𐩡 | 𐩣𐩢𐩡	𐩮𐩡𐩣 | 𐩣𐩢 | 𐩣𐩢𐩡
3	...𐩮𐩵 | 𐩣𐩢𐩣 𐩵 | 𐩣𐩢𐩮	𐩵𐩮...	𐩣𐩢𐩡 | 𐩵𐩮𐩵 | 𐩣𐩢𐩡

Versus 1. יתעאמר [|] ותר | מל. D. H. Müller, *Burgen*, II, p. 39, n. 2, legit מכרב pro [ך]מל, quod *Yada°il Dharîḥ* nusquam alias rex nominetur. Itidem E. Glaser, *Abessinier*, p. 29, quem M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 134, sequitur, Yatha°amarum Watar inter *mukarribos* annumerat. At quum hic non Yada°il Dharîḥ, sed filius ejus rex appelletur, non intelligimus cur מלך in מכרב emendandum sit; immo patrem *mukarribum*, filium regem fuisse existimamus. — De nomine יתעאמר vide quæ ad tit. 368 v. 6-7 adnotavimus; de ידעאל | ורח vide tit. 366 commentarium.

Iterum transcribimus complenda complentes et vertimus :

1	יתעאמר [ו] ותר ו מל[ך	*Yatha°amar Watar, re[x*
2	סבא ו בן [ו] ידעאל ו	*Sabæ, filius Yada°îli*
3	ד]רח ו החדת ו להבס	*Dha]rîḥ, inauguravit Haubaso.*

491

B. M.

(Tab. XVI.)

Monumenti pro Britannico Museo acquisiti ectypon chartaceum excepit J. Halévy et in *Revue sémitique d'épigraphie et d'histoire*, XVIII (1910), p. 98, n° 3, edidit. Titulus ab omni latere læsus quatuor versus circiter sedecim litterarum, ordine *boustrophedon* ductos, servavit. Ejus imaginem de ectypo, quod nobiscum benigne communicavit Halévy, arte photographica expressam tabula nostra sexta decima exhibet.

Hæc leguntur :

1 ← ... | ... | ... | ... | ... | ...

2 → ... | ... | ... | ... | ... | ...

3 ← ... | ... | ... | ... | ... | ...

4 → ... | ... | ... | ... | ... | ...

Quæ hebraicis litteris, restitutis quæ fractæ sunt, transcribimus :

1 ← בס | ואלמקה | בעתתר | . .

2 → לאברכ | בו | מימחתדב |

3 ← וב | דמרעלי | וב | אלכרב

4 → מניקא | רבכ | רמאאשנ | ב

Versus 1. בס in הוכס complendum esse verisimillimum est. Antea conjicere licet הקני, collato tit. 487. — Post בעתתר perspiciuntur tres lineæ, quibus versus terminari videtur, spatio vacuo sequente.

Versus 2. Mirum est בדתחמים non copula cum numine antecedente conjungi. — כרבאל. Quum cognomina huic et hominibus in v. 3 commemoratis desint, quï fuerint decerni non potest.

Versus 3. דמרעלי. De nomine vide tit. 373. — אלכרב; cf. tit. 16, v. 1; 20, v. 1; etc.

Versus 4. נשאאמר alias non reperitur. — | כבר אקינם; vide tit. 488 v. 1.

Iterum transcribimus ordine solito :

1 ...הקני | הו]בס | ואלמקה | בעתתר | ...

2 | בדתחמים | וב | כרבאל....

3 ...וב | דמרעלי | וב | אלכרב

4 ו]ב | נשאאמר | כבר | אקינם

Et vertimus :

1 . . . *consecravit Hau]baso et Ilmaḳaho. Nomine ʿAthtari . . .*
2 *Nomine Dhât Ḥimyami et Ḳarib'îli . . .*
3 . . . *et Dhamarʿalayi et Îlkaribi*
4 *et] Naša"amari, principis Aḳyani.*

CAPUT XI.

INSCRIPTIONES SABÆÆ DEÆ DHÂT ḤIMYAMO DEDICATÆ.

ARTICULUS UNICUS.

DHÂT ḤIMYAM.

Dea Dhât Ḥimyam in serie numinum quæ in fine inscriptionum invocantur post ʿAthtarum, Haubasum, Îlmaḳahum et ante Dhât Baʿdânum nominari solet. Sed et aliquot tituli ei peculiariter dedicati sunt. Primus de hoc numine disseruit E. Osiander in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XX (1866), p. 282-283, et *ibid.*, p. 286, suspicatus est Dhât Ḥimyamum et Dhât Baʿdânum sicut Dhât Ghaḍrânum solem designare, qui apud Sabæos dea est; quod probaverunt Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 58, et D. Nielsen, *Die südarabische Göttertrias*, in *Mélanges Derenbourg*, p. 190. Mordtmann et Müller, *o. c.*, p. 59, monent Dhât Ḥimyamum ab Haramensibus et Naškensibus, necnon in locis Ṣirwâḥ, Mârib et præsertim Kharibat Seʿûd (de quo vide proœmium tit. 386) cultam esse, ubi templum ei consecratum erat (non in loco Ad-Dâbir dicto, ut J. Halévy, *Études sabéennes*, p. 111, scripsit); cf. titulos Halevyanos 632 + 628 (infra, 494) et 630 + 631 (infra, 496). Osiander, *l. c.*, p. 282, Ḥimyamum nomen loci esse existimavit, quod « sacrarium » interpretatur, arabicum حِمًى conferens et *mîmum* alterum pro *mîmatione* habens. Revera, ut Mordtmann et Müller, *e. c.*, animadvertunt, Ḥimyam cum Baʿdâno in regione Ḥimyar ab Al-Hamdânîo, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 100, situm fuisse dicitur. Inde concludunt illi docti viri Dhât Ḥimyamum primo in Ḥimyaro, quo Hamdânenses cultum solis attulerint, adoratam fuisse. Fell quidem in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, LIV, p. 250-251, negavit Ḥimyamum nomen loci esse et contendit Dhât Ḥimyamum deam protegentem et Dhât Baʿdânum deam interficientem significare, quod longe abest.

Dhât Ḥimyam nominatur in jam editis titulis qui aliis numinibus dicati sunt, scilicet 18, 35 (?), 41, 145, 155, 166, 186, 227, 281, 365, 366, 374, 375, 398, 402, 415, 416, 421, 423, 429, 491; præterea in Lupar. 4091 (infra, 548), Os. 33 = Br. M. 34 (infra, 519), Hal. 151, 155 (infra, 510), 156 (infra, 511), 158, 162 (infra, 508). Nunc edimus titulos qui ei consecrati sunt vel in quibus prima nominatur, quum initium inscriptionis evanuerit.

492

Massil., 12.

(Tab. XVIII.)

Titulus inscriptus lapidi $0^m,19$ alto, $0^m,58$ lato, $0^m,11$ profundo, qui a tergo dolatus est, in Museo archæologico Massiliensi servatur. Inscriptio ordine *boustrophedon* ducta tres versus habet, qui

(Impressum mense februario 1918.)

quatuor et viginti ad octo et viginti litteras tenent. Unde titulus ortus sit ignoratur, at, quum titulis Kharibat Seʿûdi repertis simile sit, existimare licet eum in eodem loco atque illos scriptum esse. A dextera incomposite jacent quinque circuli, quibus initium inscriptionis designari H. Derenbourg conjicit. Vide monumenti imaginem arte photographica in tabula duodevicesima expressam.

De titulo egit H. Derenbourg, *Les monuments sabéens et himyarites du Musée d'archéologie de Marseille*, in *Revue archéologique*, XXXV (1899); separatim excusum, p. 18. — Idem in *Répertoire d'épigraphie sémitique*, I, p. 159, n° 194.

Hæc præbet titulus :



Quæ hebraicis litteris transcripta :

1 ← חיום ו בן ו בעתתר ו רחצן ו הקני ו דתח

2 → ו תנדא ו והתנבו ו ארדלא ו והנב ו סימ

3 ← כל ו ולדהו ו ומהרתהו ו בדתחמים

Versus 1. בעתתר. Vide supra, quæ ad tit. 282 v. 6-7 adnotavimus. M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 181, n. 2, negat בעתתר ex אבעתתר decurtatum esse et ב pro præpositione habet, similia inveniri contendens; quæ autem ignoramus. — רחצן. H. Derenbourg transcribit «Raḥiḍita». Hartmann, *o. c.*, p. 293 et 346, dubitanter nomen tribus Raḥḍânum esse putat; sed tunc auctor ד vel בן non omisisset. Cum patronymico רחצן comparare licet رِحْضِيَّة, nomen loci in vicinis Madînati siti a Yâḳûto, *Muʿdjam*, IV, p. 768, commemoratum.

Versus 2. אלדרא. Vide quæ ad tit. 117 v. 1 nominis לראם occasione adnotavimus. Titulis ibi allatis fortasse addenda sunt O. M. nunc 11, v. 1 (א..רא), et Lupar. 4735 (דרא..). Radix דרא arabice «creavit, sevit» sonat. — אלנת etiam in Lupar. 4553 (*Nouveau supplément*, 19), v. 1, occurrit; cf. nomen appellativum אלנת «potentia» in tit. 375 et Lupar. 4734, v. 8.

Versus 3. מהרתהו. Vox מהרת jam in tit. 111 v. 3 simili contextu reperitur et temere illic in מחרמת emendata est. Derenbourg arabicum مَهْر et hebraicum מֹהַר «donum sponsalicium» conferens vertit «opes». Idem quærit nonne מהורת in Hal. 253, v. 4, huc pertineat; quod autem, sicut הורת (de quo vide tit. 434 v. 4), videtur exstructionem quamdam designare.

Iterum ordine solito transcribimus :

1 חיום ו בן ו בעתתר ו רחצן ו הקני ו דתח

2 מים ו בנהו ו אלדרא ו ובנתהו ו אלנת ו ו

3 כל ו ולדהו ו ומהרתהו ו בדתחמים

Et vertimus :

1 *Ḥaiw, filius Bâʿathtari, Riḥḍensis, consecravit Dhât Ḥi-*
2 *myamo filium suum Îldharaʾ et filiam suam Adhnat et*
3 *omnes liberos suos et opes suas. Nomine Dhât Ḥimyami.*

493

Müller, 4 + Præt., 8; Br. M., 64 + 59.

(Tab. XVIII.)

Duo tituli in Museo Britannico servantur lapidis fragmentis inscripti, quorum unum $0^{m},43$ altum, $0^{m},39$ latum D. H. Müller in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXX (1876), p. 677, n° 4, uno versu omisso, edidit, alterum $0^{m},38$ altum, $0^{m},39$ latum F. Prætorius, *ibidem*, XXVI (1872), p. 421, n° 8, juris publici fecit et vertit. Titulos esse conjungendos agnovit J. H. Mordtmann, *ibidem*, LII (1898), p. 397-398, titulis Kharibat Seʿûdi repertis studens. Etenim ductu et ordine scripturæ et latitudine lapidis congruunt, et prior ab altero sine lacuna continuatur. Prior quinque, alter quatuor versus habet, quorum quisque, præter ultimum, circiter duodecim litteras $0^{m},08$ altas tenet. Imaginem utriusque luce solis expressam tabula nostra duodevicesima exhibet. Inscriptionem Kharibat Seʿûdi confectam esse e mentione Kutli patet.

De titulo egit J. H. Mordtmann, *loco supra citato*.

Hæc leguntur in priore titulo :



Hæc in altero :



Hebraicis litteris transcripta, complendis completis :

1 ← חי[ו]ם | בן | עמידע

2 → ד | ינקה | זרדק | זב

3 ← ת | חמים | יאוסאל

4 → מלא | בו | רתתעב

5 ← קה | וב | דת | חמי

6 → | זדעב | תד | בו | ם

7 ← וב | סמע | וב | ידע

8 → | רמאעתי | בו | לא

9 ← וב | כתלם |

Versus 1. חיום non omnino perspicuum est, sed collato Hal. 629 (infra, 495), v. 1-3, cujus est auctor Ḥaiw, filius ʿAmmyadaʿi, Ḳadrensis, sine dubio restituitur. — עמידע. Præter minæos titulos Hal. 187, v. 1 et 3; 188, v. 3; 191, v. 3; 520, v. 1, tantum hic et infra, in tit. 495 reperitur. Plura nomina hominum in titulis antiquis sabæis occurrentia præcipue apud Minæos usitata sunt; cf. Mordtmann, *l. c.*, p. 400, et *Beiträge zur minäischen Epigraphik*, p. 115.

Versus 2. קדרן | בן. Miramur Mordtmannum בד (quod e בן = مِنْ et ד = ذى contractum esse opinatur, Hartmann vero, *Arabische Frage*, p. 111, e בן «filius» et ד = ذُو

legisse, quum clare בן scriptum sit; nam lineæ quæ casu naturæ in lapide factæ sunt facile a litterarum lineis distinguuntur. Quoad Hal. 629 (infra, 495), v. 2, ubi Mordtmann itidem בו legendum censuit, vide quæ ad illum titulum adnotavimus. — קדרן, nomen gentis ignotum, in tit. 495 v. 2 quoque reperitur.

Versus 3. יאוסאל, quod Ya'was'il vel Yu'awwis'il transcribere licet, in minæis titulis frequens; vide Hal. 177; 192, v. 1; 205 = O. M. 34, nunc 2, v. 2-3; 411 = Gl. 1093, v. 7; 509; 516, v. 1; O. M. 39, nunc 8; Euting, 9, v. 3; 38, v. 1; 877, v. 1; Gl. 282 = Br. M. 90, v. 8. Num Ya'was'il, a Ḥaiwo consecratus, hierodulus factus sit, ut Mordtmann censet (cf. D. H. Müller, *Sabäische Alterthümer*, p. 6-7), dubitamus, nam consecrans pretium hominis consecrati solvere potuit ut fas erat apud Hebræos; cf. Levitici caput xxvii.

Versus 4-5. אלמקה. Lapicida *alifum* solitum incidere cœpit, tum mutavit, versu in dexteram ducendo; exinde littera uncinum ancipitem præbet.

Versus 6. בעדן | ת sine *mimatione*, ut in tit. 421; Fr. 48 et 50 (infra, 502); Hal. 335; 628 (infra, 494), v. 5; 630 (infra, 495), v. 8-9. *Mimationem* in nominibus propriis sæpius omittunt Minæi quam Sabæi; vide adnotationem nostram ad tit. 434 v. 10-11.

Versus 7. סמע; de hoc deo vide tit. 282 v. 3.

Versus 7-8. ידעאל et יתעאמר conjuncti in Hal. 630 + 631 (infra, 496), v. 10, et 632 + 628 (infra, 494), v. 6-7, nominantur; quos reges Kutli fuisse M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 603, opinatur.

Versus 9. כתלם nomen pristinum loci Kharibat Se'ûd dicti fuisse agnovit Prætorius; quod Katîl transcripsit, Halévy, *Rapport*, p. 262-263, Katl; D. H. Müller, *Sabäische Alterthümer*, p. 7, Kâtil. Nos, collato arabico كُتْلَة (quod «acervus» significat) apud Al-Hamdânîum, *Djazîra*, p. 141; Yâḳûtum, *Mu'djam*, IV, p. 236, commemorato, proponimus dubitantes Kutl vel Kutal. In Gl. 612 (supra, 365), v. 14, non legimus כתלם sed אסלם.

His præmissis rursus transcribimus ordine solito et vertimus :

חיום ו בן ו עמידע	1	*Ḥaiw, filius 'Ammyada'i,*
בן ו קדרן ו חקני ו ד	2	*Ḳadrensis, consecravit Dhâ-*
ת ו חמים ו יאוסאל	3	*t Ḥimyamo Ya'was'ilum.*
בעתתר ו וב ו אלמ	4	*Nomine 'Aththari et Ilma-*
קה ו וב ו דת ו חמי	5	*ḳahi et Dhât Ḥimya-*
ם ו וב ו דת ו בערן ו	6	*mi et Dhât Ba'dâni*
וב ו סמע ו וב ו ידע	7	*et Sami'i et Yada'-*
אל ו וב ו יתעאמר ו	8	*'îli et Yatha''amari*
וב ו כתלם ו	9	*et Kutli.*

494

Hal., 632 + 628; Lupar., 4094.

(Tab. XVIII.)

Duos titulos invenit J. Halévy in loco dicto *Kharibat Se'ûd* (vide proœmium tituli antecedentis), quos in stelarum fragmentis inscriptos esse dixit; vide ejus *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 94. At titulos esse conjungendos agnoverunt W. F. Prideaux

in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, II, 1873, p. 21, et J. H. Mordtmann, *Die himjarischen Inschriften von Kharibet Seʿoûd*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, LII (1898), p. 394-395. Et revera Monumenti fragmento, quod in Luparense museon pervenit et a M. Lambert, *Nouveau supplément aux inscriptions yéménites du Louvre*, in *Mélanges H. Derenbourg*, p. 165, vulgatum est, patefactum est Hal. 632 in latere uno stelæ, Hal. 628 in latere adjacente inscriptos fuisse. E titulo priore sinistram partem versuum 1-4, ex altero versus 1-3 fere integros servavit lapis Luparensis, $o^m,28$ altus, a latere uno $o^m,175$, ab altero $o^m,32$ latus. Ejus imaginem arte photographica de monumento sumptam in tabula nostra duodevicesima invenies. Tituli conjuncti, in quorum initio duo vel tres versus desunt, nunc septem versus tenent, quorum quisque undeviginti ad tres et viginti litteras habet. J. Halévy titulos edidit, *o. c.*, p. 255 et 256 (separatim excuso, p. 225 et 226) et vertit p. 514 et 515 (separatim excuso, p. 262 et 263).

De titulis egerunt : D. H. Müller, *Sabäische Alterthümer in den königlichen Museen zu Berlin*, in *Sitzungsberichte der königlich preussischen Akademie der Wissenschaften zu Berlin*, XXXIX (1886), p. 845 (separatim excusum, p. 7). — J. H. Mordtmann, *loco supra citato*, p. 396.

Hæc in apographis Halevyi leguntur :

	Hal. 628	Hal. 632	
	𐩱𐩣 ׀ 𐩧𐩤 ׀ 𐩣𐩣𐩵	𐩺𐩧𐩵𐩠 ׀ 𐩣𐩨...	← 1
→	𐩱𐩠𐩢 ׀ 𐩬𐩱𐩦𐩺𐩠	𐩱𐩧𐩠𐩵𐩤 ׀ 𐩤𐩠𐩲	2
	𐩺𐩱𐩤 ׀ 𐩺𐩧𐩤 ׀ 𐩨𐩱	𐩲𐩠 ׀ 𐩤𐩠 ׀ 𐩣𐩲𐩺	← 3
→	𐩧𐩺 ׀ 𐩰𐩢𐩱𐩢 ׀ 𐩤𐩠	𐩸𐩺𐩣 ׀ 𐩠𐩤 ׀ 𐩵𐩲𐩦	4
	𐩠𐩧𐩧𐩠𐩤 ׀ 𐩺𐩧 ׀ 𐩤	𐩠 ׀ 𐩨𐩱𐩨𐩰 ׀ 𐩺𐩧 ׀ 𐩤	← 5
→	𐩤 ׀ 𐩵𐩦𐩠 ׀ 𐩠𐩤 ׀ 𐩱	𐩧𐩠𐩵𐩲 ׀ 𐩠𐩤 ׀ 𐩱𐩸𐩠	6
	׀ 𐩨𐩲𐩺𐩵 ׀ 𐩤𐩠	𐩤𐩵𐩧𐩠𐩱 ׀ 𐩤𐩠 ׀ 𐩣𐩣𐩵	← 7

Quæ, emendandis emendatis et supplendis suppletis, plerumque Mordtmannum secuti, hebraicis litteris transcribimus :

→	[.....ינקה]	
	בנהמי ׀ וצדקאמר ׀ א]מר...]	← 1
→	סוי ׀ והמיש ׀ [ו]באעדי ׀ י]לעב	2
	בית ׀ מכני ׀ ובעלי ׀ כ]תלם	← 3
→	תל ׀ סימח ׀ רהתעב ׀ בו ׀ הק]מלא	4
	ו [ו]בעדן ׀ דת ׀ וב ׀ חמים ׀ דת ׀ ו]ב	← 5
→	ב ׀ עמס ׀ בו ׀ לאעדי ׀ בו ׀ עתי	6
	כתלם ׀ וב ׀ ידעאב [ו]אמר	← 7

Versus 1. אמר complere non audemus, quum plurima nomina in אמר desinant. — צדקאמר alias non reperitur. De nominibus voce צדק formatis vide tit. 287 v. 2 et allatis adde צדקלכר in Os. 29 = Br. M. 6, v. 1 et 4, צדקירע in Naḳb-al-Hadjar, v. 2, צדקיפע in Hal. 154 (infra, 516), v. 2, etc., צדקעלי (in inscriptione inedita a P. Bardey communicata). — בנהמי legitur. Utrum pro בניהמי defective scripto duale cum dualis suffixo adsit an plurale *banîhumay*, non *bnayhumay* enuntiandum sit, dubium; nam nomen filii alius consecrati de lapide effracto fortasse evanuit. — Animadverte nomina propria nomini appellativo apposito hic anteire. Mordtmann comparat בנתהו | רנתם in Hal. 629 (infra, 495) et שימהסם | נכרח in Hal. 485, v. 2; 528, v. 1.

Versus 2. שימהו (non שימהמו, ut Müller scripsit; cf. Mordtmann, *o. c.*, p. 395) hic et in Hal. 630 + 631 (infra, 496) est secunda forma verbi, non substantivum, et significat «præposuit eum»; vide Hommel, *Aufsätze*, p. 17. — ידעאב (cf. v. 7) videtur princeps urbis Kutli fuisse. — בעלי (cf. v. 3) «super» sonat, in tit. 308 v. 13 et 21; 312 v. 3; 314 v. 18; Lupar. 4725 (inedito), v. 3 «versus». Nunc persuasum habemus in tit. 81 v. 6 בעלי idem significare. De compositione vocis vide quæ hujus tituli occasione scripsimus et cf. ḳatabâniticum בן עלו | in Gl. 1606, v. 12 et 20.

Versus 3. כתלם; vide tituli antecedentis v. 9. — מבני in Hal. 630 (infra, 496), v. 6, et 637 (infra, 499) iterum occurrit et sæpe sæpius in minæis titulis [Hal. 187, v. 2; 192, v. 2; etc.] (Mordtmann).

Versus 4-7. יתעאמר...בעתתר; vide tituli antecedentis v. 4-8. — ידעאב; cf. v. 2.

Iterum ordine solito transcribimus :		Et vertimus :
[הקני.....]		[..... *consecravit*]
...א]מר ו וצדקאמר ו בנהמי	1	....*'amarum et Sadiḳ'amarum, filios amborum,*
יום ו שימהו [ו] ידעאב ו בעל[י	2	*quando præposuit ipsum Yada''ab super*
כ]תלם ו ובעלי ו מבני ו בית	3	*Kutlum et super exstructionem domus*
דת ו חמים ו בעתתר ו וב ו אלמ[קה	4	*Dhât Ḥimyami. Nomine ʿAthtari et Îlmaḳahi*
ו]ב ו דת ו חמים ו וב ו דת ו בערן [ו] ו	5	*et Dhât Ḥimyami et Dhât Baʿdâni*
ב ו סמע ו וב ו ידעאל ו וב ו יתע	6	*et Samʿi et Yada''îli et Yathaʿ-*
אמר ו וב ו ידעאב [ו] וב ו כתלם	7	*'amari et Yada''abi et Kutli.*

495

Hal., 629; Præt., 6; Br. M., 57.

(Tab. XVIII.)

Titulum, qui eumdem auctorem habet ac tit. 493, in stelæ fragmento $0^m,45$ alto, $0^m,385$ lato inscriptum, invenit J. Halévy eodem loco quo antecedentem. Inscriptionis integræ, ordine *boustrophedon* ductæ, v. 1 et 2 duodecim litteras tenent, v. 3 tredecim, v. 4 decem. Quam edidit primus J. Halévy, *Rapport sur une mission dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 255 (separatim excusum, p. 225), deinde F. Prætorius, *Himjarische Inschriften erklärt*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXVI (1872), p. 430, n° 6. J. H. Müller, *Sabäische Alterthümer in den*

königlichen Museen zu Berlin, p. 6, vertit inscriptionem. Monumentum, cujus imaginem nostra tabula duodevicesima exhibet, nunc in Museo Britannico servatur. Notatu dignum est lapicidam bis erravisse, quum vocem בן in versibus 1 et 2 scripsit, nam in priore reperitur 𐩱𐩱 pro 𐩣𐩧 et in altero 𐩧𐩱 pro 𐩧𐩣.

De titulo egerunt : F. Prætorius, *loco supra citato*, p. 30-31. — J. H. Mordtmann, *Die himjarischen Inschriften von Kharibet Sé'oûd*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, LII (1898), p. 396-397.

Hæc leguntur :

𐩺𐩵𐩹𐩠 | 𐩱𐩱 | 𐩹𐩠𐩵𐩲 ←
→ 𐩠 | 𐩧𐩱 | 𐩵𐩺𐩣𐩣 | 𐩲𐩵

𐩣𐩠 | 𐩹𐩵𐩹𐩲 | 𐩲𐩱 | 𐩵𐩣 ←
→ 𐩲𐩹 | 𐩧𐩵𐩣𐩲𐩠 |

Hebraicis litteris transcripta :

חיום | בן | עמיד ← 1
קה | זרדק | זב | ע → 2
ני | ׳ת | חמים | רנ ← 3
| והתנב | בת → 4

Versus 1-2. חיום | בן | עמידע | בן | קדרן. Vide tit. 493 v. 1-2, Halévy in v. 2 legit 𐩱𐩱 et in v. 1 𐩧𐩱. Prætorius bis בד, quod cum arabico بَذْر «semen» comparavit. Quæ vero scripta sint et quid legendum sit vide in procœmio.

Versus 3-4. רנתם, quod dubitanter Rannat transcribimus, iterum in Lupar. 4549 (M. Lambert, *Nouveau supplément*, 15), v. 1, occurrit. — בנתהו. De nomine appellativo nomen proprium sequente vide quæ ad tituli antecedentis v. 1 adnotavimus.

Iterum, ordine solito, transcribimus et vertimus :

חיום	1	*Ḥaiw, filius ʿAmmyada-*
ע	2	*ʿi, Ḳadrensis, conse-*
ני	3	*cravit Dhât Ḥimyamo Ranna-*
תם	4	*tum, filiam suam.*

496

Hal., 630 + 631; Lupar., 4510; Gl., 1556.

(Tab. XIX.)

Duos titulos eodem loco atque antecedentes repertos et in fragmentis stelæ inscriptos vulgavit J. Halévy, *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 255-256 (separatim excusum, p. 225-226), et *ibid.*, p. 514-515 (separatim excusum, p. 262-263), partim vertit. Lapidis fragmentum quod Hal. 631 præbebat ipsum in duas partes fractum in Museon Luparense pervenit. Pars una $0^m,43$ alta, $0^m,23$ lata versus 1-4 integros servavit, altera

$0^m,62$ alta, $0^m,25$ a summo lata versus 5-10 a dextera truncatos. Quas jam W. F. Prideaux anno 1876 exscripserat et Mordtmanno commiserat; vide J. H. Mordtmann, *Die himjarischen Inschriften von Kharibet-Sc'oûd*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, LII (1898), p. 394-395. Titulos Halevyanos 630 et 631 conjungendos esse agnovit W. F. Prideaux; cf. *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, II, 1873, p. 21, et J. H. Mordtmann, *l. c.* Titulos conjunctos, qui decem versus circiter viginti litterarum habent, iterum edidit et vertit D. H. Müller, *Sabäische Alterthümer in den königlichen Museen zu Berlin*, p. 6-7. Fragmentorum Luparensium imaginem arte photographica sumptam in nostra tabula undevicesima reperies. E. Glaser tit. Hal. 630 exscripsisse et numero 556 designavisse e catalogo Hommeli patet.

De titulo egit J. H. Mordtmann, *o. c.*, p. 394-396.

Hæc leguntur in Hal. 631, v. 6 emendato :

𐩣𐩱 ׀ 𐩺𐩧𐩲𐩱𐩵·		
→	𐩧𐩺𐩨𐩨 ׀ 𐩺𐩣𐩠 ׀	2
𐩧 ׀ 𐩤𐩨𐩠𐩺𐩧	𐩺 ׀ 𐩣𐩠𐩺𐩧 ׀ 𐩣𐩱𐩺 ←	3
→ 𐩧𐩠𐩧 ׀ 𐩣𐩫 ׀ 𐩦𐩨𐩧𐩨	𐩨 ׀ 𐩠𐩦𐩧𐩺𐩫 ׀ 𐩺𐩺	4
𐩱𐩠𐩺𐩣𐩧 ׀ 𐩺𐩧𐩨	𐩧𐩫 ׀ 𐩨𐩺𐩧 ׀ 𐩤𐩨𐩠𐩨 ←	5
→ 𐩱𐩺𐩠𐩧 ׀ 𐩠𐩫𐩠𐩨	𐩺𐩱𐩺𐩠𐩧 ׀ 𐩨𐩱𐩠𐩧	6
𐩠 ׀ 𐩱𐩺 ׀ 𐩤𐩫𐩧𐩺𐩱	𐩨𐩧𐩨𐩦 ׀ 𐩫𐩣 ׀ 𐩫𐩧𐩱 ←	7
→ 𐩠𐩨𐩧𐩠 ׀ 𐩺𐩱 ׀ 𐩣𐩫	𐩦𐩨𐩧𐩨 ׀ 𐩺𐩱 ׀ 𐩣𐩫 ׀ 𐩣𐩱	8
𐩣𐩺 ׀ 𐩠𐩠𐩫𐩺𐩧 ׀ 𐩣𐩱	𐩺 ׀ 𐩫𐩨𐩠𐩱𐩺 ׀ 𐩠𐩫𐩫 ←	9
→ 𐩧𐩫𐩠𐩨𐩤 ׀ 𐩺𐩱	𐩧𐩣𐩺𐩠𐩱 ׀ 𐩺𐩱 ׀ 𐩠𐩧𐩠𐩨 ׀	10

Hæc in Hal. 630 :

𐩠𐩣 ׀ 𐩺𐩺 ׀ 𐩣𐩤𐩠𐩨𐩠 ←		1
→	𐩣𐩺 ׀ 𐩣𐩠𐩺𐩧 ׀ 𐩺𐩥𐩤𐩨 ׀	2
𐩠 ׀ 𐩠𐩤𐩺𐩠𐩧 ׀ 𐩠𐩣𐩺 ←	𐩺 ׀ 𐩠𐩤𐩺𐩧𐩧 ׀ 𐩤𐩨𐩠𐩧	3
→ 𐩠𐩧𐩠 ׀ 𐩧𐩠𐩧𐩺𐩥 ׀ 𐩠𐩧𐩠𐩨	𐩨 ׀ 𐩠𐩧𐩠𐩺𐩥𐩠 ׀ 𐩠𐩠	4
𐩣𐩠𐩺𐩧 ׀ 𐩺𐩱𐩨	𐩧𐩥 ׀ 𐩫𐩺𐩧 ׀ 𐩠𐩤𐩫 ←	5
→ 𐩣𐩺𐩠𐩧 ׀ 𐩠𐩧𐩠𐩨	𐩺𐩣𐩺𐩠𐩧 ׀ 𐩨𐩣𐩠𐩧	6
𐩫𐩺𐩠𐩧 ׀ 𐩣𐩺 ׀ 𐩠𐩤𐩺𐩣	𐩫𐩧𐩫𐩱 ׀ 𐩠𐩧 ׀ 𐩠𐩧𐩱 ←	7
→ 𐩨𐩫𐩧𐩠 ׀ 𐩺𐩣 ׀ 𐩧𐩠	𐩱𐩨𐩧𐩨 ׀ 𐩺𐩣 ׀ 𐩧𐩠 ׀ 𐩣	8
𐩣𐩺 ׀ 𐩠𐩫𐩺𐩧 ׀ 𐩣	𐩺 ׀ 𐩺𐩫𐩤𐩣𐩺 ׀ 𐩤𐩧𐩺 ←	9
→ 𐩧𐩨𐩺𐩤𐩫 ׀ 𐩺𐩣	𐩧𐩤𐩺𐩤𐩣 ׀ 𐩺𐩣 ׀ 𐩫𐩠𐩧𐩨 ׀	10

Quæ hebraicis litteris transcribimus titulos conjungentes et emendanda emendantes :

נבטכרב ׀ ונבטיפע ׀ בן ׀	←	1
→ ׀ מרשע ׀ ינב ׀ מבאדו ׀ ממוק		2
עבד ׀ ידעאל ׀ ויתעאמר ׀ ה	←	3
→ ינק ׀ תדי ׀ מימח ׀ תדי ׀ עו		4
מאמר ׀ יום ׀ שימהו ׀ ידעאב	←	5
→ ילעב ׀ מלתכ ׀ ילעבו ׀ ינבמ		6
בית ׀ דת ׀ חמים ׀ בעתהר ׀ וב ׀ א	←	7
→ ב ׀ תדי ׀ בו ׀ מימח ׀ תדי ׀ בו ׀ הקמל		8
ערן ׀ וב ׀ סמע ׀ וב ׀ ידעאל ׀ וב	←	9
→ ׀ מלתכ ׀ בו ׀ באעדי ׀ בו ׀ רמאעתי		10

Versus 1. ונבטיפע | נבטכרב. Nomen prius in tit. 35 v. 1 dubium est; vide quæ illic contulimus. Cum his nominibus comparare licet נבט, de quo vide tit. 90 v. 1; נבטם in Lenormant 7 (*Lettres assyriologiques*, II, p. 77); Gl. 618 (infra, 541), v. 31, etc.; נבטאל in tit. 90 v. 10; נבטעלי in Hal. 272, v. 4, etc.; נבטעם in Derenbourg, *Nouveaux textes*, 4, v. 1; אלמנבט in Hal. 154 (infra, 516), v. 26. — בן sive singularis est et Nabaṭyafaʿum solum designat sive pluralis forma defectiva et ad Nabaṭkarîbum quoque refertur (Müller).

Versus 2. קומם alias non reperitur; cf. nomen numinis קום in tit. 194 v. 2, et אלקום in Hal. 389, v. 6. — לאבם nomen inauditum «lupus» sonans. — בני. Utrum dualis an pluralis sit difficile est judicare. Mordtmann censet בני ad Ḳawwâmum et Dhi'bum referri, qui patres sint Nabaṭkarîbi et Nabaṭyafaʿi. Nos malumus בני, nisi menda sit pro בן, ad Nabaṭkarîbum, Nabaṭyafaʿum et Dhi'bum referre. — עשרם nomen ignotum.

Versus 3. עבד «servus» verisimiliter primum inter auctores tituli designat; cf. singularem הקני in v. 3-4. — וית׳אמר | ידעאל; vide tit. 493 v. 7-8.

Versus 3-4. הקני; de singulari, quum plures auctores tituli nominantur, vide tit. 412 v. 2.

Versus 5-10. יום, etc.; vide tit. 494 v. 2-7. — In v. 6, pro כתלם | בעלי typographi errore לתלם | בעכי apud Halevyum scriptum est.

Iterum transcribimus titulos ordine solito :

Et vertimus :

נבטכרב ׀ ונבטיפע ׀ בן ׀	1	*Nabaṭkarîb cum Nabaṭyafaʿo, filio*
קומם ׀ ולאבם ׀ בני ׀ עשרם ׀	2	*Ḳawwâmi, et Dhi'bo, (qui sunt) ʿAšrenses,*
עבד ׀ ידעאל ׀ ויתׄעאמר ׀ ה	3	*servus Yadaʿ'îli et Yathaʿ'amari, con-*
קני ׀ דת ׀ חמים ׀ לחיעתת ׀ וע	4	*secravit Dhât Ḥimyamo Laḥyʿathatum et ʿA-*
מאמר ׀ יום ׀ שׄימהו ׀ ידעאב	5	*mm'amarum quando præposuit eum Yadaʿ'ab*
בעלי ׀ כתלם ׀ ובעלי ׀ מבני	6	*super Kutlum et super exstructionem*
בית ׀ דת ׀ חמים ׀ בעתתר ׀ וב ׀ א	7	*domus Dhât Ḥimyami. Nomine ʿAthtari et Î-*
למקה ׀ וב ׀ דת ׀ חמים ׀ וב ׀ דת ׀ ב	8	*lmaḳahi et Dhât Ḥimyami et Dhât Ba-*
עדן ׀ וב ׀ סמע ׀ וב ׀ ידעאל ׀ וב	9	*ʿdâni et Samî'i et Yadaʿ'îli et*
יתׄעאמר ׀ וב ׀ ידעאב ׀ וב ׀ כתלם ׀	10	*Yathaʿ'amari et Yadaʿ'abi et Kutli.*

497

Gl., 1067; Vindob., 25.

(Tab. XIX.)

Fragmentum lapidis a Glasero inventum, $0^{m},15$ altum, $0^{m},27$ latum, duos versus præbet, quorum unus novem litteras, alter septem tenet. Monumenti a sinistra truncati, in Museo artium historico Vindobonensi servati, imaginem photographicam nostra tabula undevicesima exhibet.

Titulum tractavit D. H. Müller, *Südarabische Alterthümer im Kunsthistorischen Hofmuseum*, 1899, p. 46.

(Impressum mense februario 1918.)

Hæc leguntur :



Hebraicis litteris transcripta :

1 ..עכרב ו בן ו ע

2 לתחמים ו כ.

Versus 1. עכרב in יתעכרב complet Müller, ut videtur, recte. De hoc nomine vide tit. 37 v. 8. — ע. [מכרב]ע legit Müller. — In fine versus probabiliter הקני est supplendum.

Versus 2. לתחמים sine linea separationis. — כ sive præpositio sive consonans radicalis esse potest. Attamen quum post litteram punctum perspiciatur, deinde spatium vacuum, idcirco conjicere audemus litteram signum lapicidæ esse pro nomine suo; cf. tit. 6, 325 et 477.

Iterum transcribimus, complendis completis :

1 [יתׄ]עכרב ו בן ו ע[מכרב..... הקני

2 לתחמים ו כ.

Et vertimus :

1 *Yatha[ʿkarib, filius ʿA[mmkaribi, ... consecravit*

2 *Dhât Ḥimyamo. K.*

498

Hal., 633 + 635 + 634; Præt., 5, nunc Br. M., 58; O. M., nunc 10.

(Tab. XIX.)

Tres titulos Kharibet Seʿûdi inventos et finem alicujus inscriptionis Dhât Ḥimyamo consecratæ præbentes edidit J. Halévy, *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen,* in *Journal asiatique,* 1872, I, p. 257 (separatim excusum, p. 227), et vertit *ibid.*, p. 515 (separatim excusum, p. 263). Halévy quidem dixit *ibid.*, p. 94, titulum primum duobus versibus constare, secundum et tertium uno a sinistra ad dexteram ducto. Sed J. H. Mordtmann in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft,* XLVII (1893), p. 407-408, ostendit monumentum, quale ab Halevyo repertum esset, unicam inscriptionem duorum versuum habuisse, cujus prior ex Hal. 633, alter ex Hal. 635 + 634 constet; postea idipsum lapidis fragmentum in complures partes fractum esse, inter quas alia $0^m,25$ alta, $0^m,37$ lata, a F. Prætorius, *ibidem,* XXVI (1872), p. 631, n° 7, vulgata, in Museo Britannico servetur, et alia $0^m,27$ alta, $0^m,43$ lata, a Mordtmanno ipso *ibidem,* XXX (1876), p. 291, n° 5 edita, Museo Byzantino propria sit. Utriusque imaginem luce solis expressam tabula undevicesima exhibet.

De titulo egit J. H. Mordtmann, *Musée impérial ottoman. Antiquités himyarites... Catalogue sommaire,* 1895, p. 21; turcice, p. 7-8. — Idem, *Die himjarischen Inschriften von Kharibet-Seʿûd,* in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft,* LII (1898), p. 398.

Hæc præbet apographon Halevyi :

Hal. 633	634	635
𐩢 ǀ 𐩺𐩦𐩣𐩵𐩲 ǀ 𐩱𐩢 ǀ 𐩧𐩠𐩦𐩱	ǀ 𐩲𐩺𐩠𐩧𐩱 ǀ 𐩢𐩱 ǀ 𐩲𐩠𐩧𐩺	𐩱𐩲𐩧 ǀ 𐩢𐩱 ǀ 𐩺𐩱𐩢𐩲𐩱 ǀ 𐩢𐩱
𐩧𐩵 ǀ 𐩱𐩢 ǀ 𐩣𐩺𐩣𐩽 ǀ 𐩠𐩺 ǀ 𐩱		

Quæ, Mordtmannum secuti, sic disponimus fragmenta servata quadratis includentes :

𐩧𐩵 ǀ 𐩱𐩢 ǀ 𐩣	𐩺𐩣𐩽 ǀ 𐩠𐩺 ǀ 𐩽	𐩺𐩣	𐩵𐩱	𐩲 ǀ 𐩱𐩢 ǀ 𐩧𐩠𐩦𐩱	← 1
→ 𐩱𐩲𐩧 ǀ 𐩢𐩱 ǀ	𐩺𐩱𐩢𐩲𐩱 ǀ 𐩢𐩱 ǀ 𐩲𐩺	𐩲𐩧𐩱		ǀ 𐩢𐩱 ǀ 𐩲𐩠𐩧𐩺 ǀ	2

Et hebraicis litteris transcribimus :

כר ǀ וב ǀ ם	חמי ǀ ת֗ ǀ וב ǀ ה	למק	א ǀ וב ǀ בעת֗תר		← 1
→ לאב ǀ בו ǀ	באעדי ǀ וב ǀ חא֗	ברכ	ǀ בו ǀ סלתכ ǀ		2

Versus 1-2. אתכרב ǀ וב ǀ ידעאב ǀ וב ǀ כרבאל ǀ וב. Qui fuerint hi principes ignoratur; cf. M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 603.

Iterum ordine solito transcribimus :

1 בעת֗תר ǀ וב ǀ אלמקה ǀ וב ǀ ת֗ ǀ חמים ǀ וב ǀ כר

2 באל ǀ וב ǀ ידעאב ǀ וב ǀ אתכרב ǀ וב ǀ כתלם

Et vertimus :

. . . . . .

1 *Nomine ʿAthtari et Ilmaḳahi et Dhât Ḥimyami et Karî-*

2 *b'ili et Yadaʿ'abi et ʿAḥkarîbi et Kutli.*

499

Hal., 637.

Aliquot litteras in lapide aliunde translato et dejecto inscriptas reperit J. Halévy eodem loco quo titulum antecedentem; vide ejus *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 94. Titulum edidit *ibidem*, p. 257 (separatim excusum, p. 227), et vertit *ibidem*,

p. 515 (separatim excusum, p. 263). J. H. Mordtmann quidem in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, LII (1898), p. 394, suspicatus est Hal. 638, 637 et 636 ad unam inscriptionem pertinere, sed supra, n° 386, ostendimus Hal. 636 non unum sed tres versus habere, et e catalogo Hommeli comperimus Hal. 638 partem tituli Glaseriani 904 esse; cf. M. Hartmann, *Die arabische Frage*, p. 602-603. Ergo Hal. 637 separatim tractandum est.

Hæc in apographo Halevyi leguntur :

𐩣𐩱 | 𐩧𐩲 | 𐩲𐩵𐩺𐩵 | 𐩧𐩲 | 𐩸

Quæ hebraicis transcribimus pauca supplentes :

1 הקני | ד[ת | חמים | כל | מב[ני

Et vertimus :

.... *consecravit Dhā*[*t Ḥimyamo totam exstruc*]*tionem* ...

500

Prid., 16; B. N., 21 (F., 2597).

(Tab. XIX.)

Lapis $0^{m},13$ altus, $0^{m},20$ latus, circumcirca fractus tres versus præbet, quorum singuli quatuordecim ad septemdecim litteras habent. Titulum edidit primus W. F. Prideaux in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, IV, 1876, p. 200, n° 16; cf. J. H. Mordtmann in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXX (1876), p. 295. Monumenti ab A. Goupil Bibliothecæ Maximæ Parisiensi dono dati imaginem luce solis expressam tabula undevicesima exhibet.

De titulo egit H. Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites de la Bibliothèque nationale*, 1891, p. 32-33.

Hæc leguntur :

𐩱 | 𐩧𐩲𐩺𐩲𐩵 | 𐩧𐩱𐩠 | 𐩣𐩱

𐩠𐩵𐩣𐩺𐩧𐩠 | 𐩲𐩵𐩺𐩠 | 𐩣𐩱𐩧𐩲

𐩠𐩵 | 𐩲𐩧𐩺𐩧 | 𐩣𐩠𐩱𐩵 | 𐩺

Quæ hebraicis litteris transcripta et completa :

1 .....ת | אולי | בעמהמי | ב.....

2 .....מנגת | צדקם | ד̈יהרצונ[המי | . .

3 באלמק[ה | ובדת | חמים | ו[ד]ת | בעדנם

Versus 1. ת forsan finis locutionis בדת | חמדם. — אולי. H. Derenbourg vertit אולי | ת « ce qui convient le mieux », et videtur arabicum elativum أَوْلَى comparavisse a radice ולי ortum. Quæ obscuro sensu tantum in Hal. 210, v. 2, occurrit. At אולי est potius verbum perfectum duale, a radice אול ducendum, quod in minæo titulo Hal. 374 = 401, v. 4, reperitur et cujus quinta forma in sabæis titulis 45 v. 1; 289 v. 14; 334 v. 19 et 22, occurrit. Hic, contextu fulti, vertimus « nacti sunt ».

Versus 2. ד̈יהרצונהמי | צדקם | מנגת; cf. tit. 155 v. 4. De radice רצו vel רצי vide quæ ad tit. 333 v. 5 adnotavimus.

Verte nunc, si lubet :

1 ...*propterea*] *quod nacti sunt ab ambobus*....
2 ...*salutes eximias quæ satisfacient* [*ipsis*.....
3 ...*Nomine Ilmaḳa*]*hi et Dhât Ḥimyami et Dhât* [*Baʿdâni*...

501

Hal., 664.

Prope viam quæ Mâribo ad molem ducit (vide tit. 369 proœmium) invenit J. Halévy in fragmento lapidis sepulcralis duos versus breves ordine *boustrophedon* ductos et a dextera et sinistra abscissos, quos edidit in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 262 (separatim excuso, p. 232).

Hæc præbet apographon Halevyi :



Quæ hebraicis litteris transcripta :

1 ← מיה ו והק
2 ימח ו תלׄ ו ב →

Versus 1. מיה fortasse terminatio vocis מחמיה, quæ in tit. 37 v. 3 reperitur. Utrum ה suffixum masculinum pro הו an femininum sit vix decerni potest. De voce מחמי vide quæ ad tit. 380 v. 4 adnotavimus.

Complentes quæ compleri possunt iterum ordine solito transcribimus :

1 .....מה]מיה ו והק[ני....
2 ...בעׄתׄתר ו וב ו חובס ו וב ו אלמקה ו ו]ב ו דׄת ו חמי[ם ו וב ו דׄת ו בעדנם

Et vertimus :

1 .....*mu*]*rum ejus et conse*[*cravit*....
2 ...*Nomine ʿAthtari et Haubasi et Ilmaḳahi et*] *Dhât Ḥimya*[*mi et Dhât Baʿdâni.*

502

Fr., 50 + 48.

Tituli a J. Arnaud Mâribi in imo vallo versus septentrionem portæ occidentalis reperti a J. Mohl, *Inscriptions données par M. Arnaud*, in *Journal asiatique*, 1845, II, p. 179 (separatim excusum, p. 82),

cum transcriptione arabica Fresneli, *ibid.*, p. 188-189 (separatim excusum, p. 91-92), editi sunt. Quos composuit J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, 1874, II, p. 575 (separatim excusum, p. 226), et gallice vertit, animadvertens eos inscriptionis finem tenere.

Hæc enim præbent apographa Arnaudi :

Fr. 48	Fr. 50
𐩣𐩱𐩺....𐩢𐩢 ׀ 𐩤𐩣 ׀ 𐩢.𐩣𐩱𐩵 ׀ 𐩤𐩣 ׀ 𐩧𐩨𐩣𐩢 ׀ 𐩤𐩣 ׀ 𐩧𐩺	𐩤𐩺𐩧 ׀ 𐩤𐩣 ׀ 𐩱𐩢𐩱𐩬𐩺𐩧 ׀ 𐩤𐩣 ׀ ׀

Quæ Halevyum secuti sic transcribimus hebraicis litteris :

׀ וב ׀ דתחמים ׀ וב ׀ דתב[ע]רן ׀ וב ׀ ידעאל ׀ וב ׀ סמהן[ע]לי ׀ וב ׀ יתׄ[ע]אמר

De nominibus principum ידעאל, סמהעלי et יתׄעאמר, vide tit. 366 et 375 v. 1 et 2.

Verte nunc, si lubet :

. . . et nomine Dhât Ḥimyami et Dhât Baʿdâni et nomine Yadaʾʾîli et Smuhuʿalti et Yathaʾʾamari.

503

Fr., 26.

Titulus, voce unica constans, in pariete interiore unius ex constructionibus saxorum quadratorum quæ in latere septentrionali molis Mâribi exstant (vide tit. 366 proœmium) a J. Arnaud repertus est et a J. Mohl, *Inscriptions données par M. Arnaud*, in *Journal asiatique*, 1845, II, p. 175 (separatim excusum, p. 78), cum transcriptione arabica Fresneli, *ibid.*, p. 185 (separatim excusum, p. 88), editus est.

Hoc exscripsit Arnaud :	Completum et hebraice transcriptum :	et latine :
׀ 𐩧𐩣𐩺𐩵	׀ חמים ׀ ודת]	*Dhât Ḥimyam.*

CAPUT XII.

INSCRIPTIONES SABÆÆ DEÆ DHÂT BA'DÂNO DEDICATÆ.

ARTICULUS UNICUS.

DHÂT BA'DÂN.

Post deam Dhât Ḥimyam dea Dhât Ba'dân solet in serie numinum invocari. In proœmio capitis antecedentis ostendimus Dhât Ba'dânum ut ceteras deas solem designare et Ba'dânum nomen loci esse. J. Halévy, *Études sabéennes*, p. 111 et 152, asserit Ba'dânum eamdem urbem esse quæ a geographis antiquis Vodona appellatur. Præter inscriptiones in quibus Dhât Ba'dân post alia numina laudatur, videlicet titulos jam editos 18, 42, 227, 238 (?), 365, 374, 375, 402, 415, 416, 418, 421, 429, 494, 496, 500, 502 et edendos Os. 32 = Br. M. 30 (infra, 517), 33 = Br. M. 34 (infra, 519), Burchardt 15 (infra, 589), una integra et aliquot mutilæ ei proprie dedicatæ sunt, quas nunc tractaturi sumus.

504

Lupar., 8, nunc 1131 *bis*.

(Tab. XIX.)

In superiore lapide $0^m,54$ alto, $0^m,33$ lato, $0^m,08$ profundo, a G. Revoil in Europam allato, nunc in Museo Luparensi servato, titulus integer inscriptus est, sex versus tenens, quorum quisque præter ultimum quatuordecim ad sedecim litteras $0^m,032$ altas habet. Monumenti, ora $0^m,03$ lata a summo et a lateribus circumdati, imaginem luce solis expressam in tabula undevicesima invenies.

De titulo egerunt : J. et H. Derenbourg, *Nouvelles études sur l'épigraphie du Yémen. Les monuments sabéens et ḥimyarites de Paris. I. Le Louvre*, in *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, II (1885), p. 56-57; separatim excusum, p. 9-10. — F. Prætorius, *Ueber eine sabäische Inschrift*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, LXI (1907), p. 86-87. — H. Derenbourg in *Répertoire d'épigraphie sémitique*, II, 1907, p. 64-66, n° 634.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris transcripta :

1 קילזאד ו אמת ו פוקם

2 ן ו הקנית ו דת ו בעדנם

3 משׁנדן ו עלבם ו בדת

4 שׁלבת ו בתה ו אבעלי ו ב

Versus 1. קילואד, nomen feminæ, quocum conferre licet nomina feminarum קלכהל in tit. 289 v. 9 et 22, et אבואד in tit. 69 v. 7; præterea nomina hominum אלואד in Gl. 1535 = Vind. 24, v. 1, et רבואד in tit. 287 v. 13, nomen gentis זארם in O. M. 15, nunc 62, v. 2 et 5, et cognomen אזאד in tit. 1 v. 2; 24 v. 2; etc.

Versus 1-2. פוקמן nomen, in tit. 86 v. 1 cognomen. Vide quæ illic scripsimus.

Versus 3. בות | עלכם. Vide quæ ad tit. 90 v. 4 adnotavimus. Prætorius interpretatur «ad expiandum quod» existimans de sacrilegio agi quod filia consecrantis commiserit, ture e turibulo erepto. Quam explicationem non probamus, nam inscriptiones piaculares Os. 32 (infra, 517), 33 (infra, 519), Gl. 1052 (infra, 523), 1053 (infra, 529), 1054 (infra, 533) consecrationes non enuntiant.

Versus 4. שׁלבת, alias non repertum, arabico verbo سلب et æthiopico ሰለበ «eripuit» respondere omnes consentiunt. Nihilominus sensus vocis obscurus est. J. et H. Derenbourg pro subjecto verbi habent Dhât Baʿdânum quam existimant filiam Ḳailzuʿdi a periculo maris eripuisse. Prætorius censet Abʿalîum subjectum verbi esse; quod accipimus, sed שׁלבת passivum esse putamus et vertimus : «erepta fuit». — אבעלי; vide tit. 6 v. 1, et nominibus mulierum voce אב formatis quæ illic allata sunt, adde אבנעם in tit. 194 v. 1.

Versus 5. עדן | מבחר. De voce מבחר «receptaculum aquæ» vide commentarium tit. 371 v. 2 et 417 v. 1. עדן nomen loci. Num de urbe cognita Adeno, ut Derenbourg putat, agatur dubitamus. Præter titulum dubium Lenormant 7, Aden in nullo e titulis quos J. et H. Derenbourg afferunt commemoratur. Prætorius מבחר cum arabico بخر «tus obtulit» comparat contendens ת ante consonantes ר vel ל interdiu in ח mutari et Th. Nöldeke in *Zeitschrift d. d. m. Gesellschaft*, XL, p. 727; semetipsum, *ibid.*, LVII, p. 273; H. Winckler, *Altorientalische Forschungen*, I, p. 346, invocans. עדן, arabice عودن, aloen designare.

Versus 5-6. אל טית (non אליית) vocem unicam, nomen loci aliud, esse J. et H. Derenbourg existimant. Prætorius אל pro negatione habet et אל טית pro אל לטית scriptum esse putat, לטי cum arabico لظى «incendere» conferens : Abʿalîum tus eripuisse, sed, quum eam facinoris pœniteret, tus non incensisse. Talia in inscriptione relata esse non verisimile est. Itaque, quum meliora desperemus, audemus טית cum æthiopico ፀወወ «captivum ducere» comparare et conjicere Ḳailzuʾdum deæ gratias agere quod filia erepta sed non captiva ducta fuerit.

Vertimus igitur, dubia non celantes :

1 *Ḳailzuʾd, serva Fauḳamâ-*
2 *ni, consecravit Dhât Baʿdâno*
3 *hunc titulum ideo quod*
4 *erepta est filia ejus Abʿali*
5 *e receptaculo ʿÂdini et non*
6 *captiva ducta est* (?).

---

504 *bis*

O. M., nunc 118.

(Tab. XIX.)

Titulus inscriptus est lateribus equi ænei, $0^{m},07$ alti, $0^{m},11$ lati, cujus crura anteriora abrupta sunt et posteriora asseri adhærent, quo, ut J. H. Mordtmann opinatur, animal in basi lapidea infixum

erat. Qui animadvertit idolon Yaʿûḳum apud Arabes meridionales equi formam præbuisse et confert quæ E. Osiander in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, VIII (1854), p. 474, docuit, monens equos Soli fuisse consecratos Hierosolymæ, quos Josias rex removit (II R., XXIII, 11), et, quum Dhât Baʿdân numen solare sit, equos esse symbolum ejus. Inscriptio a J. H. Mordtmann, *ibidem*, XXXIX (1885), p. 235, cum imagine equi vulgata est. Inscriptio in latere dextero animalis incipit, in latere sinistro continuatur et rursus in latere dextero terminatur. Monumenti imaginem, luce solis expressam, in tabula undevicesima reperies.

De titulo egit J. H. Mordtmann, *loco supra citato*. — (Idem,) *Musée impérial ottoman. Antiquités himyarites... Catalogue sommaire*, p. 56-57; turcice, p. 68.

Hæc leguntur in latere sinistro :

Hæc in latere dextero :



Quæ hebraicis litteris transcripta, una littera addita :

גבהת | לתבע 1

ת[ע]יחל ה 2

דן | הקנית

Versus 1. גבהת. Lexicographi arabici docent جَبْهَة designare genus equorum. Quamquam illa vox collectiva sit, apud Sabæos גבהת sicut אבל singularis numeri esse potest (Mordtmann). — הקנית est substantivum «consecratio» (Mordtmann).

Versus 2. לחיעתת. Littera *ʿayn* est omissa.

Verte igitur :

1 *Equus Dhât Baʿdâni. Consecratio*
2 *Laḥyʿathati.*

505

Littmann, 1.

(Tab. XIX.)

Titulum $0^m,215$ altum, $0^m,38$ latum, qui duos breves versus ordine *boustrophedon* ductos tenet et in quo concinnitas litterarum $0^m,08$ altarum titulos Kharibet Seʿûdi repertos, ut E. Littmann monet, in mentem revocat, invenit ipse vir eruditus in lapidis silicei fragmento inscriptum, quod in pariete occidentali sacrarii sancti Abba Paṇṭaleon inclusum est. Sacrarium, in monte qui nomen a

(Impressum mense februario 1918.)

sancto accepit exstructum, prope Aksûmum versus orientem situm est. Inscriptionem edidit Littmann primo in *Vorbericht der deutschen Aksum-Expedition* (*Abhandlungen der königlich preussischen Akademie der Wissenschaften*), 1906, p. 5; tum in *Deutsche Aksum-Expedition*, IV, 1913, p. 1, imagine juncta quæ de photographia monumenti sumpta est et quam in tabula nostra undevicesima iterum expressimus.

Titulum tractaverunt : M. Lidzbarski, *Ephemeris für semitische Epigraphik*, II, 1908, p. 395. — E. Littmann, *opere altero supra citato*, p. 1-2.

Hæc leguntur :



Hebraicis litteris transcripta et completa

1 ← מלכו | דעמת | משרקה

2 → בר]כבאו | זדעבתדו |.

Versus 1. מלכו «possederunt» interpretatur Lidzbarski, dubitans nonne תמלכו legendum sit. Qui censet locum a bellatoribus Yemenensibus expugnatum, Littmann autem a colonis acquisitum esse. — משרקה | דעמת. Lidzbarski, pro משרקה legens משרקיתן vel משרקן, דעמת pro nomine loci vel regionis habuit; cf. quæ vocis דעמם occasione ad tit. 335 v. 1 adnotavimus et titulis allatis adde Burchardt 1, v. 1-2, ubi דעמין, nomen patronymicum, reperitur. At Littmann ostendit litteram ultimam *hâ'um* non *yâ'um* vel *nûnum* esse, unde concludit דעמת, quod cum arabico دِعْص «columna, pila» confert, nomen appellativum esse, et putat montem, pilæ similem, vel columnam in monte erectam sic designari. Suffixum vocis משרקה ad Aksûmum referendum esse, quum mons Abba Paṇṭaleon ad orientem ejus situs sit. Nobis videtur suffixum potius ad ædificium quoddam referri et דעמת exstructionem designare qua ædificium fulciebatur. דעמת in Hal. 181, v. 3, incerto sensu jam occurrit.

Versus 2. ואבכ[רב. Lidzbarski hæret inter אבעל et אבת, quod nomen theophorum apocopatum sit. Nos אבכרב legendum esse putamus.

Iterum, ordine solito, transcribimus :

מלכו | דעמת | משרקה

ו ולת | בערן | ואבכ[רב.

Et vertimus :

1 . . . *possederunt fulcimentum orientis ejus* . . .

2 . . . *et* (*nomine*) *Dhât Ba'dâni et Abka*[*ribi* . . .

506

Gl. 289; Br. M., 94.

(Tab. XIX.)

Lapidis fragmentum, undique abscissum, $0^{m},25$ altum, $0^{m},54$ latum, $0^{m},11$ profundum, quinquë versus circiter quinque et viginti litterarum præbet. Titulus quidem a Glasero Ma'îni repertus esse dicitur; quum tamen Sabæorum, non Minæorum sermone utatur et Raidatum commemoret, D. H. Müller conjicit eum Raidati ut tit. 282 scriptum et forsan inde fuisse Ma'înum translatum.

Monumenti in Britannico Museo servati imaginem arte photographica sumptam tabula nostra undevicesima exhibet.

De titulo egerunt : H. Derenbourg, *Yemen inscriptions. The Glaser collection*, n° 8, in *The Babylonian and Oriental Record*, I (Septembris 1887), p. 175-176; separatim excusum, p. 9-10. — D. H. Müller, *Kritische Beiträge zur südarabischen Epigraphik*, in *Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes*, II (1888), p. 193-194.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris transcribimus, complentes quæ compleri possunt :

1 ..... | סרן | דחדמם |.....

2 ..... | תה | ומאלנה | ומאחלת[ה] | .....

3 ..... | בסר | ומופר | הגרן | וסרן | דחדמם |..

4 בדת |]בעדנם | וב | אלאלתהמו | ומנצחתה[מו

5 | וב] | שעבהמו | בכלם [ו רב]ען | ד[ר]ידת |

Versus 1. דחדמם | סרן legendum esse conjicimus, collato fine v. 3. De סרן « vallis » vide tit. 99 v. 4 et 407 v. 20-21. — דחדמם nomen loci ignotum; cf. דחדמן in Hal. 195, v. 2, et 243, v. 2 (Müller).

Versus 2. תה in initio versus a Muellero in [אבי]תה dubitanter completur. — מאלנה. Nomen appellativum מאלן alias non reperitur, sed אלן comparato, « locus potestatis, possessio » sonare potest. Epitheta gentilia ומאלנם in tit. 57 et מאלנין in tit. 287 v. 8 occurrunt. Utrum ה suffixum feminini, ut Müller opinatur, an masculini defective scriptum sit, difficulter decernitur. — מאחלתה videtur pluralis esse vocis מאחל, quæ in Fr. 12 = Hal. 678 = Gl. 523, v. 2; Fr. 13; Fr. 14 = Hal. 673, v. 2; Hal. 141 (infra, 566), v. 3; 674, v. 2, reperitur. D. H. Müller, *Burgen*, II, p. 14, vertit « cataracta », sed hic « possessiones », Derenbourg « reditus ». Interpretationem alteram Muelleri, collato hebraico אֲחֻזָּה, probamus; quæ cum explicatione vocis מאלן congruit.

Versus 3. הגרן | ומופר | סר. Eadem Hal. 147 (infra, 546), v. 2, præbet, sed illic סיר plene et מפר econtra defective scripta sunt; סר igitur cum סר in v. 1 et fine v. 3, a radice סרר orto, non commisceri debet. מופר, quod etiam in Hal. 199, v. 2, occurrit, a D. H. Müller, *Zeitschrift d. d. m. Gesellschaft*, XXX, p. 118, « campi » vertitur, æthiopico መፍር collato, a Glasero, *Mittheilungen*, p. 52, « hortus, sæptum », ab H. Derenbourg « divites ». Nos sententiam Glaseri probamus. Animadverte verbum ופר in Br. M. 46, v. 2, inveniri. — דחדמם | סרן, vide v. 1.

Versus 4. מנצחתהמו. De deo מנצח vide infra, proœmium capitis XX.

Versus 5. דרידת | רבען. Sic complet Müller, tit. 282 v. 2 collato. Derenbourg legit רבמען pro רבען. De voce רבען vide tit. 435 v. 3 commentarium.

His præmissis vertimus :

1 .....*vallis Dhû Khadam*....
2 ....*et possessionem suam et prædia sua*....
3 ....*in suburbio et sæpto urbis et vallis Dhû Khadam*...
4 *nomine Dhât Baʿdâni et deorum ipsorum et Aquariorum ipsorum*
5 ...*et tribus ipsorum Bakîli, quartæ partis Raidati.*

CAPUT XIII.

INSCRIPTIONES SABÆÆ DEO MATABNAṬYÂNŌ DEDICATÆ.

ARTICULUS I.

MATABNAṬYÂN.

Quum omnes deo Matabnaṭyâno dedicati tituli, quorum alii sabæo, alii minæo sermone scripti sunt, in loco nunc Medînet Haram appellato reperti sint, jure infertur hunc deum ibi peculiariter cultum esse. Qui locus collis est in regione Hamdâni orientali situs, prope rivum Ḥârid a latere septentrionali, haud procul a Kamnâo versus orientem distans. Collis summa pars, nunc El-Fer^{c} dicta, servat ruinas oppidi haud semel exstructi. In loco inferiore, qui circiter centum et quinquaginta passus a culmine distat et nunc etiam Haram nominatur, permanserunt vestigia sacrarii. Hic nempe exstant sedecim stelæ, ab Arabibus Binât ʿAd appellatæ, in duabus seriebus positæ et ad portam lapideam pergentes. Quarum una fracta est; fere omnes sunt $2^{m},60$ a plano altæ, $0^{m},55$ latæ, $0^{m},25$ profundæ et unam vel duas inscriptiones præbent. Vide J. Halévy, *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 29-31 et 72-74.

De nomine Dei Matabnaṭyâni disseruit J. H. Mordtmann in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXXI (1877), p. 83-86. Qui, collatis nominibus deorum מתבקבט in Minæorum titulis Hal. 189, v. 2; 202, v. 1, et מתבמלגב in Hal. 344, v. 2, opinatur מתבנטין e מתב et נטין compositum esse, sed fatetur se neutrum explicare posse. W. Fell, *ibid.*, LIV (1900), p. 235-237, censet מתב a radice תבב ducendum esse et arabico مُتِمّ «perficiens» respondere, conferens 10^{am} formam اِستَتَبَّ «bene dispositus est», נטין vero syriaco נטא «humidus fuit» et arabico نطا «irrigatus est». מתבנטין igitur significare «qui irrigationem perfecit». At quum participium $4^{æ}$ formæ מהתב, non מתב scribendum foret, ut Mordtmann a conjiciendo abstinere malumus. Hommelo, *Grundriss der Geographie und Geschichte des alten Orients*, 1904, p. 143, Matabnaṭyân videtur esse deus, imo forsan dea madyanitica et *mautab* significare «uxor». Quum in Hal. 154 vox עתת, decurtata a עתתר, nomini Matabnaṭyâni addita sit, conjiciendum est hunc deum eumdem esse atque ʿAthtarum; cf. quæ supra, p. 187, de Haubaso, Nielsenum secuti, scripsimus.

In hoc articulo invenies inscriptiones quæ Matabnaṭyânum nullo epitheto ornatum commemorant. Titulum unicum, scilicet Hal. 359, ubi Matabnaṭyân nominatur, quum ei non dicatus sit, capiti sequenti servamus.

507

Hal., 160 et 161.

Duos titulos integros inter se omnino pares vulgavit J. Halévy, *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 161-162 (separatim excusum, p. 131-132), et partim vertit *ibid.*, p. 496 (separatim excusum, p. 244). Qui quinque versus præbent, quorum quisque præter ultimum novem litteras habet. Infra inscriptionem sunt delineata duo monogrammata consimilia, inter quæ exstat signum peculiare, fortasse symbolum numinis Matabnaṭyâni. In monogrammatibus agnovit M. Hartmann, *Die arabische Frage*, p. 180, n. 1, litteras initiales vocum והר et אל, quibus nomen auctoris tituli constat.

De titulo egit M. Hartmann, *loco supra citato*.

Hæc in utroque titulo leguntur :



Quæ hebraicis litteris transcribimus :

1 ותראל ו דרח
2 ן ו בן ו ידמר
3 מלך ו מלך ו ה
4 רמם ו הקני ו
5 מתבנטין

וא | Signum numinis. | וא

Versus 1. ידמרמלך | בן | דרחן | ותראל. Haud dubites quin Watar'îl et Yadhmurmalik iidem sint qui in ceteris titulis Haramensibus, scil. Hal. 145 (infra, 514), v. 7; 146 (infra, 513), v. 6-7; 148, v. 13, etc., nominantur, unde concludere licet patrem cum filio simul regnavisse (Hartmann). Watar'îl in minæo titulo Gl. 299 (Br. M. 84), v. 3, fortasse commemoratur. Præterea nomen ותראל in tit. 262 v. 2 occurrit. — דרחן; cf. דרחאל et דרח, de quo vide tit. 366 commentarium. — ידמרמלך. De eo in Gl. 1000 *c*, v. 5 (Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 25) agitur.

Versus 3-4. הרמם. Vide proœmium articuli.

Verte nunc :

1 *Watar'îl Dharḥâ-*
2 *n, filius Yadhmur-*
3 *maliki, rex Ha-*
4 *rami, consecravit*
5 *Matabnaṭyâno.*

W. I. Signum numinis. *W. I.*

508

Hal., 162.

A fragmento stelæ exscripsit J. Halévy tres voces quæ finem inscriptionis præstant et in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 162 (separatim excuso, p. 132), edidit.

Hæc pauca leguntur :

.....	
𐩱𐩧𐩣𐩺𐩲𐩨 ׀ 𐩲𐩧𐩣𐩲	נטין ׀ ודתחמים 1
𐩱𐩣𐩣𐩲𐩨	והרמם 2

Quæ completa hebraicis litteris transcribimus :

[... ׀ ברעט ׀ מתב]

Vocem ברעט (de qua vide tit. 428 v. 2) supplemus, collatis Hal. 146 (infra, 513), v. 4; 148, v. 10; 150, v. 1; 151, v. 12; 153, v. 5; 154 (infra, 516), v. 23.

Vertimus igitur :

[....*Jussu Matab-*]
1 *natyâni et Dhât Ḥimyami*
2 .....*et Harami.*

509

Hal., 163.

Duos versus, quorum unus duodeviginti, alter septemdecim litteras habet, in fragmento stelæ inscriptos invenit J. Halévy et in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 162 (separatim excuso, p. 132), publici juris fecit.

Hæc in apographo Halevyi leguntur :

𐩲𐩬 ׀ 𐩲𐩱𐩧𐩲𐩣𐩺𐩨 ׀ 𐩱𐩲𐩱𐩲 ׀ 𐩲𐩵	אל ׀ הקני ׀ מתבנטין ׀ פנ 1
𐩱𐩣 ׀ 𐩵𐩬𐩱 ׀ 𐩲𐩬𐩲𐩬 ׀ 𐩱𐩲𐩣𐩬	ובני ׀ פנון ׀ ויעד ׀ בי 2

Quæ hebraicis litteris transcribimus :

Versus 1. אל terminat nomen patris vel fratris auctoris potius quam nomen auctoris ipsius. Utrum in versu anteriore an in initio hujus versus scripta fuerint quæ desunt decernere non audemus. — פן, collato v. 2, videtur in ויעד ׀ פנון complendum esse. Quæ voces, ordine inverso, in Hal. 154 (infra, 516), v. 12, repe-

riuntur. פנן quidem in tit. 329 v. 3 est nomen appellativum verisimiliter «area» significans; vide quæ illa occasione disseruimus; sed hic et in Hal. 154 פנן, ut יעד, est nomen domus vel loci. In Hal. 359 (infra, 518), v. 4, sensus est incertus. יעד ubicunque nomen proprium; vide tit. 37 v. 2 et iis quæ congessimus adde ליעד in tit. Br. M. ab Halevyo in *Revue sémitique*, 1906, p. 373, edito, v. 1. E. Glaser, *Mittheilungen*, p. 18 et 49, quum בי pro in v. 2 [בית]הו legat, inclinatur ad opinandum פנן et יעד partes ædificii esse; prius interpretatur «pinna» vel «turris», alterum «ædes consilii».

Versus 2. ויעד | פנון; vide v. 1. — בי non in ביתהו (Glaser, *o. c.*, p. 18) complemus sed in | ביום ילמרמלך | ווהראל, collatis Hal. 145 (infra, 514), v. 6-7; 146 (infra, 513), v. 6-7; 148, v. 12-13; 153, v. 8-9.

His præmissis iterum transcribimus, complenda complentes :

1 אל | הקני | מתבנטין | פנ[ון] | ויעד | .....

2 ובני | פנון | ויעד | ביום | ילמרמלך | ווהראל

Et vertimus :

.....

1 *'îli, consecravit Matabnaṭyâno Fanwânum et Ya'ûdum.....*

2 *et exstruxit Fanwânum et Ya'ûdum die Yadhmurmaliki et Watar'îli.*

ARTICULUS II.

MATABNAṬYÂN PATER PROTECTIONIS.

In titulo Hal. 159, v. 4-5, legitur post nomen Matabnaṭyâni vox [א]בחמי; in 156, v. 5-6, א...י; in 150, v. 6-7, אברצו; in 148, v. 5, אבשור; in 144, v. 7, אבשפק; in 146, v. 4, אלהל (?); in 153, v. 5, הערן; in 145, v. 4, et 151, v. 7, טורערן; in 154, v. 4, עלה; in 158, v. 6, littera ן. Præterea in Hal. 155, v. 5, nomine dei omisso, post הקני scriptum est אב..י. J. H. Mordtmann in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXXI, p. 85-86, illa omnia vocabula pro epithetis Matabnaṭyâni habet. At F. Hommel, *Aufsätze und Abhandlungen*, p. 29, n. 1, et M. Hartmann, *Die arabische Frage*, p. 179-180, censent ea esse nomina personarum consecratarum. Omnibus bene perpensis, sententiam Mordtmanni probamus, nam primo miraremur, si Hommeli et Hartmanni opinio recta esset, in tam paucis inscriptionibus tot homines nomina ferre quæ voce אב inciperent, quum illa nomina alias rarissime reperiuntur; denique vix credendum est in Hal. 155 mentionem dei cui consecratio fit omnino deesse; sin autem א...י in אבחמי, collato Hal. 159, completur et pro epitheto numinis accipitur, tunc epitheton loco nominis usurpatur, quod in inscriptionibus haud semel evenit; vide tit. 390 v. 3; 398 v. 12; 428 v. 3; 447 v. 2; 453. אבחמי, Mordtmannum secuti et arabicum ☞ conferentes, vertimus «pater protectionis». *Mimatione* vox caret, ut fieri solet apud Minæos in nominibus propriis; etenim Haramenses minæum sermonem partim imitantur, quin imo eo utuntur.

510

Hal., 155.

Titulus, quem J. Halévy, *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 159 (separatim excusum, p. 129), vulgavit, et partim *ibidem*, p. 495-496 (separatim excusum, p. 243-244), vertit, decem versus novem vel decem litterarum tenet, quorum sex initiales a dextera duabus, ultimus quatuor litteris carent. Quæ desunt facile restituuntur, collatis Hal. 156 (infra, 511) et 158 (infra, 515).

Hæc leguntur in apographo Halevyi :



Quæ hebraicis litteris transcripta complemus :

1 עמ]אנס ו בן ו כ
2 לב]ם ו כבר ו נה
3 מת]ן ו עבד ו ות
4 רא]ל ו הקני ו אב
5 חמ]י ו בדת ו חמ
6 ים] ו ובעתתר
7 באסן ו ובאל
8 אלת ו הרמם ו ו
9 ברעת ו ותרא
10 ל ו וה]רמם

וא | וא

Signum numinis.

Versus 1-2. כלכם | בן | עמאנס, collatis Hal. 156 et 158, legendum est. De nomine עמאנס vide tit. 308 v. 18; de כלכם, tit. 287 v. 5 et 391 v. 1.

Versus 2-3. נהמתן | כבר absque dubio completur, ut jam J. Derenbourg in adnotatione manuscripta et M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 437, agnoverunt. Etenim confirmatur vocibus נהמת | כבר in O. M. nunc 11, v. 1-2 et 3-4.

Versus 3-4. ותראל; vide quæ ad tit. 507 v. 1-2 adnotavimus.

Versus 4-5. אבחמי. Hartmann, *o. c.*, p. 179, legit אבעלי, nomen feminæ in tit. 6 v. 1 et 504 v. 4; sed vide procœmium articuli.

Versus 6-7. באסן | עתתר; vide supra, p. 110, capitis VIII articulum II.

Versus 9. ברעת; vide commentarium tit. 428 v. 2.

(Impressum mense februario 1918.)

Verte nunc, si lubet :

1 *ʿAmm['anas, filius Ka-*
2 *lb]i, princeps Nah-*
3 *mat]i, servus Wata-*
4 *r'i]li, consecravit Patri*
5 *protectio]nis. Nomine Dhât Ḥim-*
6 *yami] et ʿAthtari*
7 *Ba'sânensis et numi-*
8 *num Harami et*
9 *jussu Watar'i-*
10 *li et Ha]rami.*

W. I. *W. I.*

Signum numinis.

511

Hal., 156.

A titulo antecedente non differt hic nisi eo quod deus Matabnaṭyân in v. 4-5 nominatur. Inscriptio, quam J. Halévy, *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 159 (separatim excusum, p. 129), vulgavit, et *ibidem*, p. 496 (separatim excusum, p. 244), gallice vertit, undecim versus a sinistra truncatos tenet, qui præter ultimum olim octo ad undecim litteris constabant.

Hæc enim leguntur :	Completa et hebraice transcripta :		Latine versa :
ו ⅄Π ו ⅄⅄⅄◻◦	עמאנס ו בן ו [כל	1	*ʿAmm'anas, filius [Kal-*
ו ⅄Π⅄ ו ◻Π	בם ו כבר ו [נהמת	2	*bi, princeps [Nahmat-*
⅄⅄◦ ו ⅄	ן ו עבד [ו ותרא	3	*i, servus [Watar'i-*
◊⅄ ו ⅂	ל ו הק[ני ו מתב	4	*li, conse[cravit Matab-*
⅄ ו ⅄◊◻⅄	נטין ו אב[חמ	5	*naṭyâno, patri [protectio-*
X⅄⅄ ו ◊	י ו בת [ו חמים	6	*nis. Nomine Dhât [Ḥimyami*
ⅆ◦Π◦	ובעת[תר ו בא	7	*et ʿAth[tari Ba'-*
Π◦ ו ⅄⅄	סן ו וב[אלאלת	8	*sânensis et [deorum*
◻⅄⅄	הרמ[ם ו ובר	9	*Haram[i et jus-*

Xo ı ᛉo	עט ı ות[ראל	10	*su Wata[r'ili*
ᛞᛞᚳᛋo	והרמם	11	*et Harami.*
𐩱 𐩱	וא וא		*W. I.* *W. I.*
ᛝ	Signum numinis.		Signum numinis.

ARTICULUS III.

MATABNAṬYÂN, PATER CARITATIS.

Quomodo אבחמי « pater protectionis » supra, p. 216, interpretati sumus, ita per analogiam אבשפק « pater caritatis », radice arabica شفق collata, vertimus. Cui unus titulus, scilicet Hal. 144, dicatus est.

512

Hal., 144.

J. Halévy edidit titulum integrum, decem versus tenentem, qui præter ultimum novem ad duodecim litteras habent, in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 152-153 (separatim excuso, p. 122-123), et vertit *ibidem*, p. 594 (separatim excuso, p. 242).

Hæc leguntur :

ᚼᛋoᚼ ı ᛋᚢᚱ ı ᛋoᚼ
ᛋᛞᚴᛊ ı ᚴᛋᚼᚺ ı ᚴ
ᛉoo ı ᚴᚼ ı oᛝᚳ
ı ᚳᛞᚺᚴ ı ᛋᚴᚴ ı ᚳᚷ
ᚴᚼᚳᚷXoo ı ᚱᚴᛞ
ᛞᛋᚢᚱXᛞ ı ᚴᛋᚴᛋ ı
ı ᚴᚴᛝᚱᚢᚼ ı ᛋᚴ
ᛞᚼoᛋᚴᚱᚢo ı ᛞᛋoᚢ
ı Xᚴᚼᚴᚼo ı ᛋ
ᛞᛞᚳᛋ

Quæ hebraicis litteris transcripta :

1 אוס ı בן ı אוסא
2 ל ı דאהל ı רימן
3 רשו ı אל ı ועת
4 תר ı קין ı ידמר ı
5 מלך ı וותראל
6 ı הקני ı מתבנט
7 ין ı אבשפק ı
8 בורם ı ובידעסמ
9 ה ı ואלאלת ı
10 הרמם

Versus 1-2. אוסאל | בן | אוס. De nomine communi patri et filio vide tit. 448 v. 6. אוס sine *mîmatione* vel *nûnatione* ad modum minæum iterum in Hal. 224, v. 1; 509, v. 2, etc., occurrit. De אוסאל vide tit. 338 v. 2. — ריתן; vide tit. 332 v. 1.

Versus 3. רשו; cf. tit. 41 v. 1; 375 v. 1. — אל nomen dei; vide infra, capitis XVIII articuli I proœmium.

Versus 4. קין; vide tit. 98 v. 1.

Versus 4-5. וותראל | מלך | ילמר; vide tit. 507 v. 2-3. Mirare lineam separationis medio in nomine positam et cf. tit. 360 v. 9.

Versus 6. De linea separationis in initio versus exstante compara tit. 323 v. 7; 351 v. 4; etc.

Versus 7. אבשפק; vide proœmium articuli.

Versus 8. ודם; vide capitis IX articuli I proœmium.

Versus 8-9. ירעסמה, nomen dei; vide infra, capitis XVI articuli X proœmium.

Vertimus igitur :

1 *Aus, filius Aus'i-*
2 *li, ex gente Raimân,*
3 *sacerdos Îli et 'Ath-*
4 *tari, minister Yadhmur-*
5 *maliki et Watar'îli,*
6 *consecravit Matabnaṭ-*
7 *yâno, patri caritatis.*
8 *Nomine Waddi et Yadi'smu-*
9 *hui et deorum*
10 *Harami.*

ARTICULUS IV.

MATABNAṬYÂN, PATER POTENTIÆ (?).

In uno titulo, scilicet Hal. 146, ornatur Matabnaṭyân epitheto אלהל, quod mendosum esse et in אבחל corrigendum esse conjicimus. אבחל enim est nomen hominis quod in titulo a G. Beneyton Dhamari exscripto reperitur, et verisimiliter idem est atque אבחיל in Hal. 234, v. 6, fortasse « pater potentiæ » significans. J. H. Mordtmann in *Zeitschrift d. d. morg. Gesellschaft*, XXXI, p. 85, opinatur אלהל, nisi male scriptum sit, e vocibus אל et הל compositum esse et significare « deus terroris », arabico هولة collato; quod minus placet.

513

Hal., 146.

Titulus integer, septem versus tenens, qui præter ultimum sedecim vel quatuordecim litteras habent, cum titulo sequente (Hal. 145) omnino congruit, epitheto dei excepto. Quem J. Halévy, *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 153 (separatim excusum, p. 123), publici juris fecit.

Hæc in apographo Halevyi leguntur :



Hebraicis litteris transcripta et emendata :

1 הלכיפע ו בן ו עמע
2 הר ו דאהל ו חרת ו סכ
3 תן ו הקני ו מתבנט
4 ין ו אבחל ו ברעט ו מ
5 תבנטין ו ואלאלת
6 הרם ו ביום ו ידמר
7 מלך ו וותראל

Versus 1. הלכיפע; vide quæ vocis הלכאמר occasione ad tit. 373 adnotavimus.

Versus 1-2. עמעהר in Huber 93 (*Bulletin de la Société de géographie*, 1884, p. 300) quoque occurrit; cf. J. H. Mordtmann, *Beiträge zur minäischen Epigraphik*, p. 63.

Versus 2-3. סכתן | חרת nomen tribus inauditum, quod « arans vomere » sonat; vide W. Fell, *Zeitschrift d. d. morg. Gesellschaft*, XXXV, p. 48, et confer nomen hominis חרתם in tit. 308 v. 25.

Versus 4. אבחל; vide proœmium articuli.

Versus 6-7. וותראל | ידמרמלך | ביום; vide tit. 509 v. 2 et de regibus Yadhmurmalik et Watar'îl confer tit. 507 v. 1-3.

Verte nunc, si lubet :

1 *Halakyafa', filius 'Amm'a-*
2 *hari, e gente Ḥârith Sikka-*
3 *t, consecravit Matabnaṭ-*
4 *yâno, patri potentiæ (?). Jussu Ma-*
5 *tabnaṭyâni et deorum*
6 *Harami, die Yadhmur-*
7 *maliki et Watar'îli.*

ARTICULUS V.

MATABNAṬYÂN, SAXUM TEMPORIS.

Epitheton טורערן, quod in Hal. 145 certo et in 158 dubie occurrit, explicari potest « saxum temporis », arabice طور عِدّان; cf. J. H. Mordtmann in *Zeitschrift d. d. morg. Gesellschaft*, XXXI, p. 85, qui צור pro טור legens vertit « imago temporis ». Conferre licet hebraicum צור עולמים « saxum sæculorum », quo Deus in Is., XXVI, 4, designatur.

514

Hal., 145.

Titulum antecedenti simillimum et itidem septem versus tenentem edidit J. Halévy, *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 153 (separatim excusum, p. 123), et vertit, *ibidem*, p. 494 (separatim excusum, p. 242).

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis transcripta :

1 הלכיפע ו בן ו עמע
2 הר ו דאהל ו חרת ו סכ
3 תן ו הקני ו מתבנט
4 ין ו טורערן ו ברע
5 ט ו מתבנטין ו ואל
6 אלת ו הרם ו ביום ו י
7 דמרמלך ו וותראל

Lege commentarium tit. 513 et verte :

1 *Halakyafaʿ, filius ʿAmmʿa-*
2 *hari, e gente Ḥârith Sikka-*
3 *t, consecravit Matabnaṭ-*
4 *yâno, saxo temporis. Jus-*
5 *su Matabnaṭyâni et deo-*
6 *rum Harami, die Ya-*
7 *dhmurmaliki et Watarʾîh.*

515

Hal., 158.

Tenore titulus cum tit. 510 et 511 omnino congruit, itaque facile restituuntur quæ a sinistra desunt, quum undecim versus, qui præter ultimum novem ad undecim litteras olim habuerunt, sex vel pauciores tantum servaverunt. Inscriptionem vulgavit J. Halévy, *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 160-161 (separatim excusum, p. 130-131).

Hæc præbet apographon Halevyi :



Quæ completa et hebraicis litteris transcripta :

1 עמאנס ו [בן ו כ
2 לכם ו כב[ר ו נהמ
3 תן ו עב[ד ו ותרא
4 ל ו הקנ[י ו מתבנ
5 טי[ן ו טורעד
6 ן ו בד[ת ו חמי
7 ם ו וכ ו ע[תתר ו ב
8 אסן ו ו[ב ו אלא
9 לת ו הר[מם ו וב
10 רעט ו ו[תראל ו ו
11 הרמ[ם

Vide commentarium tit. 509 et verte :

1 *'Amm'anas, [filius Ka-*
2 *lbi, prin[ceps Nahma-*
3 *ti, ser[vus Watar'i-*
4 *li, consecra[vit Matabna-*
5 *ṭyâ[no, saxo tempo-*
6 *ris. Nomine Dhâ[t Ḥimya-*
7 *mi et 'A[thtari Ba-*
8 *'sânensis et [deo-*
9 *rum Hara[mi et*
10 *jussu Wa[tar'ili et*
11 *Haram[i.*

ARTICULUS VI.

MATABNAṬYÂN 'ATHAT.

De voce עתת, quæ nomen Matabnaṭyâni adauget et in uno titulo reperitur, vide quæ supra, in proœmio capitis, scripsimus.

516

Hal., 154.

Septem et viginti versus ordine *boustrophedon* ductos, qui tredecim ad sedecim litteras habent, præbet titulus. Nonnulla in v. 11, 13, 15, 16 exciderunt. Inscriptionem edidit J. Halévy, *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 158-159 (separatim excusum, p. 128-129), et partim gallice vertit *ibidem*, p. 445 (separatim excusum, p. 243). Membra tituli ab apographo Halevyi falsarius quidam excerpsit atque disjecta et cum fragmentis titulorum aliorum commixta in ære vel in gypso tincto incidit. Quæ, ectypis chartaceis expressa et a F. Prætorius in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXVI (1872), p. 429-430, vulgata in Britannico Museo, n^is^ 28 *b*, *d*, *e*, servantur.

Quæ hebraicis litteris transcripta :		Hæc apud Halevyum leguntur :
1 ← חיבצם | בן | חלום | א	←	𐤀 | 𐤁𐤍𐤖𐤔 | 𐤇𐤋𐤌 | 𐤁𐤈𐤍𐤔
2 עפיקרצ | סנתנ | ב →	→	𐤊 | 𐤓𐤑𐤓𐤂 | 𐤈𐤉𐤔𐤔𐤉𐤉
3 ← לאהל | נעמן | שלא | מ	←	𐤋 | 𐤀𐤖𐤋 | 𐤇𐤍𐤌𐤉 | 𐤖𐤔𐤀𐤆
4 סוי | תתע | זיטנבת →	→	𐤎𐤊𐤓𐤌𐤔𐤓 | 𐤉𐤔𐤇 | 𐤔𐤌𐤂
5 ← הקדמהו | ידמרמלך |	←	𐤓 | 𐤓𐤖𐤋𐤌𐤋𐤊𐤔 | 𐤉𐤔𐤂𐤆𐤉𐤔
6 בה | אבצו | זסוא | אבצ →	→	𐤁𐤄𐤀 | 𐤀𐤌𐤎𐤓 | 𐤌𐤁𐤄𐤀 | 𐤉𐤄
7 ← ד | להב | נשן | ועקב | בנ	←	𐤄 | 𐤐𐤌𐤉 | 𐤋𐤉𐤍 | 𐤉𐤍𐤆
8 בתע | דע ‖ ‖ בפרח | זש →	→	𐤔𐤆 | 𐤓𐤒𐤑𐤁 ‖ ‖ 𐤌𐤉 | 𐤊𐤔
9 ← המו | כרבאל | נשן | ות	←	𐤕 | 𐤉𐤔𐤍 | 𐤋𐤀𐤁𐤒𐤓 | 𐤌𐤄
10 מי | זרנהב | יסעו | הרב →	→	𐤁𐤓𐤑 | 𐤌𐤏𐤔𐤉 | 𐤓𐤒𐤓𐤒 | 𐤉𐤂
11 ← ....ואחכבהו | וצד	←	𐤃𐤔𐤌 | 𐤌𐤑𐤌𐤍𐤃𐤔𐤌....
12 ו | זונפו | דעיו | זק →	→	𐤑 | 𐤌𐤉𐤌𐤊 | 𐤌𐤑𐤓𐤌𐤓 | 𐤌
13 ← טבהו | ו.. | נויה	←	𐤑𐤉𐤌𐤍 | ..𐤌 | 𐤌𐤑𐤌𐤓
14 בהדב | יסעו | ופצ | ו →	→	𐤌 | 𐤂𐤑𐤌 | 𐤌𐤌𐤔𐤉 | 𐤌𐤄𐤑𐤌
15 ← י | קתבת | ודי | חקר.	←	.𐤊𐤑𐤓 | 𐤄𐤌 | 𐤀𐤌𐤊𐤑 | 𐤉
16 פ | זביסבו | דהקו | . →	→	.| 𐤌𐤑𐤒𐤄 | 𐤌𐤌𐤔𐤉𐤌𐤓 | 𐤑
17 ← קח | דחלוכל | באחנ	←	𐤍𐤓𐤔𐤌 | 𐤍𐤄𐤌𐤋𐤒𐤄 | 𐤓𐤑
18 מם | סתאמ | סרפת | זו →	→	𐤌𐤓 | 𐤑𐤒𐤄𐤀 | 𐤀𐤔𐤊𐤀 | 𐤀𐤀

19	← וופד | פישן | ממד | וה	←	٤٥ | ٨٤٦ | ٨٦٣٥ | ٨٥٥٥
20	י | והלחנו | בעת | טבנ →	→	٢٨٦ | XΠΠ | ٥٢٣١٤٥ | ٢
21	← דמרמלך | נוים | לחנ	←	٨٣٦ | ٦٢٥٤ | ٨٦٦ | ٨٦٥٥٨
22	ר | עקבקו | חבדו | מצב →	→	٥ | ٥٨٢٣ | ٨٥٢٦ | ٢٨٦
23	← ודם | תנים | ברעט | אל	←	٦٨ | ٤٥٨٦ | ٦٢٨٤ | ٥٨٥
24	מדיו | זיטנבתמו | הקמ →	→	٦٤٢ | ٥٦XΠ٢٦٢٤ | ٥٢٨٦
25	← רמלך | ובבעתתר | וב	←	Π٥ | ٨X٤٥ΠΠ٥ | ٨٦٦٨
26	נבו | טבנמלאו | ממרה →	→	٢٨٦٦ | ٥٨٢٦٨٢ΠΠ | ٥Π٢
27	← הו | והעשר | דהורתהו	←	٥٢٤٨٥٢٨ | ٨٦٥٢٥ | ٥٢

Versus 1. חיבצם in חנבצם, collato v. 21, emendandum est; cf. بيت حَنْبَص apud Al-Hamdânîum, *Djazîra*, p. 82, et vide A. Sprenger, *Die alte Geographie Arabiens*, p. 180. — חלום nomen hominis vel gentis inauditum.

Versus 1-2. וצדקיפע | נתנם | אב. Hoc modo Minæi sæpe liberos consecrantis nominant, quum Sabæi ובניהו scribere solent; vide J. H. Mordtmann, *Minäische Epigraphik*, p. 77. — נתנם, alias non repertum, cum hebraico נָתָן comparare licet, decurtato a נתנאל vel אלנתן. — וצדקיפע. Restituenda est conjunctio ו, quæ in editione Halevyi omissa, tamen in pristino apographo ejus exstabat, ut e Br. M. 28 *e* liquet.

Versus 3. נעמן; vide tit. 37 v. 4. — שלא Minæorum sermonis instar pro sabæo הקני usurpatur.

Versus 4. עתת. Vide proœmium capitis.

Versus 5. ילמרמלך. Vide tit. 507 v. 2-3.

Versus 6. עבא. Vide tit. 299 v. 2 et 353 v. 4. King, *Journal of the Royal Asiatic Society*, 1909, p. 491, juxtaponit tigrinum ጸብ «expeditio ad latrocinandum» et arabica ضباء «insidiæ» et ضبأ «insidiose rapere». — אוסן hic nomen gentis, ut in Hal. 472, v. 1; regni vel regionis in Lupar. 4098 (Derenbourg, *Nouveaux envois*, 1), v. 3-4; 4741, v. 2; Gl. 1600, v. 2 (cf. E. Glaser, *Skizze*, II, p. 89-90 et 136); castelli in Lupar. 1541 (Derenbourg, *Monuments*, 21), v. 3, et in titulo Br. M. a J. Halévy in *Revue sémitique*, 1910, p. 98, n° 4, v. 1, edito; denique nomen hominis in Hal. 195, v. 10, et Lupar. 4564 (Lambert, *Nouveau supplément*, 27).

Versus 6-7. הבל. Nomen regionis ignotæ, fortasse mendosum. — דהב «effluvium», cf. דהבי in v. 14; Gl. 554 (infra, 540), v. 26; 618 (infra, 541), v. 112; 1000 *b*, v. 2 (apud E. Glaser, *Zwei Inschriften*, p. 57), et tit. Br. M. ab Halevyo in *Revue sémitique*, 1908, p. 293, n° 1 (*Répertoire*, 852), v. 3, editum et vide quæ infra, primi tituli occasione scripsimus. — נשן; vide tit. 440 v. 4. — עקב videtur verbum esse, non substantivum, ut supra, p. 149, tit. 448 v. 3 occasione diximus de voce עקב disserentes. Arabicum عقّب «iterare, redire» conferentes vertimus «rediit».

Versus 8. חרפם quum duale esse non possit, numerum II pro ordinali «secundus» habemus. — עד. Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 51, opinatur עד esse conjunctionem, at, quum עתבהמו infinitivus potius quam perfectum sit, præpositio solita esse potest.

Versus 8-9. עתבהמו. Vocem עתב alias non occurrentem nisi fortasse in Hal. 447, v. 4 (אעתבן), explicamus dubitanter «submisit» arabici أعتب «satisfecit alicui» memores. Suffixum ad Ḥanbaṣum et ejus milites referimus, quibus Karîb'îl Našânum submisit. Karîb'îlum ducem Našânensium fuisse conjicimus; cf. infra, tit. 579 v. 3 commentarium.

Versus 9-10. ותברה. De verbo תבר vide tit. 419 v. 2. Suffixum ad Našânum referri putamus.

Versus 10-11. ...ים vel initium nominis urbis (Glaser, *Mittheilungen*, p. 18) vel nominis appellativi objectum verbi עסי, forsan ימנם «dextera, potestas» designantis. — אתבבהו. Voces radice תבב formatas in commentario tit. 320 v. 3 congessimus, et titulis allatis addi debet Hal. 520, v. 15, ubi verisimiliter אמן | ואתבב pro אתבטאמן legendum est. Glaser, *l. c.*, vertit «juga». Non abest quin designentur ædificia quædam.

Versus 11-12. ופנון | ויעד | צרקן videntur nomina locorum esse; vide quæ ad tit. 509 v. 1 adnotavimus, ubi פנון et יעד nominantur.

Versus 12-13. טבהו obscurum, quum dubium sit utrum a radice טבב an טיב ducendum sit.

(Impressum mense februario 1918.)

Versus 13-14. נויהו | . . ו. H. Derenbourg in adnotatione manuscripta complet נויהו | וכל legens, collato Hal. 210, v. 2, ubi וכללנוי in נוי | וכל emendandum est. Vox נוי (cf. v. 13) in Gl. 1061 (Vindob. 12), v. 2, 4, 5 occurrit et a D. H. Müller vertitur «pratum»; cf. hebraicum נָוֶה «sæptum». — צפו. Occasione tit. 449 v. 2 congessimus exempla hujus vocis et opinati sumus hic et in Hal. 188, v. 2; 196, v. 13; 238 = Gl. 283 = Br. M. 91, v. 5; Gl. 284 = Br. M. 92, v. 4; Gl. 298 = Br. M. 81, v. 2 צפו esse verbum, sed nunc inclinamur ad id pro nomine loci habendum.

Versus 14-15. לחבי duale vocis לחב, de qua vide v. 7. — קתבת nomen loci alias non repertum; cf. קתבן. — . . לחקר itidem nomen loci inauditum.

Versus 16. קהד; cf. القهاد apud Al-Hamdânîum, *Djazîra*, p. 149, et قَهَد apud Yâḳûtum, *Muʿdjam*, IV, p. 208. — סיבן jam commemoratur in Ḥiṣn-al-Ghurâb, v. 6, et Gl. 1000 *b*, v. 8 (apud Glaserum, *Abessinier*, p. 14).

Versus 16-17. פקח. Incertum est utrum ad verbum פקח «aperiit» pertineat, de quo vide commentarium tit. 289 v. 3 et 372 v. 2 et 3, an ad verbum קיח «aream fecit», de quo vide titulum priorem.

Versus 17-18. באחנון | כל | לחל omnino obscura et certo mendosa sunt. — תפרם jam invenitur in Hal. 151, v. 10 et תפד in 148, v. 8. H. Derenbourg in nota manuscripta censet תפד esse mensuram quamdam. Quæ vox videtur e radice ופד orta, quæ in versu sequente reperitur, futurum יפד in titulo Elʿolæ a M. Lidzbarski, *Ephemeris*, III, p. 208, edito, v. 8. ופדם nomen hominis in O. M. nunc 31 v. 1 et forsan etiam in Hal. 88, v. 1; 102, v. 3; 520, v. 9; cf. Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 93. ופדם est cognomen in Hal. 615, v. 22, ut יפד in tit. 1 v. 1. — טמ in מטמד complemus collatis v. 19 et Hal. 148, v. 9, et a radice מדד ducimus, ad quam מדת in Gl. 618 (infra, 541), v. 96, pertinet, vertentes dubitanter «spatium».

Versus 19. ופד, arabico وفد collato, interpretamur «assecutus est». — פישן; vide quæ ad tit. 418 v. 3 adnotavimus. — ממד; vide versum antecedentem.

Versus 19-20. הנבט, in Hal. 174, v. 2, legendum, in Lupar. 4541 (Lambert, *Nouveau supplément*, 11), v. 3, iterum occurrit, sicut סנבט in minæis titulis Hal. 449, v. 2; 453, v. 3; 520, v. 17, et, collato arabico أَنْبَطَ, «aquam emisit» significat. Huc pertinet etiam נבטם in tituli Luparensis supra citati v. 4, et cf. אלמנבט in v. 26. — תעב nomen putei. — נחלהו «donavit» videtur 2ª forma verbi esse; vide quæ ad tit. 350 v. 10, vocis הנחלהו occasione, adnotavimus.

Versus 21. נוים. Vide v. 13.

Versus 22. לקבץ, i. e. לקבץ | עתתר. De nomine dei omisso confer tit. 390 v. 3; 398 v. 12; etc.

Versus 23. תנים forsan est arabicum ثَنِيّ «ovis duobus annis nata».

Versus 25. בעתתר, dux Harami, cum Yadhmurmaliko jam in Hal. 151, v. 5, et 153, v. 9, commemoratur. De nomine vide tit. 282 v. 6-7.

Versus 26. אלמנבט. Ejus mentio alias non fit. Similiter formata sunt nomina אלמנד et אלמידע (vide supra, p. 2). Vox נבט in nominibus hominum נבטם, נבטאל, נבטיפע, נבטעלי, נבטעם occurrit.

Versus 27. והעשר | להורתהו. Quanquam העשר quartæ formæ verbi similis est, contextu impellimur ut id pro substantivo habeamus, quod, arabico معشر fulti, interpretamur «grex», et הורת ut תורת in tit. 37 v. 3 (vide quæ in t. I, p. 452, scripsimus) «hereditatem cepit» explicamus. Participium femininum ורתת in tit. 95 v. 2 et substantivum plurale אורת in ejusdem tituli. v. 5 reperiuntur.

His præmissis titulum ordine solito ductum et emendatum iterum transcribimus et, quantum valemus, vertimus :

חנבצם | בן | חלום | א	1	*Ḥanbaṣ, filius Ḥalwi, pa-*
ב | נתנם | [ו]צדקיפע	2	*ter Natani [et] Ṣadaḳyafaʿi,*
דאהל | נעמן | שלא | מ	3	*e gente Naʿmân, consecravit Ma-*
תבנטין | עתת | יום	4	*tabnatyâno ʿAthat, quando*
הקדמהו | ידמרמלך |	5	*præfecit ipsum Yadhmurmalik*
צבא | אוסן | וצבא | הב	6	*expeditioni Ausâni et expeditioni Haba-*

ד ו לחב ו נשן ו ועקב ו בנ	7	*dhi (in) effluvio Našâni. Et rediit in Na-*
שן ו חרפם ‖ ו ו ‖ עד ו עתב	8	*šânum anno altero donec submi-*
חמו ו כרבאל ו נשן ו ות	9	*sit ipsis Karîb'îl Našânum et fre-*
ברה ו ועסי ו בהגרן ו ים	10	*git eum. Et egit in urbe .....*
.... ו ואחבכהו ו וצד	11	*... et ædificiis (?) ejus et Ṣad-*
קן ו ויעד ו ופנון ו ו	12	*ḳâni et Ya'ûdi et Fanwâni et*
טבהו ו ו[כל] ו נויה	13	*.... ejus et toto prato e-*
ו ו צפו ו ועסי ו בלחב	14	*jus Ḍafw. Et egit in effluvio*
י ו קתבת ו ולי ו חקר.	15	*utroque Ḳatabati et Dhû Ḥaḳari..*
פ ו וקהד ו וכסיבן ו .	16	*.. et Ḳihâdi; et Saibâni ape-*
קח ו לחלוכל ו באחנ	17	*ruit.....*
ון ו תפדם ו מאתם ו מם[ד	18	*... tractus centum spatii.*
וופד ו פישן ו מסד ו וה	19	*Et assecutus est (?) Faišân spatium et e-*
נכט ו תעב ו ונחלהו ו י	20	*misit aquam Taghûbi; et donavit id Ya-*
לכרמלך ו נוים ו לחנ	21	*dhmurmaliḳ pratum Ḥan-*
בצם ו ולבח ו לקבץ ו ו	22	*baṣo. Et sacrificavit Dhû-Ḳabḍo et*
ודם ו תנים ו ברעט ו אל	23	*Waddo (ovem) duobus annis natam. Jussu Îl-*
מקה ו ומתבנטין ו וילמ	24	*maḳahi et Matabnaṭyâni et Yadhmu-*
רמלך ו ובבעלתהר ו וב	25	*rmaliki et nomine Bû'athtari et*
הרמם ו ואלמנבט ו וכנ	26	*Ḥarami et Îlmanabaṭi et filiorum*
הו ו והעשר ו להורתהו	27	*ejus et gregis heredum ejus.*

CAPUT XIV.

INSCRIPTIONES SABÆÆ DEO DHÛ SAMÂWIO DEDICATÆ.

ARTICULUS I.

DHÛ SAMÂWI.

Nomen ذسمو dominum cæli significare et numini Phœniciorum בעל שמם (*C.I.S.*, I, tit. 7, v. 1) et Aramæorum בעל שמין (De Vogüé, *Syrie centrale*, p. 73) respondere opinati sunt plerique rebus sabaicis studentes, scilicet E. Osiander in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XIX (1865), p. 271, quanquam non omnino negat سمو nomen proprium esse posse; F. Prætorius, *Neue Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften*, 1873, p. 29; J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, 1874, II, p. 201-202 (separatim excusum, 1875, p. 152-153), et *Ex-voto sabéens*, in *Revue sémitique d'épigraphie et d'histoire ancienne*, VII (1899), p. 269; E. Meyer in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXXI (1877), p. 741; Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, 1883, p. 12. At W. Fell in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, LIV (1900), p. 258-259, arabicum سحاب «nubes» conferens, interpretatus est ذسمو «pluviosus»; M. Lidzbarski, *Ephemeris für semitische Epigraphik*, I, 1902, p. 243-247, censet سمو cælum non designare, quod sabaice سمين sit, et dubitans explicat ذسمو «plenus altitudinis», sed opinionem ejus confutavit M. Hartmann in *Zeitschrift für Assyriologie*, XXI, 1907, p. 14-16, monens E. Littmann in *American Journal of Archæology*, 1905, p. 208, בעל سمي (juxta בעל سمن) in safaiticis inscriptionibus reperisse et apud Assyrianos Istar dominam cæli appellatam esse. Denique E. Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, 1907, p. 253, contendit سمو loci nomen esse sicut Baʿdân in Dhât Baʿdâno. At ذسمو cum Dhât Baʿdâno et Dhât Ḥimyamo non comparandum est, quum illa numina nusquam epithetis ornentur, ذسمو autem vocibus בין | בעל | אמרם | אלה aut בקרם | בעל aut ותרם | עדי adaugeatur. Ergo veterem interpretationem servamus. Notatu quoque dignum est signum H, in titulis Îlmaḳaho dicatis frequentissimum, etiam in aliquot inscriptionibus deo ذسمو consecratis, videlicet Fr. 20 (infra, 524), Os. 36 (infra, 531), Hal. 682 (infra, 532), Miles 1 (infra, 534), inveniri, unde concludere licet deum ذسمو pro eodem numine ac Îlmaḳahum a Sabæis habitum esse. Attamen Mordtmann et Müller, *o. c.*, p. 11, conjiciunt H initium nominis ذسمو esse.

Quod ad formam vocis سمو pertinet, Osiander, *l. c.*, et Prætorius, *l. c.*, enuntiaverunt eam *samway*, litteram *yá* pluralis signum esse existimantes; Halévy, *l. c.*, *samaway;* E. Meyer, *l. c.*, legit eam *samâvi* tanquam singularem, collato assyriaco *šamami*. Quem sequuntur Mordtmann et Müller. *l. c.*, animadvertentes formam breviorem سمي. in nonnullis titulis repertam, cum forma æthiopica ሰማይ ፡

ሰማይ in inscriptionibus axumensibus omnino congruere; in formam סמוי consonantem *wâw* introductum ad hiatum vitandum, sicut fit in æthiopico antiquo; cf. A. Dillmann, *Grammatik der æthiopischen Sprache*, § 41 [et compara *wâwum* in צנעו et nominibus similibus adhibitum]. Attamen putant לסמוי adjectivum esse posse ut arabicum بحري. Griffini quoque videtur סמוי pro adjectivo habere, quum in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, 1906, p. 662, vertat לסמוי « hic cælestis ». F. Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, 1897, p. 44, dubitans *samâwi* pro plurali habet, sed in *Aufsätze und Abhandlungen*, 1899, p. 141, legit Dhû-Samwây ad modum minæorum mensium nominum Dhû-Šamsây, Dhû-Abhây. Glaser quoque, *l. c.*, legit Samway; Hartmann vero, *l. c.*, Samâwî, quod pluralem esse censet. Nos ad opinionem Meyeri, Mordtmanni et Muelleri revertimus סמוי *samâwi* enuntiantium, quod, sicut *samâyi* (סמי), singularis numeri est, et putamus litteram *yâ* genitivi signum esse. E titulis Dhû Samâwium commemorantibus nullum adhuc tractavimus. Nunc ergo illos ubi deus nullo epitheto ornatur edimus, præter unum, scilicet Hal. 149, quem ut numini alii dicatum capiti posteriori servamus.

517

Os. 32; Br. M., 30.

(Tab. XX.)

Monumentum Mâribi repertum, a summo integrum, a ceteris lateribus ruptum, $0^m,24$ altum, $0^m,57$ latum, $0^m,11$ profundum, præbet inscriptionem e plano eminentem et quinque versus tenentem, quorum ultimus vestigia pauca tantum servavit et ceteri viginti ad quatuor et viginti litteras habent. Eodem tempore ac tit. 1 confectum similem tenorem præbet, ut D. H. Müller ostendit. Titulus, qui in Museo Britannico servatur et cujus imaginem de monumento ipso sumptam et luce solis expressam tabula vicesima præbet, a L. Birch et A. W. Franks, *Inscriptions in the Himyaritic Character*, 1863, n° 30, vulgatum est.

De titulo egerunt: E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XIX (1865), p. 269-272. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, 1874, II, p. 500-502; separatim excusum, 1875, p. 151-153. — D. H. Müller, *Sabäische Inschriften entdeckt und gesammelt von Siegfried Langer*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXXVII (1883), p. 387; separatim excusum, p. 69.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris transcripta :

1 בניהמו | עזזם | וזידלת | וסעד
2 ותרן | והשקרן | ביתהמו | יפץ
3 בן | והבאל | יחז | מלך | סבא
4 דנם | וב | אלההמו | לסמוי | ורת
5 ʾ ..... ?

Versus 1. עזזם forsan etiam in Hal. 190, v. 1, legendum est; cf. עזזלת in Landberg 5 = Lupar. 6269, v. 1 et 7. Arabicum عزيز contulit D. H. Müller in *Zeitschrift d. d. m. Gesellschaft*, XXIX, p. 619, et palmyrenum עזזו F. Hommel, *Grundriss*, p. 123, quod «iratus» vertit. — זידלת in minæo titulo Hal. 411 = Gl. 1073 = Vind. 11, v. 5, iterum reperitur. De nominibus voce לת formatis vide tit. 408 v. 1 et adde נצלת in tit. 434 v. 12. זידלת ab Ibn Doraido, *Ištiḳâḳ*, p. 315, commemoratur scribente زيد اللات et comparante تيم اللات, وهب اللات, سعد اللات, سكن اللات et شكم اللات. — סעד. E multis nominibus hac voce incipientibus elicit Müller סעדהון in tit. 1 v. 1 occurrens; num recte, dubitamus.

Versus 2. יפץ; vide quæ nominis תפץ occursu ad tit. 1 v. 3 adnotavimus. Müller jure animadvertit יפץ et תפץ cum genere vocum בית et צרחת congruere.

Versus 3. Collato tit. 1 v. 5 suppleri potest | כרבאל | סבא | מלך | יהנעם | ותר; cujus regis in tit. 326 v. 4 quoque mentio fit, a rege Sabæ et Raidânensium itidem appellato in tit. 373 v. 1 et 2 distinguendi; vide M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 138. — יחז | והבאל; vide tit. 1 v. 5; 380 v. 6-7 et cf. Hartmann, *l. c.*

Versus 4. לסמוי; vide proœmium capitis. — [דו]רת conjicit recte Halévy.

Versus 5. Littera *yâ* forsan explebat nomen לסמוי.

Muellerum plurime secuti, titulum pro posse restitutum iterum transcribimus :

1 ..... | ו] בניהמו | עזזם | וזידלת | וסעד.....
2 ..... | בניו | וה]ותרן | והשקרן | ביתהמו | יפץ [ו במקם | מרא
3 חמו | כרבאל | ותר | יהנעם | מלך | סבא ו] בן | והבאל | יחז | מלך | סבא [ו בעתתר | וב |
4 אלמקה | וב | הובס | ובנת | חמים | ובנת | בע]דנם | ובאלההמו | לסמוי | ורת[דו | ביתהמו
5 יפץ | ..... | לסמו]י

Quem sic vertimus :

1 ....*et*] *filii eorum ʿAzîz et Zaidlât et Saʿd*.....
2 .....*exstruxerunt et fun*]*daverunt et texerunt domum suam Yafuḍḍ* [*potestate domini*
3 *ipsorum Karibʾîl Watar Yuhanʿim, regis Sabæ,*] *filii Wahbʾîli Yaḥûz, regis Sabæ.* [*Nomine ʿAthtari et*
4 *Îlmaḳahi et Haubasi et Dhât Ḥimyami et Dhât Ba*]*ʿdâni et dei ipsorum Dhû Samâwii et commi*[*serunt domum suam*
5 *Yafuḍḍ*.....[*Dhû Samâwi*]*o.*

518

Hal., 359.

Titulus a J. Halévy As-Saudâi (de quo loco vide proœmium tit. 320) repertus et in ejus *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1874, II, p. 202 (separatim excuso, p. 192), editus septem versus a dextera et sinistra partim truncatos servat, qui numero litterarum infra limites decem ad triginta et sex valde differunt.

Hæc præbet apographon Halevyi :

1 ⵃⵎ◦ ⵊⵑ◦. ⵃⵢⵊⵆⵅ ⵃⵢⵅⵅ◦X ⵄⵑⵢⵖⵣ ⵃ

2 ⵄⵊⵀ ⵃⵊⵆⵀ ⵊⵢⵅ ⵛⵆⵑⵎ ⵄⵅⵢ ⵀⵎⵑⵃ◦ ⵎⵊⵑ◦

3 Xⵗⵎ ◦ⵀⵃ◦ⵑ◦ ⵃⵃⵖⵛⵗⵗ◦ ⵃⵛⵆⵑⵗ ⵃⵜⵢⵎ ◦ⵀⵗ

4 ⵎ ⵄⵆⵎ◦ ⵃ◦ⵃⵖⵎ ⵅⵎⵅ ⵚⵆⵄⵆ ⵃ◦ⵆXⵢ ⵖⵊⵅ◦ ⵃⵆ◦

5 ⵃⵎXⵄ ◦ⵀⵄⵅ◦ⵜⵢ ⵎ◦ ⵢⵆⵅⵆⵀ ◦ⵀⵀⵆⵅ◦ ⵢ◦ⵄ

6 ⵅ ⵅⵆⵅⵆⵅ◦ ⵄ

7 ⵅⵊⵛ◦ ◦ⵀⵊⵊⵅⵅ ⵜⵢ

Quæ hebraicis litteris transcribimus, nonnulla supplentes et emendantes :

1 ..... | ב]ן | שפיקם | תוסאין | אמרין | [ה]והר | ובנ

2 י ו] | וטרב | ונקבן | יסם | בקלח | סיר | הגרן | הרמ[ם |

3 ו]דהו | בידן | דקלחן | ודמחפדן | והערהו | בדת [ו ד

4 עלן | וארץ | יתלון | למלך | סבא | בפנון | ובלם | ב[ד

5 ס]מוי | ואלההמו | הלאלי | וב | ידעסמה | ומתבנט

6 ין | ואלאלת | א

7 רתד | אסטרהו | וחרת

Versus 1. שפיקם a Mordtmanno et Muellero, *Sabäische Denkmäler*, p. 12, transcribitur Šufaiḳ tanquam diminutivum nominis שפקם, de quo vide tit. 467 v. 2. — תוסאין patronymicum inauditum, quo fretus F. Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 117, pro יולא in Hal. 190, v. 3, תוסא legit; num jure, dubitamus. — אמרין. Mordtmann et Müller, *l. c.*, conferunt, ut putamus recte, nomen tribus אמרם, de quo loquemur infra, in tit. 528 v. 3 commentario; vide etiam M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 311. Animadverte nomen consecrantis duobus patronymicis ornatum esse.

Versus 2. טרב. Substantivum טרב in Flemming 1, v. 3,

et in titulo Br. M. ab Halevyo in *Revue sémitique*, 1910, p. 98, n° 2, edito, v. 2, dubio sensu occurrit. Collato arabico طرب «adhæsit» vertimus verbum hic «conjunxit». — נקבן pro נקבה legimus, quum suffixum ad nihil referri possit. Verbum נקב in tit. 20 v. 2 et 149 v. 1 valde dubium, in Gl. 1406 (apud O. Weber, *Studien*, II, p. 27), v. 2, reperitur, ubi «designavit» significare videtur. — יסם pro nomine ædificii habemus comparantes nomen montis يسوم in Al-Hamdânî *Djazîra*, p. 125 et 126, et Yâḳûti *Muʿdjamo*, IV, p. 1020. — קלח; cf. לקלחן in v. 3. Glaser, *Mittheilungen*, p. 51, opinatur קלח esse ædificium quoddam vel apparatus ad colendum et docet vocem قلح in Yemeno «aravit» vel «interlucavit stipulas» vel «baculo مقلح appellato acervos mensus est». Quidni «horreum» sonet? — סיר «suburbium». Vide quæ ad tit. 37 v. 9 et 376 v. 9 adnotavimus. — הרמם. De hoc loco vide quæ in capitis XIII articuli I proœmio diximus. Utrum הרם an הרמם legendum sit dubium, quum utrumque reperiatur; prius quidem rarius (tit. 513 v. 6; 514 v. 6; Hal. 159, v. 7 et 8).

Versus 3. לזהו. Antea addimus copulam ו. — ביזן; cf. ביז in Hal. 86. Verisimiliter ביז compositum e præpositione ב et voce יד «manus», quod interpretamur: «ad latus, prope», collato hebraico על יד. — קלחן; vide v. 2. — תעדהו; vide quæ tit. 369 v. 2 occasione scripsimus. Necquicquam emendat Glaser, *l. c.*, יעד in יעד.

Versus 4. עלן in ועלן complemus et cum בדת in fine versus antecedentis dubitantes conjungimus. De ועלן vide adnotationem ad tit. 347 v. 8. — יתלון. Verbum תלו sub fine tituli Lupar. 4724 (infra, 583) reperitur, ubi scriptum est במרתד | עתתר | יתלון | ול, et in Gl. 298 = Br. M. 81. Contextum et arabicum تبع «secutus est» respicientes vertimus «submittetur», mirati יתלון, non תתלון scriptum esse, quum ארץ feminis generis sit. — פנון «area»; vide commentarium tit. 329 v. 2. — ובלם videtur nomen loci esse quocum conferri libet وبال apud Yâḳûtum, *Muʿdjam*, IV, p. 900.

Versus 5. מוי in לסמוי certo complendum est. — הלאלי nomen dei omnino ignotum. — ומתבנ | ידעסמה legimus pro מתבנ | ידעסמהו. De nomine dei ידעסמה vide capitis XVI articuli X proœmium.

Versus 6. Littera ם menda esse videtur pro ין, finis vocis מתבנטין. א in אמר compleri potest, nisi ה legendum sit, initium nominis loci הרמם, ad modum tit. 510 et similium.

Versus 7. ריד in רתד emendavit jam H. Derenbourg in nota manuscripta. — אסטרהו. Vide tit. 374 (supra, t. I, p. 24). — חרת «septum»; vide tit. 330 v. 2-3.

Verte nunc, si lubet :

1 ..... *fi*]*lius Šufaiḳi, Taw'asensis, Amîrensis, fundavit et ædifi-*
2 *cavit*] *et conjunxit et designavit* (?) *Yasûmum in horreo suburbii oppidi Harami*
3 *et quod est prope horreum et arcem, et possessionem suam in Dhât Wa-*
4 *ʿlâno et terram quæ submittetur regi Sabæ in area Wabâli. Nomine Dhû*
5 *Sa*]*mâwii et dei ipsorum Halʾalay et Yadaʿsmuhui et Matabnaṭ-*
6 *yâni et deorum A.....*
7 *commisit inscriptiones suas et septum.....*

519

Os., 33; Br. M., 34.

(Tab. XX.)

Titulus Mâribi inventus fere integer, lapidi $0^m,17$ alto, $0^m,28$ lato, $0^m,055$ profundo, inscriptus, quatuor versus circiter viginti litterarum habens, in Museo Britannico servatus, vulgatus est a L. Birch et A. W. Franks, *Inscriptions in the Himyaritic Character*, 1863, Tab. XVII, n° 34.

De titulo egerunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XIX (1865), p. 272-273. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, 1873, II, p. 327-329; separatim excusum, 1875, p. 110-112.

Hæc leguntur :

ϕΨ ∣ Ϟ∘ΨΥ ∣ Ϟ∩ ∣ Ϟ⊐ΗΨΥ ∣ Ϟ∘ϴϴ
∘∩ ∣ ∘ΨΥϕ∘Ϥ ∣ Ϟ⊐ΙΖ⊐ ∣ Υ∘⊐ϴΗ ∣ Υϟ
ΧΗ∘ ∣ ΨϕΙ⊐Ϥ ∣ ∩∘ ∣ ϴ∩∘Ψ∘ ∣ ϽΧΖ
Υ∘⊐ϴΗ∘ ∣ ⊐ϟϟ∘∩ ∣ ΧΗ∘ ∣ ⊐ΥΙ⊐Ψ

Quæ hebraicis litteris transcripta :

1 אסעד ∣ יהאמן ∣ בן ∣ יהען ∣ הק
2 ני ∣ דסמוי ∣ מתלן ∣ לופיהו ∣ בע
3 תתר ∣ והובס ∣ וב ∣ אלמקה ∣ ודת
4 חמים ∣ ודת ∣ בערנם ∣ ודסמוי

Versus 1. אסעד. Litteram primam, quam desiderabat Osiander, Halévy recte supplevit; cf. tit. 24 v. 2. — יהאמן. De hoc cognomine, pro quo Osiander et Halévy errore legerunt יהסמן, vide tit. 10; 195 v. 4 et 14. — יהען; vide tit. 37 v. 1 et 4; 113 v. 1.

Versus 2. מתלן «statua» iterum occurrit in Lenormant 3 (*Comptes rendus de l'Académie des Inscriptions*, 1867, p. 242); מתלהו in Hal. 147, v. 7; verbum 8ᵃ formæ in tit. 380 v. 5. Osiander arabica ⟨ṯalṯ⟩ et ⟨ṯalṯaṯ⟩ et J. Halévy, *Études sabéennes*, p. 182, æthiopicum ⟨ṯalṯa⟩ juxtaponunt.

His præmissis vertimus :

1 *As'ad Yuha'min, filius Yuha'ini, conse-*
2 *cravit Dhû Samâwio statuam pro integritate sua. Nomine 'A-*
3 *thtari et Haubasi et Îlmaḳahi et Dhât*
4 *Ḥimyami et Dhât Ba'dâni et Dhû Samâwii.*

520

Hal., 171.

Titulum quinque breves versus tenentem invenit J. Halévy in loco dicto Al-Fer', qui est summa pars collis Medînet Haram dicti, de quo vide capitis XIII art. I proœmium. Inscriptionem, ut apparet, truncam edidit in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 163; separatim excuso, p. 133.

Hæc præbet apographon Halevyi :

∘⊐ΨΧΥΠΗ∘ ∣ ⊐ϱ ∣ Ͻ
ΨϕΨ∘ ∣ ΥϟΠΗ ∣ Ϟ∘∘
Ϥ ∣ ⊐ΥΧ ∣ ΥϟϕΨ∘
∘ϟΠΧϽ⊐ ∣ ∘Υ⊐ϴΗ
∘⊐ΨϕΨϤ ∣ ΥΨΧϴ

Quæ hebraicis litteris transcripta :

1 ר ∣ כם ∣ ודביהמו
2 ועד ∣ דבני ∣ והקח
3 והקני ∣ תים ∣ ל
4 דסמוי ∣ מרתבנו
5 אתחי ∣ לחפהמו

(Impressum mense februario 1918.)

Versus 1. כם | ר corruptum et fortasse in שׁמכם, nomen gentis, emendandum est, de quo vide tit. 314 v. 2. — Versu 4 freti conjicimus nomen consecrantis esse | תים לת.

Versus 2. ועד. Ex eadem radice formatum invenitur הועדהמו «advocavit eos» in Gl. 618 (infra, 541), v. 61-62, מעד in Gl. 531, v. 4, apud E. Glaser, *Abessinier*, p. 50-51; Gl. 618, v. 95; forsan etiam in tit. 315 v. 11, et מערתן in tit. 262 v. 3. Hic quoque הועד compleri potest. — הקח iterum in Mass. 5, v. 2; Gl. 803, v. 3 (apud F. Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 32), occurrit; הקוח in tit. 40 v. 2, ubi vertimus «area subdiali munivit»; nunc malumus explicare «sæpsit».

Versus 3. ל | תים in לת | תים complemus; cf. tit. Euting 879, 880, 881, et vide quæ ad tit. 408 v. 1 et 517 v. 1 adnotavimus; de linea separationis in medio nomine vide tit. 314 v. 5, 398 v. 4, 429 v. 3-4.

Versus 4. מרתבהו in מרתבנו dubitantes corrigimus et arabicum مرتبة «gradus, dignitas» comparamus.

Versus 5. אתחי omnino obscurum et verisimiliter mendosum. — לחפהמו. Vix a radice חפי ducendum est, qua formata sunt חפיהי et מחפי in Hal. 237, v. 2, חפי in Hal. 255, v. 1; cf. Gl. 287, v. 4 (ubi pro חפיח legendum est חפיה vel חפיהי). Quidni לחפהמו in לופיהמו emendandum sit?

His præmissis iterum transcribimus et vertimus quantum valemus :

תים ו לת ו בן ו ש]מכם ו ודביתהמו	1 *Taimlât, filius Śamki, cum iis domus eorum,*
ה]ועד ו דבני ו והקח.....	2 ..... *advocavit eos qui exstruxerunt et sæpserunt*
והקני ו תים ו ל[ת.....	3 .....*et consecravit Taimlât*
דסמוי ו מרתבהו.....	4 .....*Dhû Samâwio gradum suum* (?)
אתחי ו לופיהמו.....	5 .....*pro integritate ipsorum.*

521

Lupar., 4694.

(Tab. XX.)

Lapidi calcario $0^{m},105$ alto, $0^{m},13$ lato, $0^{m},05$ profundo, sunt sex versus inscripti, quorum pars sinistra nunc abscissa est et qui olim circiter viginti litteras habuisse videntur. A dextera quoque aliquot litteræ et fortasse signum dei desiderantur. Monumentum, cujus imaginem arte photographica expressam tabula vicesima præstat, in Luparensi Museo servatur.

Hæc leguntur :

1	⊟ ו ⊟⊙ሐ⊀
2	ו ו ⊀⊙⊟ሐ⊟ ו ⊀⊀⊀
3	11 ו ⊀⊓⊀⊀⊟⊟ ו ⊀⊀⊓
4	⊙ ו ⊙⊀⊀⊁⊀⊓ ו ⊀⊀⊙⊙
5	ו ⊀⊀⊙ ו ⊙⊀⊓⊁⊀ ו ⊀
6	ו ⊀⊓⊀⊙ ו ⊁X

Quæ hebraicis litteris transcribimus :

1	דאום ו ד
2	קני ו דסמוי ו צ
3	בלן ו דדהבן ו ל
4	וופי ו בבריהו ו ו
5	ן ו גרבהו ו וכל ו
6	תר ו והבס ו

Versus 1. סע]דאום facile completur; vide tit. 103, 112, 153, etc.

Versus 2-3. צ[למן | וא]בלן «statuam et camelum»; vide infra, commentarium tit. 535 v. 4.

Versus 3. In fine versus est addendum ופיהו.

Versus 4. בכריהו, verisimiliter dualis vocis בכר, quæ, ut hebraicum בֶּכֶר, camelum tenerum designat. Itidem בכרת in Littmann 3, v. 4 et 5-6, camelam teneram significat ut arabicum بِكْرَة (Lidzbarski, *Ephemeris*, III, p. 266) et hebraicum בִּכְרָה. In H. Derenbourg, *Nouveaux textes*, 3, v. 2, בכר «major natu» sonat; vide O. Weber, *Studien*, III, p. 40-41, et N. Rhodokanakis in *Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes*, XXVIII, p. 111.

Versus 4-5. Complemus dubitantes ן. . . . ו in ולהופין. — גרבהו; vide quæ ad tit. 407 v. 8 adnotavimus. Nunc quærimus num גרב potius «corpus» quam «persona» explicandum et arabicum جِرْم conferendum sit, *bâ'o* in *mîmum* mutato.

Versus 5-6. In fine conjicimus קניהו «bona ipsius».

Iterum transcribimus, quæ compleri possunt complentes :

1	סע]דאום ו ד.....	Signum numinis.
2	ה]קני ו דסמוי ו צ[למן ו ו	
3	א]כלן ו דדהבן ו ל[ופיהו	
4	וופי ו בכריהו ו ו[להופ	
5	י]ן ו גרבהו ו וכל ו [קניהו ו ב	
6	עת]תר ו וחבס ו [ואלמקה	

Et vertimus :

1 *Sa*ʿ*]d'awwâm*, ...
2 *con]secravit Dhû Samâwio sta[tuam et*
3 *ca]melum aureum pro [integritate sua*
4 *et integritate amborum camelorum tenerorum suorum. Et [utinam salvum*
5 *fa]ciat corpus ejus et omnia [bona ejus. Nomine*
6 **ʿ*Ath]tari et Haubasi [et Îlmaḳahi.*

522

Br. M.

(Tab. XX.)

Titulus in Britannico Museo servatus et a J. Halévy ex ectypo chartaceo hebraicis litteris transcriptus tenet sex versus a sinistra abscissos, qui nunc circiter octo et viginti litteras præbent. Præterea a summo et imo aliquot versus deesse videntur.

De titulo egerunt : J. Halévy, *Quelques nouvelles inscriptions sabéennes*, in *Revue sémitique d'épigraphie et d'histoire*, XIV (1906), p. 370-373 et 428. — M. Lambert in *Répertoire d'épigraphie sémitique*, II, 1912, p. 221-223, n° 850.

Quæ J. Halévy legit rursus sabæis litteris transcribimus :

1 ٢٠𐩣𐩱𐩧 ׀ 𐩦𐩨٠𐩲 ׀ 𐩣𐩱٠𐩦𐩧 ׀ 𐩦𐩬𐩥𐩦٠ ׀ 𐩱𐩲𐩣٢

2 ٠𐩺𐩣>𐩰𐩣 ׀ 𐩦𐩨>𐩱٢𐩧 ׀ 𐩦𐩣 ׀ 𐩣𐩦٢٠ ׀ 𐩦٠𐩧𐩣

3 𐩣𐩦٢٠ ׀ 𐩦٠𐩧٢ ׀ 𐩧٠ ׀ 𐩣>𐩨𐩣 ׀ ٠𐩺𐩣>𐩰𐩣𐩣 ׀ 𐩦𐩣

4 ٠𐩺𐩣٠>ٜ ׀ ٢1٠𐩣 ׀ 𐩦𐩣𐩧𐩧٠ ׀ 𐩬𐩦٠1٠𐩧

5 ٠ ׀ 𐩣٢𐩰𐩲 ׀ 𐩲>٠ ׀ ٢٠𐩣𐩱𐩧٠ ׀ 𐩦٠𐩬٠ ׀ 𐩦𐩧𐩣

6 ٠𐩺𐩣٠>ٜ ׀ 𐩦٠𐩬𐩣 ׀ 𐩲𐩬٢1 ׀ ٢٠𐩣𐩱𐩧٠ ׀ 𐩦𐩣>𐩰𐩣

Hæc enim J. Halévy scripsit :

1 יבאס ׀ ונגזן ׀ לנפסם ׀ אותן ׀ לסמוי

2 מצון ׀ וינם ׀ בן ׀ ליסרקן ׀ מחרמהו

3 בן ׀ במחרמהו ׀ בקרם ׀ ול ׀ יצון ׀ וינם

4 לולאמו ׀ גפנת ׀ ועלבן ׀ בעלי ׀ שעבהו

5 בלן ׀ ותפן ׀ ולסמוי ׀ פרא ׀ אחטם ׀ ק

6 מחרמן ׀ ולסמוי ׀ ליזא ׀ מתען ׀ שעבהו

Versus 1. יבאס. Verbi 4ae formæ imperfectum in tit. 444 v. 2 reperitur, participium frequenter (tit. 20 v. 4; 29 v. 5; etc.), sicut substantivum באסתם (tit. 82 v. 9; 393 v. 7; etc.). יבאס pro 2ae forma verbi habendum est nisi legitur יהבאס. — ננזן cum arabico نجز «delevit» confert J. Halévy (*o. supra c.*, p. 428). — לנפסם «sponte» (Halévy). Num בנפסם legendum sit quærere licet, nam locutionem adverbialem relativo ל incipere vix credendum est. — אותן; vide quæ ad tit. 204 v. 2 et 461 v. 10 adnotavimus. Præter tit. 204 v. 2 singularis occurrit in tit. 389 v. 4; 392 v. 1-2; 393 v. 3; 464 v. 2 et 5; 465 v. 5-6; Hal. 357, v. 1; Gl. 287 = Br. M. 93, v. 1; 288 = Br. M. 93 *a*, v. 1; pluralis in Reh. 1, v. 5, 7, 8; Hal. 199, v. 1; 352, v. 3; Mass. 10, v. 3; Lupar. 4722, v. 4.

Versus 2. מצון verisimiliter participium 2ae formæ verbi צון, cujus imperfectum in v. 3, perfectum in Hal. 252, v. 8, reperiuntur. Halévy, collato assyriaco *zamanu* vel *ṣamanu*, vertit «vastavit». — וינם «vinetum»; vide tit. 228 v. 2 et 296 v. 3. — ליסרקן ׀ בן. Vox בן hic, præpositioni arabicæ من respondere opinatur Halévy; at, collato titulo Haines, בן potius cum pronomine مَنْ hic conferendum est, etenim illic ׀ בן ׀ ורבקם ׀ חללם legitur, quod videtur explicandum esse «infirmus et religatus sit qui surripiet eum». Verbi סרק passivum in tit. 30 v. 4-5 occurrit.

Versus 3. בן finis verbi damnum quoddam designantis. — בקרם non «armentum» (Halévy) sed nomen sacrarii; vide infra, proœmium articuli III. — וינם ׀ יצון; cf. v. 2.

Versus 4. לולאמו. Conscius litteras ל et א incertas esse ducit tamen Halévy vocem a radice ולא, et vertit : «tectus, onustus». Nos conjectura abstinere malumus. — גפנת, alias non occurrens, explicat Halévy, arabico fretus «vitis». Cur גפנת *mîmatione* et *nûnatione* careat non facile percipitur. — עלבן; vide tit. 326 v. 1. — בעלי; vide tit. 494 v. 2 commentarium.

Versus 5. ותפן; vide tit. 99 v. 11 et 380 v. 5. — אחטם ׀ פרא. Pro אחטם legendum est כחטם. De locutione כ ׀ רא vide quæ tit. 396 v. 6 occasione scripsimus. רא hic optativum esse videtur. Verbum חטם, quod alias non occurrit, interpretatur Halévy contextum respiciens «delere».

Versus 6. ליזא sine *nûno;* ליזאן in 36, v. 8; 84 v. 9; cf. F. Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 25; יז sine *alifo* neque *nûno* in tit. 335 v. 4.

His præmissis vertimus quæ verti possunt :

. . . . . .

1 *damno afficiet et delebit sponte idola Dhû Samâwii. . . . . .*
2 *vastans vinetum, quicunque surripiet in sacrario ejus. . . . . .*
3 *. . . in sacrario Baḳaro et qui damno afficiet vinetum. . . . . .*
4 *. . . . . vinea et punietur erga tribum suam. . . . . .*
5 *hoc pacto. Quoad Dhû Samâwium, statuat pessumdare. . . .*
6 *sacrarium. Et Dhû Samâwi pergat protegere tribum ejus. . . .*

523

Gl., 1052; Vindob., 6.

(Tab. XXI.)

Tabulæ æneæ $0^m,24$ altæ, $0^m,16$ latæ, inscriptus est titulus novem versus tenens, quorum quisque præter ultimum circa viginti litteras habet. Monumentum ab E. Glasero Medînet Harami (de quo loco vide procœmium capitis XIII art. XIII) inventum in Museo Vindobonensi artium historico repositum est. De quo sumptam et arte photographica expressam imaginem tituli in tabula una et vicesima reperies.

De titulo egerunt : F. Hommel, *Das Sündopfer in der sabäischen Inschrift Hal. 681*, 1897. — D. H. Müller, *Südarabische Alterthümer im Kunsthistorischen Hofmuseum*, 1899, p. 21-24. — J. Halévy, *Ex-voto sabéens relatifs aux purifications*, in *Revue sémitique d'épigraphie et d'histoire ancienne*, VII (1899), p. 271-276. — M. Hartmann, *Die arabische Frage*, 1909, p. 209-210.

Hæc leguntur :

1 ϧϪ⊙ ׀ ΨϪϧϪ ׀ ϧΠ⊙ϑ ׀ ϧΠ ׀ ⊐>Ψ
2 ⊐ ׀ Π>ϕ ׀ ϧϪΠ ׀ Ψ⊙⊐ϩϩϤ ׀ ϧ>ϩ
3 ϩΨΨ ׀ ϑϤ⊐⊙ ׀ ⊙⊐>ΨΠ ׀ ⊐Xϩ>
4 Π ׀ ϧϪ⊙ ׀ ⊐ϩϕϧ ׀ ΨϤ⊙ ׀ ϩϪΠ ׀ ϧϪ⊙
5 X⊙ϩϩϩΠ ׀ ϰϩΨ⊙ ׀ >ϪϢ ׀ >Π ׀ ϩϪ
6 ϑϧϩ ׀ ϩ⊐ ׀ ϧϪ⊙ ׀ >ϪΨ>Π ׀ ⊙Ϫ
7 ϧ ׀ ϧϪ⊙ ׀ Ϥϩ XΠΨ ׀ ⊐Ϥ⊙ ׀ ϩΨΨ
8 ⊙>ϩϪϕ ׀ >⊐Ϫ ׀ ⊙X⊙ϩϩϩ ׀ ϧϩ
9 ϧΠ⊙ϑΨϤ⊙ ׀ ϧϤΨΨ⊙ ׀ ⊙ϧ⊙⊙

Quæ hebraicis litteris transcripta :

1 חרם ׀ בן ׀ תּוֹבן ׀ תנחי ׀ ותנ
2 דרן ׀ לדסמוי ׀ בהן ׀ קרב ׀ מ
3 ראתם ׀ בחרמו ׀ ומלת ׀ חיץ
4 והן ׀ בהא ׀ עלי ׀ נפסם ׀ והן ׀ ב
5 הא ׀ עֹר ׀ טהר ׀ ויאל ׀ באכסות
6 הו ׀ עֹרטהר ׀ והן ׀ מס ׀ אנת
7 חיץ ׀ ולם ׀ יעתסל ׀ והן ׀ נ
8 צת ׀ אכסותו ׀ המר ׀ פהצרע
9 וענו ׀ ויחלן ׀ וליתוֹבן

Versus 1. חרם, nomen hominis, in tit. 12 v. 1 restitutum, rursus reperitur in Hal. 411 = Gl. 1073 = Vind. 11, v. 6; 504, v. 1; Euting, 809, et respondet arabico حرام apud Al-Hamdânîum, *Djazîra*, p. 120 et 121, vel حريم (*ibid.*, p. 167, 168, 170); in alterum inclinamus. — תובן; vide tit. 315 v. 16.

Versus 1-2. ותנדרן | תנחי. Hæc locutio in aliis titulis, itidem ex Haramo ortis, occurrit, scilicet Hal. 681 (infra, 568), v. 2; 682 (infra, 532), v. 2; Gl. 1054 (infra, 533) v, 1-2; præterea ונתדר | תנ[חי] in Hal. 149 (infra, 547), v. 2; תנחיו in Hal. 147 (infra, 546), v. 1; נתחי in O. M. 33, nunc 31, v. 2, et substantivum תנחית in Hal. 147, v. 1, 9; 149, v. 2, 14-15. M. A. Levy in *Zeitschrift d. d. m. Gesellschaft*, XXIV, p. 195, quem Prætorius, *Beiträge*, III, p. 9, et D. H. Müller firme et Halévy in *Revue sémitique*, 1899, p. 267, dubitanter sequuntur, vertit תנחי «laudavit». Halévy autem in *Rapport*, p. 266, explicat «destinavit» et Hommel «obtulit hostiam laudis»; Hartmann, arabico نحوة fultus, interpretatur «se extulit (erga deum)», i. e. «se demisit»; rursus Prætorius in *Zeitschr. d. d. morg. Gesellschaft*, LXVI, p. 786, comparat æthiopicum ተናገየ «confessus est». Qui sensus contextui aptissimus esse nobis videtur. — תנדרן, quum cum תנחי conjungatur, potius cum hebraico נזר «se abstinuit» congruere quam cum arabico نذر «vovit» opinamur et explicamus dubitantes «pœnitentiam fecit». Halévy, *l. c.*, p. 268, vertit «se vovit». Præter loca supra citata verbi נדר, prima forma ejusdem verbi reperitur in Hal. 147, v. 6; 484, v. 4. — בהן, sine præpositione ב in v. 4, 6, 7 iteratum, rursus occurrit in Gl. 1054 (infra, 533), v. 2; הן, in בהן forsan complendum, sequente relativo אל, reperitur in Hal. 149, v. 3; ל|הן «ut» in Hal. 152, v. 2; כאיהן in Gl. 299 = Br. M. 84, v. 7; והן | כי in titulo quem M. Lidzbarski, *Ephemeris*, III, p. 208, edidit, v. 9. De præpositione הן locuti sumus tit. 376 v. 14 occursu. Præterea הנמה in Hal. 188, v. 5; הנמה in Gl. 299 = Br. M. 84, v. 1; הנטהם in Eut. 3, v. 3; 16, v. 1; המי | הן in 57, v. 4, «quidquid» significare censemus. הן obscurum est in Hal. 63 (infra, 542), v. 7; 147 (infra, 546), v. 3; 203, v. 2; 210, v. 5; Gl. 282 = Br. M. 90, v. 4, et in tit. Lidzbarskiano supra citato, v. 1. Jam a Prætorio, *Beiträge*, III, p. 13, הן cum arabico هن «res» collatum est, quum D. H. Müller בהן ad arabicum بأنّ, quod temere vertit «ideo quod», refert.

Versus 2-3. מראתם | קרב «appropinquavit feminæ», i. e. iniit feminam; cf. מראם | קרכה in Gl. 1054 (infra, 533), v. 3; arabicum قرب et hebraicum קרב idem sonant. In his titulis מרא et מראת non, ut solet, «dominus» et «domina» sed «vir» et «femina» significant. — חרמו contractum a חרמהו nisi errore lapicidæ littera ה omissa sit; cf. אכסותו in v. 8 juxta אכסותהו in v. 5-6 (Müller). חרם tempus castitatis designare videtur, fortasse dies ante visitandum sacrarium. Halévy conjicit illud tempus esse quod in Gl. 1054 (infra, 533), v. 3-4, designatur. Obscuritate laborant voces חרמם in Prid. 14 (infra, 563), v. 4, et אחרם in Gl. 1606, v. 5. Ex eadem radice orta sunt חרמת «oppidum» in tit. 286 v. 7; 366; et מחרם «sacrarium» in tit. 11 v. 1; 18 v. 1; etc. — מלח, alias non repertum, interpretatur Müller, arabicum ملث conferens, «blanditus est». — חיץ «menstruans», arabice حائض rursus in Gl. 1054 (infra, 533), v. 4, occurrit. Müller animadvertit plures voces (טהר, אנח, המר) in hoc titulo *mîmatione* et *nûnatione* carere, unde concludit titulum recenti tempore confectum esse. Hoc etiam notatu dignum est vocabula חיץ, נפסם (v. 4), quæ ad feminas solum pertinent, feminini signo non affici; quod et in arabico sermone evenit.

Versus 4. והן; vide v. 2. — בהא non cum arabico بها sed cum hebraico בוא «venire» conferre oportet (Müller). בהא עלי sicut hebraicum בוא אל [et בוא על in talmudico] sonat «inire (feminam)». בהא in fine versus et in Hal. 152, v. 2; Beneyton 2 (infra, 578), v. 12, occurrit. — נפסם «puerpera» participium verbi נפס «parturiit», arabice نَفِس. Müller נפס *nafis* legendum, Halévy נפס cadaver designare æstimant.

Versus 4-5. טהר | עֹר | בהא interpretatur Müller, sicut supra, «iniit (feminam)» impurus; sed hic non sequitur præpositio עלי, nec intelligendum est quod peccaverit homo impurus in coïtu. Opinamur ergo בהא simpliciter significare «intravit» et auctorem tituli fateri se, quum impurus esset, sacrarium vel domum alterius intravisse, nec domi mansisse; cf. Hal. 682 (infra, 532), v. 7 : טהרם | מוטנן | עיר | עדי | וצאת «exiit intra sedes impure». De עֹר, defective scripta pro עיר vide quæ vocis בעיר occursu ad tit. 86 v. 12 adnotavimus; titulis allatis adde Gl. 618 (infra, 541), v. 113, et de eis subtrahe O. M. 31 (supra, 325), v. 3. Müller quærit utrum טהר | עֹר modi an objecti accusativus sit; in prius inclinat, ut videtur, recte. טהר participium, arabice طاهر vel substantivum, arabice طُهْر esse potest. — ויאב. Sic legimus quum littera ultima vocis simillima sit litteræ primæ versus 2; at verbum explicare nequimus et contextu favente Hartmanni versionem accipimus «mansit». Müller legit ויאב, quod a radice אוב ducit et arabico آب «rediit» illustrat; Halévy censet ויאב esse defectivum pro ויואב, quod, arabicum واب conferens,

vertit «se contraxit»; Hommel legit ויאץ. ויאל videtur futurum conversum esse sicut in hebraico sermone; cf. ויחלן in v. 9 et vide F. Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 27-28.

Versus 5-6. באכסותהו (cf. v. 8) pluralis formæ *afʿilat*, arabice أَكْسِيَة. In Ægyptiaci tituli v. 2 reperitur כשו, quod hebraicæ radici כסו optime respondet. — ערטחר (cf. v. 5) sine linea separationis. — מס «tetigit», arabice مَسَّ, hebraice משש. Radicem מסס fortasse תמס in tit. 37 v. 2 jam præbet; cf. D. H. Müller, *Sabaische Inschriften*, p. 15. — אנת pluralis vocis אנתת vel אנתי; vide quæ tit. 392 v. 9 occasione scripsimus.

Versus 7. חוץ; vide v. 3. — יעתסל | לם; cf. Gl. 1054 (infra, 533), v. 4-5. לם, negatio perfecti cum futuro conditionali sicut in arabico adhibita, rursus occurrit in Hal. 152, v. 6; 682 (infra, 532), v. 8-9. יעתסל, arabice يَغْتَسِلُ, «se lavavit».

Versus 7-8. נצח «adspersit», non נצח, ut falso Müller et Hommel legerunt. Attamen מנצח, de quo vide tit. 40 v. 5 commentarium, conferri juvat, quum arabice نضح et نضخ idem sonent. — אכסותו ab אכסותהו contractum; cf. v. 5-6 et vide quæ vocis חרמו occursu ad v. 3 adnotavimus. — חמר «ejectio»; cf. arabicum ضَخَرَ «effudit».

Versus 8-9. פהצרע | וענו | ויחלן. In Hal. 682 (infra, 532), v. 9-10, reperitur ותחלאן | וענו | פהצרעת, in Hal. 681 (infra, 568), v. 6-7, וענו | פהצרעת | ותחלאן. Verbi צרע prima forma in tit. 2 v. 18; 308 v. 27 occurrit. הצרע «se humiliavit» passivum quartæ formæ verbi esse potest. ענו «se demisit»; cf. arabicum عنا et hebraicum ענה. ענו infinitivus potius quam perfectum, quum in titulis Halevyi feminini terminatione careat. Num מענתהמו | ענו in O. M. nunc 56, v. 1, et עתנה in Gl. 287 = Br. M. 91, v. 7, huc pertineant decernere non audemus. ויחלן contractum esse e ויחלאן tituli Halevyani supra citati monstrant; cf. יז pro יזא in tit. 335, v. 4. Quum חלא verba הצרע et ענו sequatur, ei Müller significationem similem tribuit et arabico حَلَّ «prostravit» nititur. Hebraicum חלאה «rubigo» conferri posset si pristinus sensus «crusta luti» esset. Hartmann vertit : «pœnitentiam egit»; Hommel dubitans : «pecuniam pœnitentiæ solvit». — וליהובן verbum passivum esse opinamur, quum objectum desit; de verbo יהב vide quæ ad tit. 405 v. 17 adnotavimus. Num finis inscriptionis nomini patris auctoris alludat, sicut חרמו in v. 2 nomini auctoris, decernere non audemus.

His præmissis vertimus :

1 *Ḥarîm, filius Thaubâni, confessus est et pœniten-*
2 *tiam egit Dhû Samâwio, quod appropinquavit fé-*
3 *minæ in tempore illicito suo et blanditus est menstruantem*
4 *et quod iniit puerperam et quod in-*
5 *travit impurus et indutus est (?) vestibus*
6 *suis impurus, et quod tetigit feminas*
7 *menstruantes neque se lavavit et quod ad-*
8 *spersit vestes suos ejectione. Ergo humiliatus est*
9 *et se demisit et se contrivit. Et mercedem accipiat!*

524

Fr., 20.

Titulum brevissimum reperit J. Arnaud Mâribi inter inscriptiones quas exstructiones saxorum quadratorum et rupes in latere meridionali ad orientem molis præbent. De mole vide proœmium tit. 384. Inscriptionem edidit J. Mohl, *Inscriptions données par M. Arnaud*, in *Journal asiatique*, 1845,

II, p. 174 (separatim excusum, p. 77), cum arabica transcriptione Fresneli *ibid.*, p. 185 (separatim excusum, p. 88).

De titulo egit J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, 1874, II, p. 520; separatim excusum, 1875, p. 217.

Hæc leguntur :	Hebraicis litteris transcripta :		Et latine versa :
	מקת ו דסמוי	Signa numinum.	*Tabula votiva Dhû Samâwii.*

De signis numinum vide commentarium tit. 366. In proœmio capitis diximus signum H, quod in titulis Îlmaḳaho dicatis sæpissime reperitur, etiam in inscriptionibus Dhû Samâwio consecratis inveniri; unde concludimus Sabæos Dhû Samâwium et Îlmaḳahum pro uno numine habuisse. — מקת, loco שקת, recte legit Halévy, ⊀ in ⊀ complens. De voce מקת vide tit. 100 v. 2, et 288.

525

Gl., 1056; Vindob., 36.

(Tab. XXI.)

Fragmento tabulæ æneæ, in Museo Vindobonensi artium historico nunc reposito, nomen solum, dei nimirum, inscriptum est, quod D. H. Müller, *Südarabische Alterthümer im Kunsthistorischen Hofmuseum*, 1899, p. 50, vulgavit.

Hoc enim legitur :	Hebraicis litteris :	Et latinis :
⊀	דסמוי	*Dhû Samâwi.*

526

Gl., 1055; Vindob., 37.

(Tab. XXI.)

Titulus in tabula ænea exaratus et Museo Vindobonensi artium historico acquisitus tres versus truncatos exhibet, quos D. H. Müller, *Südarabische Alterthümer im Kunsthistorischen Hofmuseum*, 1899, p. 50, publici juris fecit.

Hæc edidit Müller :



Quæ hebraicis litteris transcripta :

1 ס | פל | ת

2 ן | דסמו[י

3 רבס

Nihil præter nomen dei Dhû Samâwii in v. 2 elicimus.

527

Lupar., 29, nunc 1546.

(Tab. XXI.)

Lapidis fragmentum $0^m,17$ altum, $0^m,16$ latum, $0^m,06$ profundum, sex versus a dextera abscissos exhibet, qui, præter ultimum, decem vel undecim litteris constant. Monumentum a summo, imo et læva integrum ad Museum Luparense pertinet et ejus imaginem arte photographica expressam tabula una et vicesima præbet. Quod spurium esse, ut H. Derenbourg et M. Hartmann contendunt, nulla est causa suspicandi.

De titulo egerunt : H. Derenbourg, *Premier supplément aux monuments sabéens et himyarites du Louvre*, in *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, VI (1904), p. 45-46; separatim excusum, 1905, p. 17-18. — Idem in *Répertoire d'épigraphie sémitique*, II, 1907, p. 82-83, n° 657. — M. Hartmann, *Die südarabischen Inschriften Louvre 15-29*, in *Zeitschrift für Assyriologie*, XXI, 1908, p. 14-15.

Hæc leguntur :



Quæ transcripta hebraicis litteris :

1 דתעלם | בן | סק

2 גרם | דתאבי | א

3 ו | צהבן | וחמד

4 מרהו | דסמי | כ

5 והות | אבלן |.

6 צהבן | ..

Versus 1. תעלם. Initiale vestigium littera ד esse nobis videtur, itaque דתעלם nomen gentis ignotæ recondere ducimus. In vanum emendat H. Derenbourg legens | ת[עת...] אטלם. — סק in סקרן licet complere; vide tit. 156; 221 v. 2; 239 et cf. M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 299.

Versus 2. גרם [א] scriptum esse potius quam [א]לרם existimamus; de utroque vide quæ ad tit. 440 v. 4 ad-

(Impressum mense februario 1918.)

notavimus. — תאבי nomen gentis inauditum. H. Derenbourg temere legit לתסבי et vertit «qui captivos fecit». — א in fine versus initium vocis אדם esse potest. H. Derenbourg conjicit : ו[סבי | צדקם | עדי | ארצה]א.

Versus 3. Ante צהבן exstat dimidius circulus, qui de littera *wâw* verisimiliter superest, designationem rei consecratæ terminante. — צהבן; cf. v. 6, ubi H. Derenbourg corrigit vocem in לצהבן, quum in hoc versu צהבן pro nomine loci habeat. Non omnino abest צהבן idem sonare ac לצהבן et ad modum arabici صَهيب et hebraici מְצֻהָב «fulgens auri instar» significare.

Versus 4. Sub initio versus licet supplere : | ומקם | לה מרהו]ת | בדת | לסמי; cf. tit. 2 v. 8; 90 v. 6; etc. Litteræ *mîm* angulum superiorem sinistrum nos dispicere putamus. H. Derenbourg supposuit : | ומקם | אלההו | לה תרהו]מו. — כ est initium appellationis rei a deo largitæ. H. Derenbourg legit בקרם | על]ב.

Versus 5. אבלן «camelus»; vide infra, commentarium tit. 534 v. 4.

Versus 6. צהבן; cf. v. 3.

Iterum transcribimus, quæ compleri possunt complentes :

1 .....ו] לתעלם ו בן ו סק
2 .....ו וא]נרם ו לתאבי ו א רן ו
3 ...ו חקני ו לסמי ו ..]ו ו צהבן ו והמר דם ו
4 ומקם ו לסמי ו בדת ו ת]מרהו ו לסמי ו כ לה ו
5 .....ו] והות ו אבלן ו
6 .....ו] צהבן ו

Et vertimus :

1 .....*Ta'allumensis, filius Saḳ-*
2 *râni*,.....*cum A]gûro Ta'abbuyensi, (qui sunt) va-*
3 *salli*...., *consecravit Dhû Samâyio*....] *fulgentem, et laudavit*
4 *vim et potestatem Dhû Samâyii, quod con]cessit ipsi Dhû Samâyi*...
5 .....*et illum camelum*
6 .....*fulgentem.*

ARTICULUS II.

DHÛ SAMÂWI, DOMINUS BÎNI.

De loco Bîn dicto jam disseruimus vocis לבין occasione in tit. 37 v. 1 commentario.

528

Griffini, 1.

(Tab. XXI.)

E. Griffini titulum edidit ex ectypo quod ipsi e Ṣan'âo missum est. Ubi sit repertum monumentum a quo ectypum sumptum est ignoratur. Inscriptio octo versus tenet, quorum quatuor in uno latere

lapidis $0^m,13$ alto, $0^m,17$ lato, et quatuor in altero latere $0^m,13$ alto, $0^m,105$ lato. Horum quisque habet tredecim ad quindecim litteras, illorum sex ad novem, quæ $0^m,025$ ad $0^m,027$ altæ sunt.

De titulo egerunt : E. Griffini, *Due brevi nuove iscrizioni sabaiche*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, LX (1906), p. 662-664. — E. Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, 1906, p. 251-253. — M. Lidzbarski, *Ephemeris für semitische Epigraphik*, II, 1908, p. 392-393.

Hæc leguntur in latere uno :



Quæ hebraicis litteris :

1 אלרב | מקתוי | אוס

2 אל | דגרפם | הקניד

3 סמוי | אלה | אמרמב

4 על | בין | צלמן | חנן

Tum in latere altero :



5 ת ו כ ל ה ו

6 לופיהו | ו

7 ושפהו | דס

8 מוי | נעמתם

Versus 1. אלרב; vide tit. 300 v. 1 et 340 v. 2, et exemplis allatis adde Beneyton 6, v. 2.

Versus 1-2. אוסאל; vide tit. 338 v. 2 et adde titulum a Jausseno et Savignaco in *Revue biblique*, 1910, p. 521, editum, v. 1. — לגרפם; confer nomen loci Djirâf in proœmio articuli III capitis primi. D. H. Müller, *Glossen*, p. 23, cum Djirâfo æquiparaverat الجِرَاف apud Al-Hamdânium, *Djazîra*, p. 111 et 241, itaque contulit Griffini cum illo loco גרפם, Glasero invito [etenim *mîmatio* cum articulo vocis arabicæ non congruit]; forsan huc pertinet ذو جِرَانٍ, nomen torrentis, apud Yâḳûtum, *Muʿdjam*, II, p. 45.

Versus 2-3. הקניד סמוי sine separationis linea sicut אמרמבעל in v. 3-4. — אמרם | אלה; cf. חסאם | אלה, epitheton dei Ḳainân, in tit. 8 v. 2 et סעידם | אלה, epitheton dei Domini domus, in Hal. 681 (infra, 533), v. 3. M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 209, n. 1, asserit אלה pronomini relativo אלי par esse et vertit nomen dei tanquam esset in statu constructo, quod longe abesse videtur. — אמרם, nomen tribus, fortasse iterum in Hal. 149 (infra, 547), v. 1, occurrit. Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 11, conferunt امير in Al-Hamdânii *Djazîra* [p. 83] et patronymicum אמרין in Hal. 359 (supra, 518), v. 1; vide etiam M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 311.

Versus 5. תוכלהו; cf. סתוכלהו in tit. 336 v. 5 et vide quæ illa occasione disseruimus. Glaser hic quoque legit סתוכלהו sed litteræ ס vestigia non exstant. Pro subjecto verbi consecrantem habent Griffini vertens תוכלהו | חנן «quia omnino se ei (i. e. numini) commisit», Glaser in *Oriental. Litteratur-Zeitung*, 1906, c. 133 : «quia vicarium habuit eum (scil. deum) vel eam (scil. statuam)» et Lidzbarski tit. Reh. 7 (supra, 336) fretus. At nunc patet (vide tit. 376) חנן non significare «quia» sed «sicut», ergo תוכלהו(ס) | חנן tantum valet quantum וקההו | חנן; itaque nostram interpretationem verbi סתוכל «curandum dedit» vindicantes, pro subjecto deum putamus suffixo ad consecrantem relato; in tit. 336 autem, ubi verbum סתוכל anteit nomini auctoris tituli, nunc existimamus suffixum et nomen duo objecta verbi esse et suffixum ad statuam referri. כ in תוכלהו non inversum sed truncum est.

Versus 7. ושפהו. Præpositio ל infinitivi ופיהו etiam ושפהו regit, quanquam suffixum in priore subjecti et in altero objecti vices gerat.

Verte nunc si lubet :

1 *Ilrabb, adjutor Aus-*
2 *'îli, Girâfensis, consecravit Dhû*
3 *Samâwio, deo Amîri, do-*
4 *mino Bîni, statuam, sicut*
5 *curandum ipsi dedit,*
6 *pro integritate sua*
7 *et augenda ipsi a Dhû Sa-*
8 *mâwio felicitate.*

529

Gl., 1053; Vindob., 8.

(Tab. XXI.)

Tabula ænea a Glasero Medînet Harami cum tit. 522 reperta et nunc Museo artium historico Vindobonensi propria, $0^{m},135$ alta, $0^{m},085$ lata, septem versus circiter decem litterarum tenet. Monumenti imaginem luce solis expressam tabula nostra una et vicesima exhibet.

De titulo egit D. H. Müller, *Südarabische Alterthümer im Kunsthistorischen Hofmuseum*, 1899, p. 26.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris transcripta :

1 דחרם ו בן ו יע
2 מר ו הקני ו דסמ
3 וי ו בעל ו בין
4 טפן ו חנן ו וק
5 ההו ו במסאל
6 הו ו לופיהו
7 וופי ו אבהו

Versus 1. דחרם; cf. nomina hominum דחר in Hal. 215, v. 1; דחיר in tit. 353 v. 1; עמדחר in Hal. 577, v. 1; אבדחר apud F. Hommel, *Aufsätze*, p. 151, et nomen appellativum מדחר in Hal. 412 = Gl. 309, v. 2 et 4. Müller comparat arabicum دخال, nomen montis ab Al-Hamdânîo sæpe [*Djazîra*, p. 68 et passim] citatum.

Versus 1-2. יעמר iterum in tit. 2 Musei belgici Quinquagenarii, v. 2, occurrit. Müller confert arabicum يَعْمَرُ in Adh-Dhahabî *Muštabiho*, p. 559, et nabaṭæum יעמרו in inscriptione Umm-Arruṣâṣi [C.I.S., II, 195, v. 3].

Versus 8-9. השקרהו | עדי; cf. v. 24 et 28. Glaser השקרהו pro infinitivo habet, Prætorius pro perfecto plurali; in prius inclinamus, quia השקרהו voci ספלן «imum» hic respondet, sicut in v. 24 voci ספלהו et in v. 28 voci מותרהו, quanquam *nûn* in infinitivis quartæ formæ solitum deest. — ודין (cf. v. 25). Glaser dubitat utrum ודין diminutivum sit e ודן ortum, an vox ודי «torrens». Prius vertit «pensilis hortus», Al-Hamdânio, *Djazîra*, p. 199, fretus, qui dicit ودن idem ac جَرِبة et ذهب significare. Alterum magis arridet, quum contextui multo aptius sit et in priore *nûnatio* desideretur. ודי in tit. 466 v. 10 occurrit. — ממחן; vide tit. 343 v. 17.

Versus 10. מדאבן, alias non repertum, a Glasero dubitanter vertitur «receptaculum» vel «alveus». Prætorius conjicit «pilarium». Forsitan de aggere in latere septentrionali ad occidentem molis exstructo agatur, quem J. Arnaud littera M in sua graphide designavit.

Versus 11. טרהו supra, tit. 338 v. 16 occasione, explicavimus «margo», quam significationem L. W. King in *Journal of the Royal Asiatic Society*, 1909, p. 490, rejicit. Nunc Prætorio assentimur טרהו pro verbo habenti et hebraicum צרר «oppressit» conferentes conjicimus id crustæ molis alludere. — מבראם; vide tit. 448 v. 2. — גרבם; vide tit. 325 v. 1 et 9. Nunc vertimus : «silex». — לבתם (cf. v. 13 et 76), hebraice לְבֵנָה, assyriace *libittu*, «lateres» significat.

Versus 12. פרזנם | אויים (cf. v. 13 et 76) certo materiem designat ut lapides et lateres. Glaser quidem vertit, arabica radice ازى fretus, «canalis»; qui sensus contextui omnino alienum est. פרזנם, jam in tit. 40 v. 4 occurrens, Glaser primo suspicatus erat plumbum fusum designare in cataractis loco arenati adhibitum; sed postea id ut arabicum فرزن interpretatus est, quod Vollers in *Z. d. d. m. Gesellschaft*, L, p. 613, cum persico *partšin* «circuitus» contulerat. Prætorius אויים, pluralem vocis זי e radice זיי ortæ, cum aramæo זְוְיָא et arabico زاوية «angulum» comparat, et פרזנם idem atque aramæum פרזלא, assyriacum *parzillu*, hebraicum בַּרְזֶל, esse conjicit, quod jam F. Hommel in *Beil. d. allgem. Zeitung*, 27 Maii 1898, et *Aufsätze*, p. 143, opinatus erat. — ברזם exstructionem quamdam designat; vide quæ ad tit. 323 v. 1 adnotavimus. Glaser vertit «ordo lapidum», Prætorius dubitans «cincinni».

Versus 12-13. מהכולם. Glaser vertit «adjunctus», Prætorius «insertus». Fortasse comparare licet hebraicum הבדיל «separavit, distinxit», itaque interpretamur cum summo dubio אויין | בלבת | מהכולם | ברזם «ordo lapidum distinctus lateribus angulorum». Vox כולן reperitur in Gl. 1548-1549 (apud Glaserum, *Altjemenische Nachrichten*, p. 72), v. 5, et in Hal. 623.

Versus 14. ענלמתן. Hic, in v. 17 et 61 hæret Glaser inter ענלמתן et עללמתן, sed in v. 75 et 78 scribit ענלמן sine signo dubii. Quid vocabulum significet, obscurum est. Glaser vertit incertus : «agger adductionis». Prætorius quærit num compositum sit vocibus quæ æthiopice ዐግል «paries» vel ምዕቃል [«piscina»] et ምይ «aqua» sint. Quod nobis non placet. Forsitan ענלמן cum hebraico עָגֹל «rotundus» conferendum est et muro concavo molis alludit quem Arnaud litteris EF in sua graphide designavit.

Versus 14-15. תכשנף, quod Glaser pro verbo inau-

dito habuerat et verterat hæsitans «conjunxit», explanavit Prætorius conjiciens litteram ת pronomen demonstrativum feminini generis esse, litteram ב præpositionem et שנף substantivum, quocum æthiopicum ጸንፍ «margo» comparandum sit. Quod anteponendum est sententiæ Glaseri. Pronomen ת in תשׁן (v. 16 et 19) et תבן (v. 18) iterum occurrit.

Versus 15-16. מעקמן. Arabicum معاقم in Al-Hamdânîi *Iklîlo* (apud D. H. Müller, *Burgen*, I, p. 64) reperitur, qui scripsit: وكان فيه معاقم بلاط قد انقطعت اوساطها من سواطئ الاقدام «et erant in eo (castello) *ma'âķim* pavimenti, quorum media tritu calcium rupta erant». F. Sprenger, *Alte Geographie Arabiens*, p. 293, vertit «mosaica». D. H. Müller, *o. c.*, p. 30, «arca». E. Glaser, *Mittheilungen*, p. 37, «postes», quod D. H. Müller in *Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes*, I, p. 99, rejicit. S. Frænkel, *ibid.*, III, p. 248, interpretatur «superliminare» et rursus E. Glaser, *Südarabische Streitfragen*, p. 24, dicit *ma'ķam* limen et superliminare simul designare; in regione Kaukabâni *maḳ'am*, e *ma'ķam* ortum, «limen» sonare. Re vera in sententia Al-Hamdânîi hæc significatio est aptissima et hic, quum de flumine et mole agatur, cataractam designari veri simillimum, quæ fortasse inter ambos montes Balaḳ ad exitum torrentis exstructa erat. — כאבת etiam in v. 17, 18, 26 occurrit, dualis in v. 80. Glaser, *l. c.*, asserit arabicum كلبة Mâribi designare postes; quod C. Landberg, *Arabica*, V, p. 308, negat, sed *Dathînah*, p. 666-667, rursus accipit. Idem docet columnas cæmenticii vel lapidis et omne genus occlusionis sic appellari, et sabæum כאבת, ut videtur recte, comparat. כאבת igitur pulvinus occludens et cursum aquæ regens esse videtur. Prætorius «cataracta» interpretatur, æthiopico ሠሠወ «effundit» collato, quod longe abest; sed recte animadvertit quinquies exstructionis כאבת mentionem factam esse in titulo. Et vero, si graphidem Arnaudi inspicis, quinque pulvinos turbinatos invenis litteris A, B, A′, B′, B″ designatos. Quo interpretatio Landbergi valde firmatur. Glaser hic vertit: «receptaculum aquæ» vel «cisterna». — עילן a Glasero pro nomine proprio sumitur. Prætorius monet vocem apud Yemenitas flumen significare, conferens Dozyum, *Supplément*, II, p. 235, et [F. Hommel in] *Zeitschrift d. d. m. Gesellschaft*, XLIII, p. 656 in notula, et conjicit עילן veterem canalem in ripa sinistra fluminis Danæ inter montem Balaḳ septentrionalem occidentalem et reliquias molis designare [tunc עילן | כאבת pulvinus B′ esse posset]. — תשׁן; cf. v. 19. Hic quoque censet Prætorius ת esse pronomen relativum et תשׁן præpositionem «prope, juxta» sonantem esse; qui sensus congruit cum versione nostra vocis לסן in tit. 325 v. 4. לסן ipsum infra, in v. 25, reperitur; itaque שׁן idem esse potest ac סן, ש et ס inter se mutatis, ut Prætorius opinatur; confer quæ Müller conjecit de vocibus מסר et משׁר et vide supra commentarium v. 8. תסן jam in tit. 45 v. 4 occurrit. De radice שׁן vide quæ ad tit. 400 v. 1 adnotavimus et cf. C. Landberg, *Ḥaḍramoût*, p. 318 n., et *Dathînah*, p. 890-894.

Versus 16-17. ענלמתן; vide v. 14. — הורהו, cf. הור in v. 19. Glaser vertit הורהו | ועילן «Ghailân autem est receptaculum ejus». Prætorius, dubitanter præpositionem arabicam وراء comparans, הורהו tanquam adverbium «post» adhiberi suspicatur; quod probamus. Suffixum non ad nomen peculiare refertur, sed præpositionem in adverbium mutat; quod haud semel in semiticis linguis fit.

Versus 18. תבן pronomen relativum ת et præpositio בין (Prætorius). Glaser putat תבן esse verbum. — מפללם nomen loci (Glaser, Prætorius). Quidni «separatio» significet et locus sit ubi moles angusta canalem in duas partes dividit, ab Arnaudo littera C designata? Quod si ita est, pulvinus de quo hic agitur a viatore A′ appellatus est.

Versus 19. תשׁן; vide v. 16. — נמרין. Glaser vertit incertus: «cataractæ ædificium (turris)». Quum pulvinus tertius, מפללם כאבת | nominatus, hic commemoretur, conjectare audemus de pulvino B″ agi, et exstructionem נמרין juxta quam situs sit esse molem parvam quæ ab Arnaudo littera C″ designata post Miflâlum sita est. Quomodo vox ipsa explicanda sit, ignoramus. — הור «post»; vide v. 17.

Versus 20. ערמן | לקדם | נמרין. Fortasse moles C designatur quæ ad orientem magni aggeris ערם appellati sita est. De ערם vide v. 6.

Versus 21. ערן | תבעלת restituit Glaser, collatis v. 27 et tit. 541 v. 102, et interpretatur «vertex montis». Winckler «foramen». Prætorius comparat æthiopicum መቀበሀ et similia, quæ instrumentum acutum ferreum designant et vertit «extractio». Verbum בעלו in tit. 541 v. 69 reperitur. ערן | תבעלת nobis videtur basem rupis designare et idem esse atque מוסד «fundamentum. In v. 27 ambæ voces conjunctione «et» «colligantur. Radicem בעל «penetravit» significare opinamur.

Versus 22. אראסהמו, pluralis vocis ראס, in v. 31 et 79 iterum occurrit. — עור | עלבו restituit Glaser, ut videtur recte, quum ולבו.ור scriptum invenerit. עור ab eo vertitur «murus circularis» vel «cepido». Verisimillime circuitum montis Balaḳ designat.

Versus 23. ימרן nomen loci esse putant Glaser et Prætorius, qui eum in parte meridionali ad orientem molis situm fuisse existimat. De loco vel tribu Yasrân locuti sumus tit. 457 v. 19 occasione; cf. E. Glaser, *Skizze*, I, p. 71. Re vera ימרן hic «sinistra (arabice يسار)» significare videtur; cf. v. 26-27. Talem interpretationem vocis ימרן in Fr. 12 jam D. H. Müller, *Burgen*, II, p. 14, cogitaverat, tum temere rejecit. ימרן | עור igitur est circuitus lævæ. Quomodo sit «læva» intelligenda, non omnino clarum est; vide commentarium versus sequentis. — ושצנם | מסרם; vide v. 8.

Versus 24. השקרהו; vide v. 8-9. — | מבראן | לבן | וקדם | ערמן. Pronomen ל ad עוד referri videtur (Prætorius), quanquam ab eo compluribus vocibus separatur, non ad השקרהו (Glaser). Prætorius explicat מבראן | בן «e structione lapidum», scilicet sine arenato conjunctorum, quum calx hic non commemoretur, sicut in v. 25. De מבראן vide v. 11. — ערמן | קדם «ante aggerem» i. e. ad orientem aggeris. Ergo ימרן | עור circuitum montis Balaḳ orientalis designare debet, ut Prætorius opinatus est. Attamen non omnino abest quin aliquot voces ante לבן | מבראן (e. g. עודן | ועלבו) omissæ sint et de altero circuitu agatur. Quod si ita esset, ימרן ripam sinistram torrentis, i. e. montem Balaḳ occidentalem designaret.

Versus 25. גירן; vide quæ ad tit. 325 v. 3 adnotavimus. — לסן; vide quæ vocis תשן in v. 16 occasione scripsimus. — ודין, cf. v. 9. — גואן fortasse significat «divisus, particularis» et canalis est qui a torrente Dâna ad orientem deducitur.

Versus 26. לבקרם. Utrum pronomen relativum ל ad גואן | ודין referatur, ut Glaser et Prætorius censent, an ad עודן, dubium est. — עילן | כאבתן idem est ac עילן | כאבת in v. 16, et *nûn* fortasse mendosum. — להבן a Glasero vertitur «campi tractus (*Feldcomplex*)», a Prætorio «effluvium (*Auslass*)», quod magis placet. להב iterum occurrit in 541 v. 112, ubi Glaser interpretatur «receptaculum», in Gl. 1000 *a*, v. 2 (apud F. Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 42), et in titulo Britannici Musei a J. Halévy in *Revue sémitique*, 1908, p. 293, n° 1, edito. Infra, in v. 55 et 58, להב «pluvia» sonat.

Versus 26-27. ימרן, adjectivum «sinister», arabice ياسر, nobis esse videtur, quum in v. 23 substantivum sit. ימרן | להבן exitum canalis inter pulvinos B″, A′, B′ designare potest. — ערן | תבעלת; vide v. 21.

Versus 28. ולו. Glaser vertit «confecerunt», Winckler «festinaverunt», Prætorius «desierunt». Nos dubitanter interpretamur «continuaverunt».

Versus 29. ימתם, pluralis vocis יום, etiam in Hal. 221, v. 4; 478, v. 21; 485, v. 8 et Gl. 1302, v. 4 occurrit. — תקהו. Verbum תקה reperitur infra in v. 66-67 et in O. M. 17, nunc 54, v. 2. Glaser תקהו pro infinitivo habet, quod «crustavit» interpretatur, ejus suffixum ad עודן in v. 25 referens, et cum sequente פקח conjungit. Winckler vertit «perfecerunt eum», scilicet שצן. Itidem Prætorius, qui suffixum «id» ad ושצנן | מסרן refert. תקה octavam formam verbi וקה esse opinatur.

Versus 29-30. לאפן | מצרפת | פקח; cf. tit. 541 v. 44-45. Glaser, quem Winckler dubitans sequitur, vertit «apertio receptaculi Afani». De voce פקח vide tit. 289 v. 3 et 372 v. 2 et 3. Dubium est utrum פקח passivum sit an in פקחו emendari debeat. Prætorius confert arabicum ضغر «ædificium sine calce et cemento» et conjectat פקח «complevit (lapidibus parvis et cemento)» significare. D. H. Müller hanc comparationem in *Wiener Zeitschrift f. d. Kunde d. Morgenlandes*, XIII, p. 394, iterat et animadvertit צפר in Hal. 241, v. 1, reperiri, necnon in 240, v. 11 et 13 [ubi חפר et מפר scripta sunt] et in Acad. 4 [lege Hal. 147], v. 2. Prætorius agnovit ל in לאפן non pronomen relativum esse sed ad vocem ipsam pertinere. Nos מצרפת cum arabico مصرف «exitus» conferre malumus et לאפן non pro nomine loci sed appellativo habemus quod «extremitas» explicamus, quum ذَفَّ arabice «mori» sonet. — אבנם «lapis», hebraice אֶבֶן, in Hal. 187, v. 2-3; 520, v. 5 et 22; 535, v. 1, iterum occurrit; pluralis אאבנם infra, in v. 74.

Versus 30. הועבו «perfecerunt»; vide tit. 325 v. 3. — כלהמו; omnibus exstructionibus de quibus antea actum est alludere videtur.

Versus 31. אראסהמו; vide v. 22.

Versus 31-32. נצר completur, collato v. 81. נצר in B. 2625 (infra, 558) occurrit, verbum הנצר in tit. 308 v. 20; סתצר in tit. 314 v. 17. De nominibus hominum hac radice formatis vide tit. 391 v. 1 et 434 v. 11-12. — אלהן supplemus potius quam רחמנן, collato v. 81. — ולרוא «et quod fuit expensum» restituit Glaser, collato v. 36, quem vide.

Versus 33. Glaser complet א in אאבלם. Quod si rectum est, non de animalibus comestis agitur, ut Glaser opinari videtur, sed de jumentis onera ferentibus.

Versus 34. מאתן | תתי(ב). Littera ב est supervacanea. Glaser addit אאלפם (ad modum v. 38-39). Potius supplendum est ואלפם, i. e. mille et ducenti, non ducenta millia.

Versus 35. צמרם (cf. v. 90-91). Glaser vertit «oves pingues», qua de causa ignoramus. Conferre licet hebraicum צֶמֶד «pars bovum». Verbum צמר «conjunxit» in tit. 315 v. 5 reperitur. Si ח in חמרם comples, tunc de pare asinorum agi censebis.

Versus 36. לרזאו. Glaser vertit «quod expenderunt». Arabicum رزأ sonat «detraxit». Prætorius opinatur verbum passivum esse. Vox רזא infra in v. 82 et in tit. 541 v. 115; in Hal. 147 (infra, 546), v. 5, occurrit, necnon רזאן in Hal. 152, v. 13. — עלי legit Glaser; cf. Hal. 152, v. 13. Quæ postea supplenda sint incertum est, sed de cibo agitur.

Versus 37. הו. Si suffixum est, singularis mirus est. Sed הו potest finis verbi consonante *hâ* terminati esse, fortasse תקה; cf. v. 29.

Versus 39. טחנם (cf. v. 86-87) «farina»; compara arabicum طحن «moluit». — Modus farinæ non nominatus est.

Versus 39-40. גלתם a v. 87 mutuatur Glaser et «zea» interpretatur. — ברם (cf. v. 87 et tit. 541 v. 97) «frumentum», arabice بُرّ, hebraice בָּר. Vide etiam C. Landberg, *Dathînah*, p. 1201. — שערם (cf. v. 87) «hordeum», arabice شعير.

Versus 40-41. תמרם facile completur collatis v. 51, 88 et tit. 541 v. 130. Num verbum התמר in Hal. 85 (supra, 358), v. 2, conferendum sit, dubitamus.

Versus 42-43. ובקרם | וקרטם | לביחם (cf. v. 89-90 et tit. 541 v. 124). Glaser vertit «sacrificia». Prætorius titulo sequente fretus, ubi לביחם speciem ex animalibus voce טבחם conjunctis indicare videtur, conjicit לביחם esse camelos jugulandos. Potius oves hac voce designantur, quum oves plurime jugulentur. Vox arabico ذَبِيحٌ respondet, quanquam *mîmatio* non omissa est (Prætorius); cf. עצודם in v. 45. — קרטם (in v. 89 suppletum), quum inter לביחם et בקרם nominetur, generis animalium nomen esse videtur, e. g. capræ. Littera ט est incerta. Glaser vertit : «pecus trucidandum». — בקרם, arabice بَقَر «boves».

Versus 45. ועצודם | אצחם. Glaser vertit : «agni ad sacrificandum et oves binæ». Prætorius de camelis agi existimat et אצח pluralem esse vocis נצח, arabice ناضح «camelus hauriens», עצודם pluralem vocis עצד, arabice عضاد «camelus qui non venit ad alveum aquæ», secundum Lane. Quod si ita est, de adultis et adolescentibus camelis agitur. De *mîmatione* in עצודם adhibita compara לביחם in v. 42-43.

Versus 46. ארבע legendum pro ארבעי apud Glaserum.

Versus 47. סקים | אאבלם (cf. v. 92-93 et tit. 541 v. 127-128) «cameli potum ferentes». סקים arabico سُقِيّ, plurali participii, respondere opinamur; cf. v. 56.

Versus 48. ופצים | ערבבם (cf. v. 93-94 et tit. 541 v. 128). Glaser vertit : «uvæ Gharbîbi et uvæ passæ». Arabicum قصى significat «grana uvarum».

Versus 50-51. לתמרם | מורם «vinum caryotarum»; arabicum مِزر «cervisia» sonat. — ורחהו (cf. v. 97). Vox ורח «mensis» tempus eventus designat quod mense indicatur. Suffixum non ad vocem peculiarem, sed ad confectum opus refertur.

Versus 51-52. לדאון. Idem mensis infra, in v. 98, ubi *nûnatio* deest, et in tit. 541 v. 92 nominatur. — לבחרפן. Vox חרף «annus» modo scribitur (tit. 46 v. 6; 325. v. 4), modo omittitur (infra, v. 60, 98; tit. 6 v. 4; 448 v. 6). Glaser dicit חרפן hic designare posse tempus *ḫarîf* [ut in v. 55], i. e. tempus colligendi fructus a medio vel extremo Junio ad medium vel extremum Septembrem, quod minime placet.

Versus 53-54. מאתם | וחטס | וסחי | ארבעת. Annus 564 anno 449 æræ vulgaris respondet; vide tit. 6 v. 4 et 46 v. 6.

Versus 54-56. חרפן | לחב | בן | ותבר. Glaser interpretatur : «et apertus est (agger) pro satione (sive initio vel fine sationis) *ḫarîfi*». Winckler itidem explicat, sed בן «a» vertit. Pro בן legi posse לן Glaser testatur. Prætorius censet תבר sicut in v. 61 et 69 «fractus est» significare, et חרפן | לחב | בן «postquam præteriit annus» vertit. Nos תבר et בן ut Prætorius interpretamur, sed לחב ut hebraica זוב «fluxit» explicamus et חרפן hic pluviam autumni designare opinamur. Glaser ipse v. 58 vertens in parenthesi לחב «pluviæ aqua» interpretatur; cf. H. Winckler, qui occasione vocis לצרב in tit. sequentis v. 61 arabicum ذُهَابٌ «pluviæ tenues» comparat et existimat in tit. 73 v. 8-9 בלהבן | ברם | תמן significare «pretium frumenti in tempore pluviæ». — סקיו (cf. v. 59) «irrigaverunt». Futurum verbi occurrit in Gl. 1666, v. 3; infinitivus in Hal. 349 (infra, 561), v. 13, et Gl. 529 (infra, 562), v. 3; participium supra, in v. 47; substantivum מסקי frequens; vide tit. 308 v. 5.

Versus 56-57. בנהו. Suffixum ad חרפן referri videtur.

Versus 57-58. דתאן | לחב | בן. Glaser vertit : «a satione (pluviæ aqua) *Dithâ'i* (temporis messis ad medium vel extremum Junium)». Prætorius : «postquam præteriit ver». Nos vocum חרפן | לחב | בן instar «postquam fluxit veris pluvia» interpretamur et quærimus num copula *wâw* ante בן omissa sit.

Versus 59. כחגן | ורד | דתאן. Quum aliquot litteræ initio versus exciderint, contextus obscurus evasit. Glaser vertit : «donec floruit seges *Dithâ'i*» vel : «donec incepit messis *Dithâ'i*». Prætorius : «quando incepit ver», חגן temporali sensu usurpari e tit. 308 v. 15 concludens. At חגן illic non «quando» sed «sicut» recte a nobis versum est; vide commentarium tit. 374, supra, p. 25.

(Impressum mense februario 1918.)

Dubitantes vertimus : « quemadmodum pluvia veris cadere solet ».

Versus 59-60. ארצן | בנהו | וסקיו, collatis v. 56-57, facile restituitur. — דתבתן nomen mensis inauditum, ad tempus veris pertinens.

Versus 61-62. ענלמתן; vide v. 16-17. — נמרין; vide v. 19. — עודן; vide v. 25. — ערמן; vide v. 6.

Versus 62-63. לאפן; vide v. 29-30. — וגרבן | מבראן; vide v. 11.

Versus 64. אשיח. Glaser et Winckler vertunt « omnino », de quo dubitat Prætorius. Certo אשיח substantivum plurale est, quanquam *mîmatio* deest, itaque conferre audemus arabicum أَسياح « aquæ profluentes », *sino* et *šino* inter se mutatis.

Versus 64-66. Glaser et Winckler censent regem Sabæ aliquot tribus jussisse ut Mâribi molem repararent; quod probamus, quamvis in interpretatione nonnullarum vocum dissentiamus. Prætorius putat tempore rupti aggeris regem expeditionem per Ḥimyarum et Ḥaḍramautum fecisse et, quum calamitatem comperisset, Mâribum cum exercitu rediisse. — רעטם . . . מלכן | וכורד. Glaser et Winckler vertunt : « tum misit rex . . . jussum »; Prætorius : « et quum pervenit ad regem . . . malus nuntius ». Nos dubitantes : « et tum descendit (rex) in Ḥimyarum et Ḥaḍramautum jubens tribus ». Particula כ in v. 70, 72, 78 iterum occurrens et in titulo sequente frequens, modo adverbium « tum », modo conjunctio « quum » est, ut Glaser (p. 48, n. 4) agnovit. Hic prius magis placet. — רעטם nobis participium esse videtur; de verbo רעט vide tit. 428 v. 2 commentarium. Prætorius vertit « malus nuntius », fretus sua interpretatione vocis דרעטם in v. 67, quum Glaser et Winckler דרעטם ut רעטם « jussus » explicant. — עליהמו | חר | לדא. In tit. 541 v. 12 et 50 דא iterum occurrit. Glaser דא pro nomine tribus habuit, quod impossibile est, quum אשעבם *mîmationem* habeat. Winckler vertit לדא « videlicet ». Prætorius respiciens tit. sequentis v. 12 דא negationem arabico ע respondentem esse opinatur; ei assentimur. חר a Glasero et Wincklero cum תקה in v. 66-67 conjungitur. Prior vertit : « imperata est reparatio »; alter dubitans : « institit præstatio operis ». Prætorius חר a תקה separat et עליהמו | חר | לדא interpretatur : « (nuntius) qui non (adhuc) ad eos pervenerat ». Nos vertimus חר | דא « sine immunitate » i. e. « necessario », quum חרר « liber esse » significet (cf. tit. 80 v. 8) et עליהמו « eis (incumbit) ».

Versus 66-68. תקה a Prætorio, ut videtur recte, cum sequentibus conjungitur. Qui וערמן | במרב | תקה vertit « finis Mâribi et molis! »; nos, Glaserum secuti, « reparatio ». — דרעטם a Prætorio explicatur : « res tremenda, calamitas ». Qui enim comparat æthiopicum ደንገጸ « tremefecit », ד in נ et ע in ג mutatis et littera ד in utroque sermone consonantis ת locum tenente. Malumus interpretari ד ut ד et vertimus כתאך | הרעטהמו | דרעטם « qui (rex) jussum jussit eos sic ». ד loco ד jam præbet דכלען in tit. 539 v. 4. Glaser primo דרעטם tanquam appositionem sententiæ antecedentis vertit « jussus » et כתאך הרעטהמו interpretatur : « et potita est eorum anxietas ». Deinde, p. 28, alteram versionem v. 64-67 proponit : « Et tum pervenit ad regem per Ḥimyarum et Ḥaḍramautum petitio (cohortatio) nomine aliquot tribuum e Dî'o, quibus intererat reparatio (refectio vitiati) Mâribi et aggeris, (et) petitio ad quam impulit eas anxietas etc. » דרעטם ורעטם emendat. Itidem Winckler, qui vertit : « et jussus mandatus est eis ». כתאך a Wincklero pro conjunctivis particulis *ki-ta-ak* habetur collato æthiopico ከ*ሀ*, quod Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, p. 82, probat. Winckler interpretatur « propterea quod », Glaser inter « ne », « quum » et alia hæret. Prætorius תאך octavam formam verbi נאך esse censet et vertit כתאך : « quum gemeret ». — הוקלו. Glaser et Winckler [arabico وقل « ascendit in montem » freti] vertunt : « in montes fugerunt ». Prætorius וקל cum arabico نقل comparans : « translati sunt (in perditionem et mortem) ». Nos הוקל cum arabico أُوقِل « insaniit » conferre malumus, quum in ceteris interpretationibus præpositio ante ומותם | צללם desideretur. — רחבתן a Glasero pro nomine loci ducitur (cf. tit. 314 v. 13), a Wincklero et Prætorio pro appellativo « planities », quod magis arridet.

Versus 69. צללם « pernicies »; vide tit. 539 v. 6.

Versus 69-70. תרפן | בעד | בדתאן « pluvia veris post pluviam autumni »; vide v. 55-59. Hactenus verba mandata a rege. — וכהרעטהמו. Glaser vertit : « et tum jussit eos »; Winckler : « et quum juberet eos », Prætorius : « et quum terreret eos (nuntius) ». Wincklero assentimur.

Versus 72. וכמסרו « et tum coaggeraverunt »; vide quæ vocis מסרם occasione ad v. 8 adnotavimus.

Versus 74. אאבנם; vide v. 30. — שמו « posuerunt »; vide tit. 1 v. 3. — ערץ « latitudo, spatium », iterum in Hal. 353 = Gl. 1155 *a*, v. 3, reperitur; cf. C. Landberg, *Ḥaḍramoût*, p. 192, n., et 424-425.

Versus 75. אמם, in tit. 541 v. 107 quoque occurrens, jam in tit. 45 v. 3 reperitur, ubi אמם | ת[ם], sicut hic, legendum est, et est pluralis vocis אמת « cubitus », quæ in Hal. 215, v. 2, et Reh. 1, v. 2, invenitur; plurales alii אמה in Hal. 199 (= Gl. 1150 *b*), v. 1; 200, v. 2; 256 = Gl. 1163, v. 2; 413, v. 1; 417, v. 2, et אמן in Reh. 1, v. 4. — ענלמן; vide v. 14. — נמרין; vide v. 19. —

חרצם. Glaser vertit : «omnino»; Prætorius, ut videtur, rectius : «diligenter», arabice حَرِصًا.

Versus 76. ולבתם | גרבם; vide v. 11. — פרזנם | אזיים; vide v. 12.

Versus 77. עודן; vide v. 25. — מערבתם. Glaser vertit : «saxa quadrata», qui sensus titulo Hal. 217 firmatur.

Versus 78. גמדו. Utrum גמדו an למדו legendum sit dubitat Glaser et interpretatur «crustaverunt (ad verbum : induraverunt)». Prætorius inter arabica جمد «stabilivit» et لبد «agglutinavit» conferenda hæret; in prius inclinamur.

Versus 79. צלוהמו verisimiliter pluralis vocis צלות, de qua tit. 325 v. 2 occasione disseruimus. Illic vertimus צלות «capella», sed hic anteponimus «facies» vel «latera»; cf. verbum صلى «adspectavit» et vide C. Landberg, *Ḥaḍramoût*, p. 330-331. Glaser : «partes mediæ».

Versus 80. כאבתי; vide v. 19. — רחבם; vide v. 6-7.

Versus 81. להנאם est substantivum vel infinitivus; adjectivum est frequens (vide tit. 75 v. 6; 86 v. 6, etc.). — חרצם (cf. v. 75) potest substantivum esse cum הנאם sine copula conjunctum, vel adjectivum.

Versus 81-82. וארצן | סמין | בעל | אלהן «Deus, dominus cæli et terræ»; in Hal. 63 (infra 542), v. 3, Raḥmân appellatur dominus. — רואו; vide v. 36.

Versus 83. ḥרצם. Glaser vertit «simul», חרצם et ḥרצם commiscens. Prætorius miro modo æthiopicum ሓረጽ confert, quod temere voci ሐረፀ substituit, et interpretatur «farina». Contextu impellimur ad interpretandum «stipendium».

Versus 84. נשכם. Glaser : «dona amoris». Prætorius, collato hebraico [potius aramæo] נכס : «pecus trucidandum». Contextum iterum respicientes proponimus : «merces». — ולופן | לפעלן. Glaser : «operariis (structoribus) et lacunariis». Cur זפן sic interpretetur non indicat. Conjicimus custodes designari, qui excitant operarios; cf. arabicum زفّ «acceleravit».

Versus 86. מאתין, pro מאתן, sicut in tit. 40 v. 1 שעבינהן pro שעבנהן et in v. 5 [ין]מחרמינה, vocale *i* in diphtongam *ay* mutato. — סרלם «flos farinæ» optime a Prætorio cum æthiopico ሰንዳለ confertur [quod græco *σεμίδαλις* respondet].

Versus 86-87. וגדלת . . . טחנם; vide v. 39-40.

Versus 89. וקרטם | לביחם; vide v. 42-43.

Versus 90-91. צמדם; vide v. 35.

Versus 92-94. פצים . . . אבלם; vide v. 47-48.

Versus 95-96. כרכרם, hebraice כִּכָּר «talentum» (Glaser). — דבסם arabice دِبْس «defrutum» iterum in Hal. 152, v. 12-13, reperitur. Glaser vertit «mel» ut hebraicum דְּבַשׁ.

Versus 96-97. ḥמאתם «butyrum», hebraice חֶמְאָה. — ורחהו; vide v. 51.

Versus 98. לדאו; vide לדאון in v. 51-52.

His præmissis vertimus :

1 *Saraḥbi'îl Ya'fur, rex Sabæ et Rai-*
2 *dânensium et Ḥaḍramauti et Yamanati et Arabum*
3 *in jugis et littore, filius Abkarîbi*
4 *As'ad, regis Sabæ et Raidânensium et Ḥaḍ-*
5 *ramauti et Yamanati et Arabum in jugis*
6 *et littore, firmaverunt aggerem a proximo Raḥ-*
7 *bi donec pervenerunt ante 'Abrum et firmaverunt*
8 *eum coaggerando et superstatuminando usque ad fastigium e-*
9 *jus ab imo, a torrente Ṭamḥâno.*
10 *Et firmaverunt molem ab imo ejus*
11 *et crustaverunt eam structura silicis et laterum*
12 *et angulorum ferreorum (?) et cincinnorum dis-*
13 *tinctorum lateribus angulorum. Et firmaverunt*
14 *concavi* | Monogramma. | Symbolum. | Monogramma. | *tatem quæ*
15 *in margi* | | | | *ne catarac-*
16 *tæ et pulvinum canalis qui prope concavi-*
17 *tatem et canalem retrorsum, et pulvinum*

qui inter canalem et Miſlâlum, et pulvinum Miſlâli, qui est prope molem et post Miſlâlu]m, et molem quæ est ante aggerem. Et firmaverunt ea a fundamento eorum, a ba[si rupis, usque ad capita eorum deorsum. Et [fir]maverunt [circu]lum lævæ coaggerando et superstatuminando ab imo ejus ad fastigium ejus; qui est e saxis (confectus) et ante aggerem (situs). Et firmaverunt circulum saxorum et calcis, qui est prope torrentem Gaz'um, qui est ante pulvinum canalis et ante effluxum sinistrum; et firmaverunt eum a fundamento ejus et basi rupis usque ad fastigium ejus, et perrexerunt coaggerare et superstatuminare per septem et viginti dies et perfecerunt eum et aperuerunt exitus extremitatis lapide et calce et terminaverunt ea omnia et texerunt (ea) [a] [funda]mento [e]oru[m] ad capita eorum potestate et auxilio et favore Dei. Et quæ expensa] sunt (fuerunt) : se[xcen]ti [et qua]tuordeci]m millia [camelorum]...

cum ducentis [et mille

paribus a[sinorum.....

Et [quæ] expensa sunt p[ro.....

ejus (?) : septemde[cim millia et du[centa millia (modorum) farin[æ zeæ et frumenti et horde[i et caryotarum et sexaginta et trecentæ et mille (oves) jugulatæ et capræ (?) et boves, et centum et mille cameli adulti et adulescentuli et triginta et quadringenti cameli potum ferentes ex uvis Gharbîbi et uvis passis et ducenta millia camelorum (ferentium) vinum caryotarum. Tempus ejus (mensis) Dhû Da'v qui est in anno quarto et sexagesimo et quingentesimo. Et ruptus est (agger), quum fluxisset pluvia autumni et irrigavissent ea terram (et) quum fluxisset pluvia veris

...sicut ceciderat pluvia veris, et irri[gavissent ea

ter]ram : In mense Dhû Thabto (anni) quinti
et se]xagesimi et quingentesimi rupta est concavita-
s et moles et circulus et agger et extre-
mitas a fundamento ejus, saxa et silex,
et agger ab imo suo (factus est) rivi. Tum percur-
rit rex Ḥimyarum et Ḥaḍramautum man-
dans tribubus ut sine immunitate eis (incumberet) repara-
tio Mâribi et aggeris. Qui imperium imperavit ei-
s sic : « Consternatæ sunt tribus campi
pernicie et morte et ruptus est (agger) pluvia veris post
pluviam autumni. » Et quum imperavisset eis, e Ḥimyaro
et Ḥaḍramauto qui descenderunt cum rege (fuerunt) vigin-
ti millia; tum exstruxerunt aggerem ab i-
mo ejus ad fastigium ejus coaggerando et superstatuminando
lapidibus. Et posuerunt spatium capitis ejus sex
cubitos et exstruxerunt concavitatem et molem accurate
silice et lateribus et angulis ferreis
et circulum exstruxerunt semiquadratis et....
Tum stabiliverunt totam concavitatem et molem et cir-
culum calce, latera ejus et capita ejus,
et pulvinos ambos Raḥbi et effecerunt firmationem
egregiam accurate auxilio et favore Dei, do-
mini cæli et terræ. Et quæ expensa sunt pro eo (opere)
(tanquam) stipendium tribubus quibuscum descenderat (rex) et
merces opificibus et custodibus quadraginta et tre-
centi et quinque millia et nonaginta
et ducenta millia (modorum) floris farinæ et fa-
rinæ frumenti [et hor]dei et zeæ et
ca]ryotarum, et tres et sexaginta et trecen-
tæ [et mil]le [o]ves [jugulatæ et capræ (?) et bo]ves
et mille pa-
res et septuaginta et se-
xcenti camel-
i potum ferentes ex uvis Gharbîb-
i et uvis passis et du-
o et quadraginta talen-
ta defruti et buty-
ri. Tempus ejus (operis)
(fuit mensis) Dhû Da'w (anni) quin-
ti et sexagesimi et quin-
gentesimi.

541

Gl., 618 (+ 555 + 553 + 556).

Eodem loco atque titulum antecedentem reperit E. Glaser hunc, quatuor columnis constantem, quæ in quatuor lateribus parallelipipedi lapidei inscriptæ sunt. Viator compluribus diebus eum exscripsit, quum ad volvendam stelam viginti hominibus opus fuit, et quatuor numeris designavit quod postea sub numero primo conjunxit. Columna prima versus 1-27 amplectitur, qui viginti ad quatuor et viginti litteras tenent, altera v. 28-59, qui undecim ad quindecim litteras habent, tertia v. 60-98, qui undeviginti ad viginti quinque litteras præbent, quarta v. 99-136, qui duodecim ad duodeviginti litteras præstant. In mediis v. 1-3 est spatium quadratum vacuum, ubi monogramma fuisse Glaser existimat, quod Persæ vel Mahometani eraserint. In v. 4 quoque nomen subreguli christiani Abrahæ sculptum fuerat et vestigia ejus sat clara remanserunt ut a Glasero legi posset. In v. 63-66 tria spatia sunt quorum unum initium, alterum medium, tertium finem versus occupat. Monogrammata ferunt, ut Glaser agnovit, nomina רמחש, אברה et זכימן, de quibus vide commentarium tituli. Itidem in v. 70-72 exstant tria spatia, ubi monogrammata et symbolum insculpta sunt quæ in tituli antecedentis v. 14 et 15 jam reperiuntur; vide supra, p. 263.

Titulum tractaverunt : E. Glaser, *Zwei Inschriften über den Dammbruch von Mârib,* in *Mitteilungen der Vorderasiatischen Gesellschaft,* II (1897), p. 390-485; separatim excusum, p. 31-126. — O. Winckler in *Orientalistische Litteratur-Zeitung,* I (1898), c. 21-24. — F. Prætorius, *Bemerkungen zu den beiden grossen Inschriften vom Dammbruch zu Mârib,* in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft,* LIII (1899), p. 15-24.

Quæ Glaser hebraicis litteris edidit rursus sabæis transcribimus :



















89 𐩧𐩣𐩱𐩧𐩺 | 𐩧𐩣𐩲 | 𐩬𐩣𐩱 | 𐩧𐩬𐩺𐩣𐩱

90 𐩲𐩲𐩺 | 𐩧𐩲𐩦𐩣 | 𐩣𐩲𐩺 | 𐩲𐩲𐩹 | 𐩬𐩣𐩱

91 𐩱𐩲𐩬𐩲𐩲 | 𐩣𐩲𐩺 | 𐩧𐩬𐩣𐩣 | 𐩧𐩣 | 𐩣𐩸𐩲𐩺.𐩣

92 𐩣𐩣𐩵 | 𐩧𐩸𐩲𐩦 | 𐩧𐩧𐩺 | 𐩣𐩬𐩺 | 𐩧𐩬𐩣𐩣 | 𐩧𐩣

93 𐩢𐩺 | 𐩧𐩣𐩺𐩺𐩲 | 𐩺𐩧𐩲𐩺 | 𐩧𐩧𐩣𐩸𐩲 | 𐩧𐩣𐩸𐩣 | 𐩧

94 | 𐩺𐩣𐩸𐩲𐩺𐩵 | 𐩧𐩧𐩣𐩧𐩸 | 𐩺𐩣𐩸𐩧𐩸𐩸𐩣

95 𐩺𐩱𐩲𐩬𐩺 | 𐩧𐩲𐩸𐩲 | 𐩺𐩣𐩸𐩧𐩺𐩺𐩣 | 𐩸𐩣𐩺

96 | 𐩧𐩧𐩲𐩸𐩲 | 𐩧𐩺𐩲𐩧𐩦 | 𐩧𐩸𐩧𐩣 | 𐩧𐩣𐩺𐩺𐩲

97 𐩦𐩺 | 𐩺𐩣𐩸𐩲𐩣 | 𐩧𐩣𐩺𐩺𐩲 | 𐩺𐩣𐩸𐩸𐩲𐩲𐩺

98 𐩲𐩸𐩸𐩺 | 𐩸𐩸𐩧𐩦 | 𐩧𐩧𐩺𐩺 | 𐩧𐩣 | 𐩲𐩣𐩱𐩦 | 𐩺𐩣

. . . . . .

99 𐩲 | 𐩧𐩣𐩺𐩸𐩱𐩺 | 𐩲𐩣𐩲𐩲𐩣

100 𐩲𐩣𐩣 | 𐩣𐩺 | 𐩺𐩧𐩲 | 𐩧𐩸𐩣

101 𐩺𐩲𐩺 | 𐩺𐩣𐩸𐩸𐩱𐩧𐩺 | 𐩧

102 𐩺 | 𐩣𐩺𐩣𐩧 | 𐩧𐩣𐩺 | 𐩺𐩸𐩣𐩦

103 𐩺𐩦𐩲𐩺 | 𐩣𐩲𐩸𐩱 | 𐩸𐩧𐩺 | 𐩧𐩲

104 𐩸 | 𐩧𐩧𐩺𐩺 | 𐩣𐩧𐩸𐩣 | 𐩺𐩲𐩱

105 𐩱𐩲𐩣 | 𐩺𐩸𐩸𐩧𐩦 | 𐩣𐩧𐩣𐩱

106 | 𐩸𐩺𐩣𐩲𐩲𐩺 | 𐩲𐩣𐩧 | 𐩧𐩣𐩺

107 𐩺 | 𐩲𐩣𐩧𐩺 | 𐩣𐩣𐩿 | 𐩣𐩣𐩲

108 𐩲𐩺 | 𐩣𐩣𐩸𐩲 | 𐩣𐩣𐩲 | 𐩸𐩱𐩱𐩸

109 𐩵𐩲 | 𐩣𐩣𐩲 | 𐩲𐩱𐩺 | 𐩱𐩣𐩺𐩲

110 | 𐩺𐩲𐩲𐩵𐩺 | 𐩣𐩣𐩲𐩷 | 𐩣𐩣

111 .. | 𐩺𐩸𐩲𐩲𐩣𐩺 | 𐩧𐩣𐩸𐩺

112 𐩣𐩸𐩦𐩧 | 𐩺𐩣𐩱𐩸𐩸𐩺 | 𐩺𐩸𐩧𐩲𐩲

113 𐩺 | 𐩧𐩣𐩧𐩸𐩲 | 𐩲𐩸𐩣𐩣 | 𐩣𐩱𐩣𐩣𐩧

114 𐩦𐩲𐩺 | 𐩣𐩣𐩣𐩸𐩣 | 𐩸𐩲𐩣𐩧

115 𐩹𐩣𐩦𐩧 | 𐩧𐩣𐩺𐩸 | 𐩧𐩣 | 𐩺𐩲𐩱𐩲

116 𐩺𐩣𐩸𐩺𐩱𐩣𐩣 | 𐩺𐩺𐩸𐩸 | 𐩺

117 𐩧𐩺𐩺𐩺 | 𐩧𐩱𐩺𐩣 | 𐩲𐩧𐩸𐩺

118 𐩸𐩣𐩲𐩲 | 𐩸𐩲𐩣𐩧𐩧 | 𐩧𐩣𐩸𐩺𐩺𐩺 | 𐩧

119 𐩱𐩧𐩲𐩺 | 𐩣𐩱𐩲𐩣 | 𐩧𐩣𐩱𐩺 | 𐩣

120 𐩱𐩺𐩺 | 𐩱𐩱𐩲𐩺 | 𐩣𐩸𐩸𐩧 | 𐩣

121 | 𐩣𐩲𐩣𐩱 | 𐩣𐩸𐩣𐩲𐩲 | 𐩸𐩲

122 𐩿𐩺 | 𐩣𐩲𐩺𐩧𐩸 | 𐩧𐩱𐩧𐩸𐩣

123 𐩣𐩸𐩣𐩲𐩲 | 𐩱𐩱𐩣𐩱 | 𐩣𐩧𐩣

(Impressum mense februario 1918.)



Hæc edidit Glaser, in quibus perpauca emendamus :

1 בחיל | ו[ר] | דא | ורח
2 מת | רחמ | נן | ומס
3 חהו | ורח | [ק]רס | סטרו
4 דן | משנדן | אן | [אבר]ה | עזל
5 י | מלכן | אגעזין | רמחש |
6 זבימן | מלך | סבא | ודר
7 ידן | וחצרמות | וימנת |
8 ואערבהמו | טורם | ותהמ
9 ת | וסטרו | דן | משנדן | כק
10 סד | והחלף | בגזמן | יזד
11 בן | כבשת | חלפתהמו | דס
12 תחלפו | עלי | כדת | ודא | כן
13 להו | חלפתן | וקסד | ועמהו
14 אקול | סבא | אסחרן | מרת || ו
15 תממת | וחנשם | ומרתדם | וח
16 נפם | דחלל | ואזאנן | אקול
17 ן | מעדכרב | בן | סמיפע | והען

18 ואחותהו | בני | אסלם | וכא
19 סיו | גרה | דזבנר | יאפקן | בקה |
20 מ]לכן | במשרקן | והרגהו | וסחת
21 ו] | מצנעת | כדר | ויזד | גמע | דהטע
22 הו | בן | כרת | וחרב | חצרמות | ו
23 אחד | מזנם | הגן | אלמרין | וע]ו
24 ד | עברן | ווצחהמו | צרחן | ושת
25 א]ו | וגמעו | אגישהמו | חבשת
26 ו]חמירם | באאלפם | בורח | דקי
27 צ]ן | דלסבעת | וחמסי | וסת | מאתם
28 ושתאו | וורדו
29 מקלי | סבא | ושא
30 מו | בן | צרוח | ע
31 לי | נבטם | עדי | עב
32 רן | וכוצחו | נב
33 טם | דכיו | סרו
34 תהמו | כדר | אלו |
35 ולמד | וחמירם
36 וחליפהמו | וטה
37 ועודה | די | גדנם | ו
38 וצחהמו | יזד | בנ
39 בטם | והעדהמו | יד
40 הו | קדמי | דכין | סר
41 ויתן | וכוצחהמ
42 ו | צרחם | בן | סבא | כ
43 תבר | ערמן | ועודן
44 וחבשם | ומצרפת |
45 דאפן | בורח | דמדר
46 א]ן | דלסבעת | ובעדן
47 וצחהמו | דן | עהדן

48 הקדמו | ברדנן | ברת

49 ידנן | ערבן | אלהת |

50 דא | גבאו | עם | יזד | ו

51 ככלהמו | העדו | איד

52 המו | ורהנהמו | בבר

53 ם] | וסרויתן | דהד

54 כיו ו] כדר | קרנו | אקול

55 ן | אלהת | קסדו | ומל

56 כן | דכי | עטתם | עלי

57 אשעבן | לחררתם | ו

58 מסרם | וגרבתם | וב

59 רא[ם] | והפגם | ונה[מ]ת

60 וצהרם | לעדבן | ערמן | וע

61 ודן | ומתברתן | דבמרב | וה

62 ועדהמו | בורחן | דצרבן | דל

63	ר	סבעת | ו	א	בעדן | דכ	ז
64	מ	יו | עטתן	ב	ודן | ער	ב
65	ח	בן | עדיו	ר	הגרן | מ	מ
66	ש	רב | וקד	ה	סו | בעת	ז

67 מרב | כבהו | קססם | דבמסתלה | ו

68 בנהו | יפעו | ערמן | וחפרו | תו[ב

69 וצחו | ערן | ובעלו | ערן | להות

70	Mono-gramma.	רן [ו] ע[ו]ד	Sym-bolum.	ן | וכו	Mono-gramma.
71		צעו | לה		ותרן | עו	
72		דן | כן | צל		לם | ועו	

73 סם | באשעבן | והגרן | וכל | ראיו | כ

74 חני | צללן | עלי | אשעבן | אדנו | להמ

75 ו | לאחבשהמו | ואחמרהמו | ו

76 בעדן | דאדנו | באשעבן | ורדו |

77 אקולן | אלהת | תצנעו | בכדר | וכ

78 וצחו ׀ מלכן ׀ עם ׀ סרותן ׀ אלהת
79 הדכיו ׀ לקרנהמו ׀ והעדו ׀ אידהמ
80 ו ׀ מלכן ׀ ובנהו ׀ גבא ׀ מלכן ׀ עדי ׀ ה
81 גרן ׀ מרב ׀ בן ׀ ערמן ׀ ואקולן ׀ אלהת ׀ כנ
82 ו ׀ [ס]למתם ׀ .ת.בנהמו ׀ א[ו]סם ׀ דמעה
83 ר ׀ בן ׀ מלכן ׀ ומרגזה ׀ דרנח ׀ ו
84 עדל ׀ דפיש ׀ ודשולמן ׀ ודשעבן ׀ ו
85 דרען ׀ ודהמדן ׀ ודכלען ׀ ודמהדם ׀ ו
86 דתת ׀ ועלסם ׀ דיזאן ׀ ודדבין ׀ וכב
87 ר ׀ חצרמות ׀ ודפרנת ׀ וכוצח[ה]מ
88 ו ׀ מחשכת ׀ נגשין ׀ ווצחהמו
89 מחשכת ׀ מלך ׀ רמן ׀ ותנבלת
90 מלך ׀ פרס ׀ ורסל ׀ מדרן ׀ ורס
91 ל [ו] חרתם ׀ בן ׀ גבלת ׀ ורסל ׀ אבכרב
92 בן ׀ גבלת ׀ וכל ׀ ערן ׀ דתריד ׀ צלל
93 ן ׀ בחמד ׀ רחמנן ׀ ורדו ׀ אשעבן ׀ חג
94 בעטתהמו ׀ קדמתן ׀ שתאהמו
95 עלי ׀ מועדהמו ׀ אחרן ׀ וכוצחו
96 אשעבן ׀ במדת ׀ דראון ׀ אחרתן ׀
97 וכאסיהמו ׀ אשעבן ׀ ברהמו ׀ עד
98 בו ׀ דתבר ׀ בן ׀ עודן ׀ דתקה ׀ יעפר

.....

99 בסבא ׀ ואקולן ׀ א
100 להת ׀ כנו ׀ עם ׀ מלכ
101 ן ׀ ונטרהמו ׀ וכע
102 דבהו ׀ בן ׀ תבעל ׀ ע
103 רן ׀ עדי ׀ שקרם ׀ וכדו
104 זאו ׀ בקדם ׀ עודן ׀ ק
105 שבנם ׀ דתקהו ׀ באש
106 עבן ׀ חמס ׀ וארבעי

107 אמם | טלם | וחמס | ו

108 תלתי | אמם | רימם | וא

109 רבעת | עשר | אמם | רח

110 בם | גרבם | וחררו |

111 ערמן | ומסרהו | [וש

112 צנהו | והקשבו | דהב

113 חבשם | עיר | אקדמן | ו

114 נמרי | מפללם | וכד

115 רזאו | בן | יומן | דבה

116 ו | יפעו | [ל]עזוהמו

117 וקדס | בעתן | ועוד

118 ן | וערמן | חמסי | אאלפ

119 ם | ותמן | מאתם | וסדת

120 ם | דקקם | וסתת | ועש

121 רי | אאלפם | תמרם |

122 בקנתן | ידעאל | וט

123 בחם | תלתת | אאלפם

124 דביחם | ובקרם | וק

125 טנתם | תתי | מאתן | וסב

126 עת | אאלפם | קטנתם

127 ותלת | מאתם | אאבלם

128 סקים | ערבבם | ופצים

129 ואחד | עשר | אאלפם | אל[י

130 חלב | סקים | דתמרם | וכ[מל

131 ו | מקחהמו | בתמני[ת | וח

132 מסי | [י]מ[תם] | וקש[בנהמו

133 בא[חד] | עשר | או[רח

134 ם | בורח | דמען | [דל

135 תמנית | וחמסי | וס

136 ת | מ א ת ם

Versus 1. רדא. Litteram ר in spatio quadrato fuisse et cum monogrammate erasam esse opinatur Glaser; itidem littera ק e voce קדם in v. 3.

Versus 2-3. קדם | ורח | מסחהו, hebraice מְשִׁיחוֹ וְרוּחַ קָדֶשׁ «messias ejus et spiritus sanctus».

Versus 4. אן. Prætorius, *Amharische Sprache*, p. 119, dicit אן, sicut אל, pluralis particulam, tanquam majestatis signum ante nomen regis positum esse. Glaser confert arabicum إِنَّ «quod» vel إِنَّ «ecce». — אברה, ex אברהם decurtatum; cf. M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 487. De hoc subregulo disseruit Glaser præcipue in *Zwei Inschriften*, p. 69-77. Ab arabicis scriptoribus Abraha As-Sabbâḥ et Abraha Al-Arsam commemorantur, quos A. von Kremer, *Arabische Sage*, p. 33 in n., et p. 50-51, eumdem fuisse existimat; itidem Glaser, *Skizze*, I, p. 5. M. Hartmann, *l. c.*, distinguit eos, contendens As-Sabbâḥum fuisse regem et Al-Arsamum fuisse subregulum regis æthiopici in nostro titulo nominatum.

Versus 4-5. עזלי a Glasero cum æthiopico ዐዛል «vir fortis» comparatur, a Prætorio, qui עזני legit, cum ዐዛዜ «imperator», *z* jam ut *dj* enuntiato. Re vera, Abraha erat vassalis regis Æthiopum. — אנעזין «æthiopicus», አግዓዚ.

Versus 5-6. זבימן | רמחש. Regis æthiopici hujus ab historiæ scriptoribus mentio non facta est. Glaser dubitat utrum *nûn* in זבימן ad nomen pertineat an articulus sit. Hartmann, *o. c.*, p. 509, n., dicit זבימן posse significare qui est in Yemeno», quasi Ramḥîś reges duo essent, unus in Abyssinia, alter in Yemeno.

Versus 6-9. תהמת...סבא | מלך. Vide tit. 540 v. 4-6.

Versus 9-10. כקסד. Particula כ hic conjunctio «quum»; vide quæ ad tit. 540 v. 64 adnotavimus. Verbum קסד etiam in v. 13 et 55 occurrit. et videtur significare «rebellavit» (Glaser et ceteri). Prætorius censet verbi proprium sensum esse : «sibi imperium arrogavit». De substantivo קסד vide quæ ad tit. 356 v. 4 adnotavimus, ubi jam non id pro nomine tribus habemus, sed pro appellativo significante «cives»; cf. M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 446-447. — בגזמן | התלף. Glaser vertit : «fidem violavit rebellatione», at גזמן nomen loci esse posse fatetur. Winckler interpretatur : «violavit jusjurandum». Prætorius vix probabile putat התלף aliud sonare atque לסתחלפו | לחלפתהמו in v. 11-12, itaque vertit : «semetipsum *khalifatum* fecit». Quoad בגזמן, comparat amharicum titulum ደጅዝማች «dux» et id cum יזר conjungit. Nos quod de התלף censet probamus, sed בגזמן a radice גזם ducendum esse putamus, de qua vide tit. 308 v. 12 et 435 v. 1. Hic collato syriaco ܓܙܡܘܬܐ interpretamur «audacia».

Versus 10-11. כבשת | בן | יזר (cf. v. 21, 31, 38, 50). De hominibus Yazîd nominatis qui illo tempore vixerunt locutus est Glaser (p. 73-77). Nomen Yazîd, apud Arabes frequentissimum, in tit. 226 v. 1 reperitur. — כבשת nomen matris Yazîdi fuisse Glaser putat; quod Hartmann, *o. c.*, p. 508, n. 1, rejicit. Attamen non negandum est nomen illud pro feminis tantum ab Arabibus usurpari; cf. F. Wüstenfeld, *Register*, p. 263-264; et, quum titulus ab inimicis Yazîdi scriptus esset, nomine matris «ovis» ad eum irridendum uti potuerunt. — לחלפתהמו vertunt Glaser, Winckler, Prætorius «vicarius eorum», arabice خليفة, tanquam appositionem vocis יזר. Malumus id ut خلافة «legatio» interpretari et pro objecto vocis התלף habere; cf. v. 13. In v. 36 pluralis לחליפת «legati» sonat. Suffixum Winckler tanquam articulum explicat; vide quæ ad tit. 535 v. 7 adnotavimus. Glaser et Prætorius id ad regem referunt.

Versus 11-12. לסתחלפו «quam legationem imposuerant». — כדת (cf. v. 22), e כנדת ortum, tribus nota Kinda est, quod F. Hommel teste Glasero primus agnovit. Quam tum regionem versus meridiem orientalem Mâribi sitam habitavisse censet Glaser.

Versus 12-13. להו | כן | חלפתן | ודא «et non ejus (scil. Yazîdi) erat legatio» (Prætorius); cf. tit. 540 v. 66. Glaser דא «Dî'» cum כדת conjungit. Winckler, ודא cum æthiopico verbo ወድኣ «fuit» conferens, vertit : «et fuerat ei (scil. regi) legatus». — קסד «rebellavit»; vide v. 10.

Versus 14. אסחרן «Saḥarenses»; vide quæ ad tit. 375 v. 1 supra, p. 27, scripsimus. — מרת, arabice مَرَّة, apud Arabes frequens (Glaser, p. 99).

Versus 15. תממת, ثمامة, itidem sæpe apud Arabes reperitur. — חנשם. Duo homines sic appellati commemorantur; vide F. Wüstenfeld, *Register* [p. 203] (Glaser) et confer Ibn Doraidum, *Ištiḳâḳ*, p. 204. Tribus Banû Ḥanaš, *ibid.*, p. 260, et in Al-Hamdânîi *Djazîra*, p. 54 et 161, commemoratur. — מרחדם, vide tit. 333 v. 1 commentarium.

Versus 15-16. חנפם nomen inauditum; cf. nomen feminæ الحنفاء apud F. Wüstenfeld, *Register*, p. 204, et ابو حنيفة in Yâḳûti *Mu'djamo*, I, p. 102, etc. — לחלל; cf. לחלל | כבר in tit. 80 v. 13 et titulis illic allatis adde nomen לחל in titulo Britannici Musei a J. Halévy in *Revue sémitique*, 1910, p. 98, n° 2, edito, v. 2, occurrens. Gens לחלל in Al-Hamdânîi *Djazîra*, p. 112, commemoratur, ut Glaser monet. — אואנן patronymicum plurale e יואן [in v. 86 exstante] ortum (Glaser). Animadverte

patronymicum hic nomini dignitatis anteire, quum in v. 14 id sequitur.

Versus 17. סמיפע | בן | מעדכרב. Glaser existimat Maʿdkarîbum et Smuyafaʿum eosdem esse qui in tit. Hiṣn Ghurâb nominantur; quod M. Hartmann, *o. c.*, p. 164, negat, quum ad aliam gentem pertineant. Ipse putat Maʿdkarîbum eumdem esse qui in tit. Seetzen v. 1 nominatur, miro errore fingens Maʿdkarîbum esse patrem, non filium Smuyafaʿi. סמיפע decurtatum est a סמהיפע, quod in tit. 37 v. 5 reperitur.

Versus 18. אחות, arabice إِخْوَة, pluralis vocis אח, alias non invenitur; in tit. 428 v. 3; 455 v. 2 et Hal. 202, v. 1, sonat «fraternitas». — אסלם nomen hominis in minæis titulis Euting 3 (*Epigraphische Denkmäler*, 1), v. 1, et 867 (*ibid.*, 42); Savignac et Jaussen 4, v. 3.

Versus 18-19. כאסיו «tum miserunt (scil. rex)». De particula כ vide tit. 540 v. 64. Verbum אסי in v. 97 et in Hiṣn-Ghurâb, v. 8, reperitur, fortasse etiam in tit. 401 v. 7. — גרה. Nomina similia sunt וטה v. 36 et עורה v. 37; quæ theophora apocopata esse opinatur Prætorius, explicans גרה ut جار الله et עורה ut عبد الله. Quoad וטה, quærit nonne legendum sit עטה, arabice عطاء الله. — זבנר alias non reperitur. De nominibus voce נר formatis vide tit. 389 v. 2. — יאפקן. Verbum אפק, collato arabico آفق «viator», videtur «peregrinavit» sonare. Glaser et ceteri vertunt «exsecutus est». — קה, quod Glaser «jussus» vertit, a radice וקה deduci potest. In tit. 325 v. 3 קה alium sensum habet.

Versus 20. משרקן «oriens» in Hal. 478, v. 15 quoque occurrit; cf. משרקין «orientalis» in tit. 132 v. 3 et משרקיתן in tit. 429 v. 2-3.

Versus 20-21. סחתו «deleverunt»; vide tit. 334 v. 12. Winckler, collato æthiopico ሰሐተ «aberravit», vertit : «et (Kidar) defecit». — מצנעת «locus munitus, castellum»; vide tit. 155 v. 2. Pluralis מצנע in tit. 353 v. 14 occurrit; cf. etiam verbum תצנע in tit. 353 v. 6 et infra, v. 98. — כדר (cf. v. 34, 54, 77). Glaser, suum titulum 1000*b* conferens, dicit Kidarum, Waʿlâno et Ridâ'o propinquum, ad meridiem orientalem Ṣanʿâi situm esse. — נמע, arabice نمع «conjunxit», in v. 25 quoque invenitur.

Versus 21-22. להטעהו «qui obedierunt ei»; cf. arabicum أطاع. — חרב. Glaser dubitat utrum nomen loci an verbum «dimicavit» sit; alterum multo magis placet; vide tit. 407 v. 1.

Versus 23. הגן | מזנם. Nomen مازن frequens apud Arabes et הגן cognomen (Prætorius). D. H. Müller in *Wiener Zeitschrift f. d. Kunde des Morgenlandes*, XIII, p. 394-395, interpretatur הגן «camelus nobilis», i. e. princeps. Glaser hæret inter versiones varias : «(at cepit) fugam [arabice مزن] Hadjdjân» sive : «(et cepit) tempestas (زنم) Hadjdjânum» seu : «et Yazid cepit *miznâmum* (i. e. regionem) Hadjjâni». — אלמרין patronymicum vocis לְמֹר כמאר, de quo loco vide Al-Hamdânîum, *Djazîra*, p. 104.

Versus 23-24. עור «rediit»; 4ª forma infra, in v. 39 et 79 occurrit. De radice עור vide tit. 530 v. 5. — עברן; vide tit. 540 v. 7. — וצחהמו. De verbo וצח vide tit. 540 v. 7. Suffixum ad Abraham et socios ejus refertur. — צרחן (cf. v. 48) respondet arabico صُراخ «clamor».

Versus 24-25. שתאו «festinaverunt»; vide tit. 308 v. 19 commentarium. Prætorius conjicit, collato æthiopico ተንሥአ, שתא et תשא pro תנשא ortum esse. — גמעו; vide v. 21. — אגישהמו pluralis vocis גיש, arabice جيش «exercitus», alias non reperitur.

Versus 26-27. לקי[צ]ן; vide quæ ad tit. 448 v. 6 adnotavimus. Glaser scripsit לקי[ט]ן. — | וחמסי | סבעת מאתם | וסח. Annus DCLVII anno 532 æræ vulgaris respondet; vide tit. 6 v. 4 et 46 v. 6.

Versus 28. שתאו; vide v. 24-25.

Versus 29. מקלי. Glaser vertit «planities» vel «fauces». Winckler dubitans «regio». Prætorius trahit מקלי a radice נקל et interpretatur germanice *Bergpässe*, quod ab altera versione Glaseri non differt. De voce מנקל vide quæ ad tit. 418 v. 1 occasione scripsimus.

Versus 29-32. שאמו | בן | צרוח | עלי | נבטם | עדי | עברן. Glaser vertit : «et se posuerunt (vel profecti sunt) Sirwâḥo supra (vel versus) Nabaṭum apud ʿAbarânum». Winckler explicat עדי «usque ad»; Prætorius : «inclinaverunt ad sinistram a Ṣirwâḥo per Nabaṭum ad ʿAbrânum». Altera versio verbi שאמו a Glasero data nobis magis placet interpretantibus שאם ut שים «ponere», scilicet iter. Cetera ut Prætorius explicamus. — נבטם (cf. v. 38-39) nomen loci ignotum. Nomen hominis simile in tit. 516 v. 25 occurrit.

Versus 33. לכיו. Perfectum verbi iterum reperitur in v. 56, 63-64; infinitivus לכין in v. 40; quarta forma in v. 53-54 et 79. Glaser hic interpretatur : «se præfecerunt», Winckler : «collegerunt», Prætorius : «disposuerunt» conferens amharicum ዘከዘ. Nos contextum respicientes vertimus : «miserunt».

Versus 33-34. סרותהמו (cf. v. 40 et 78) «exercitus». Prætorius comparat æthiopicum ሰራዊት. Aramaica quoque שְׁרָא «castra ponere» et מַשְׁרִיתָא «exercitus» huc pertinent. — כדר; vide v. 20. Glaser כדר pro appositione vocis סרותהמו habens putat exercitum e Kidaren-

sibus constare. Winclèr et Prætorius, ut videtur recte, interpretantur : «versus Kidarum». Accusativus præpositionis locum tenet.

Versus 34-35. אלו | ולמד | וחמירם appositio voci סרותהמו. De אלו vide tit. 74 v. 4 et 80 v. 9 et cf. E. Glaser, *Abessinier*, p. 16. למד gens ignota. Quum littera ל certa sit, non audet Glaser Gamad in ḥimyaritica Ḳaṣîda comparare.

Versus 36. חליפהמו «duces eorum»; vide quæ verbi החלפו occursu ad v. 10 adnotavimus.

Versus 36-37. ועודה | וטה. Vide quæ nominis גרה occasione in commentario v. 19 scripsimus. — ד, pronomen duale, ad עודה et עוטה refertur. — גדגם nomen tribus jam in tit. 1 v. 3 et 397 v. 9 invenitur.

Versus 39-40. ידהו | העדהמו «et reddidit eis manum suam», i. e. se demisit. Pluralis אידהמו | העדו in v. 51-52 et 79-80 occurrit. Verbum העד regit objectum personæ et objectum rei. Prætorius opponit arabica : اخرج يدا من طاعة vel نزع يده من الطاعة, i. e. rebellavit.

Versus 40-41. סרויתן | לכין | קדמי «ante mittenda castra» (Winckler). Glaser interpretatur קדמי locali sensu, vertens «coram imperatoribus exercitus» vel «et reddidit manus ejus coram imperatoribus exercituum». Winckler credidit סרותן esse accusativum a לכין rectum; at *nûn* in לכין terminatio infinitivi, non *nûnatio*, neque לכין 2ª forma est, ut Prætorius opinatur, nam etiam infinitivus 1ª formæ *nûnum* habere potest. — סרויתן altera forma vocis סרות; de qua vide v. 33-34.

Versus 42. צרחם; vide v. 24.

Versus 43. ערמן; vide tit. 540 v. 6. — עודן; vide tit. 540 v. 25.

Versus 44. חבשם iterum in v. 113 nominatur. Nomen proprium est, quum *mîmationem* habeat, et partem quamdam molis designat. Prætorius existimat חבשם esse appellativum, et idem sonare posse ac כאבת in titulo antecedente.

Versus 44-45. מצרפת | לאפן; vide tit. 540 v. 29-30.

Versus 45-46. למוראן, nomen mensis, restitui potest, collato מוראן in Hal. 63 (infra 542), v. 8 et 362, v. 2 et 3. — בעדן conjunctio, בעד autem præpositio; cf. חגן et חג (Prætorius).

Versus 47. עהדן. Glaser inter «eventus» et «fœdus» (scilicet cum Yazîdo), arabice عَهْد, hæret. Winckler vertit «nuntius». Prætorius, cui assentimur, alteram versionem Glaseri anteponit.

Versus 48. הקדמו «præfecerunt». Verbi 4ª forma alias non reperitur nisi in titulo spurio Br. M. 28 *d*, v. 3. — ברדנן «veredarius», persica vox, ut D. H. Müller in *Wiener Zeitschrift f. d. Kunde des Morgenlandes*, XIII, p. 395, agnovit. Glaser ברדנן in דרענן temere emendat, Winckler et Prætorius pro nomine hominis ducunt. — ברה «peritus viæ» itidem persica vox (Müller, *l. c.*). Glaser et Winckler vertunt «cum abolitione». Glaser dubitans ducit רה a רהד. Prætorius confert arabicum رَبِّث «dum» opinaturque ברה tanquam conjunctionem finalem adhiberi.

Versus 49. ידנן a Glasero et Winckl ero non explicatur. Prætorius et Müller, *l. c.*, interpretantur : «(ut) se demittant», prior comparat æthiopicum ደነነ, alter arabicum دان. Verbum autem quum singulare sit, videtur transitivum, non reflexivum esse, ergo vertimus : «subjunget». Verbum arabicum دان cum utroque sensu usurpatur. — אלהת pronomen relativum plurale; vide tit. 283 commentarium. — In fine versus nulla littera est legenda, quanquam Glaser dubitans spatium vacuum reliquit (Prætorius).

Versus 50. גבאו. לא «non»; vide tit. 540 v. 66. — Glaser vertit : «reverterunt», Winckler : «se adjunxerunt», Prætorius : «se (non) demiserunt». Idem verbum in v. 80 certo «rediit» sonat, itaque versionem Glaseri probamus, quamvis interpretationem Prætorii re, non verbo accipientes.

Versus 51-52. רהנהמו — העדו | אידהמו; vide v. 39-40. «pignora dederunt eis», cf. arabicum رهن. Vox רהנת in O. M. nunc 66, v. 4, reperitur.

Versus 52-53. בבר. a Glasero legitur במרב, a Winckl ero בברם, quod magis arridet; sed «decenter» malumus interpretari, quam «fideliter»; vide infra, v. 97.

Versus 53-54. סרויתן | להלכיו | כדר; cf. v. 33-34. — קרנו «pugnaverunt» (Glaser, Prætorius); cf. קרן in v. 79 et in tit. 353 v. 5. Winckler : «subegerunt».

Versus 55. קסדו; vide v. 9-10.

Versus 56. לכי | עמתם (cf. v. 63-64) «misit monitionem»; cf. arabicum عظة.

Versus 57. חררתם (cf. verbum חרה in v. 111) certo materiem designat. Cum dubio vertit Glaser «arena» et Prætorius comparat æthiopicum ሐዲድ [arabice حديد] «ferrum»; at ferrum primo nominari non est verisimile. Si licet rabbinicum חררה conferre, de massa (humi) agi potest.

Versus 58. מסרם; vide tit. 540 v. 2.

Versus 58-59. וברא֯ם | גרכתם; vide tit. 540 v. 11. — חפנם materia ignota, quam Glaser, nescimus qua ratione, opinatur esse plantam «folia ḥafadji» vertens. — נהמת idem atque מנהמתם esse potest; vide tit. 325 v. 9. Cur *mîmatio* desit nescimus.

Versus 60. צהרם Glaser vertit : «plumbum fusum»

[cf. arabicum صهر «fudit»]. Plumbum fusum arenati locum tenet; vide Glaserum, p. 19.

Versus 61. מתברתן, arabice المثبورة «res fractæ», ruinæ» (Glaser). — לבמרב ad מתברתן refertur, non ad וערמן | ועודן. Urbs Mârib vastata est aquis quæ, rupta mole, eam inundaverunt (Prætorius).

Versus 61-62. הועדהמו «terminum eis præstitit» est perfectum (Prætorius), non infinitivus (Glaser). Prætorius animadvertit vocem ועד potius hebraico ועד quam arabico وعد significatione respondere. Substantivum מועד in v. 95 reperitur. — לצרבן Glaser docet *ṣirâbum* esse in Yemeno tempus colligendi fructus ab Octobri ad Decembrem. Winckler confert צרב in tit. 73 v. 7 et 74 v. 9; vide quæ ad tit. 174 v. 3 et ad tituli antecedentis v. 54-56 adnotavimus.

Versus 63. סבעת. Idem annus est qui in v. 27 indicatur. — בערן; cf. v. 46.

Versus 63-64. עטתן | לכיו; cf. v. 56. — ודן; vide v. 49 commentarium. Glaser ודן pro substantivo «regio» habet; cf. adnotationem nostram ad tit. 540 v. 8-9.

Versus 65. עדיו «se contulerunt» (Glaser). Winckler vertit: «regressi sunt», Prætorius: «festinaverunt». Qui conjicit עדיו esse 2ae formam verbi, quum עדיו, non עדוו, scriptum sit; at radix עדי juxta עדו exstare potuit.

Versus 66. קדסו (cf. v. 117) «inauguraverunt» hebraici קָדַשׁ instar. — בעת, arabice بيعة «ecclesia»; cf. S. Frænkel, *Fremdwörter*, p. 274, et in *Wiener Zeitschrift f. d. Kunde d. Morgenlandes*, III, p. 355. Prætorius conjicit ecclesiam reparatam et rursus consecratam esse.

Versus 67. לבמסתלה | קסם כבהו. Glaser vertit: «ubi sacerdos (erat) qui in ejus (ecclesiæ) ministerio», כבהו «quum ibi» explicans, sed de מסתלה nihil locutus, fortasse vocem a verbo ستل «secutus est» ducens. Winckler כ in כבהו «ut (esset)» interpretatur. Prætorius hæret inter explicandum כבהו ut æthiopicum ከማሁ «sicut is», i. e. itidem, et ducendum כבהו a בהו [«splendor»]; מסתלה cum arabico مستولاها «dominatio ejus» dubitans comparat. Nos interpretationem Glaseri, quamvis incertam, anteponimus.

Versus 68. יפעו, quum ectypum potius litteram פ quam ק præbet, et יפע in tit. 88 v. 5; 376 v. 15, etc., יקע econtra nusquam reperiatur, assentimur Glasero vertenti: «ascenderunt». Locus molis est superior urbe Mâribo. — חפרו «foderunt»; cf. arabicum حفر et hebraicum חפר. Vox חפר certo tantum in Hal. 240, v. 11 occurrit. — [ב]תו. Glaser dubitat utrum תו substantivum quoddam sit an præpositio «donec» sonans. Winckler תו pro verbo habet sive in תוב «iteravit» compleatur sive in תור «studuit». Prætorius in alteram versionem Glaseri inclinat; nos Wincklerum secuti, תוב legimus, sed ad modum adverbii talmudici תו (e תוב decurtatum) et arabici ثُمَّ, quod e ثُبَّ ما ortum esse opinamur, interpretamur: «deinde».

Versus 69. ערן | בעלו «denudaverunt rupem»; vide commentarium tit. 540 v. 27.

Versus 70-71. וצעו. Hoc verbum in tit. 2 v. 17 et 315 v. 21 significat «demisit»; hic, ut arabicum جعل, «cœpit» sonat.

Versus 72. צללם «pernicies»; vide tit. 539 v. 6.

Versus 72-73. עוסם «pestilentia» (Prætorius) in tit. 81 v. 3, 539 v. 6 et infra, in tit. 556 v. 5, reperitur; vide O. Weber, *Studien*, III, p. 33-34. Glaser vertit ועוסם | צללם «interitus et pernicies», Winckler «offensio et seditio». — כל e כ et ל compositum est (Glaser); vide quæ tit. 308 v. 15 occasione scripsimus.

Versus 74. חני...עלי, arabice اخنى على «perdidit» (Glaser, Prætorius). Winckler vertit: «periculosa erat». — אדנו ut arabicum ادن significat «permiserunt, dimiserunt». In veteribus inscriptionibus (tit. 76 v. 9; 78 v. 8, etc.) אדן «potestas» sonat.

Versus 75. לאחבשהמו | ואחמרהמו patronymica pluralia e חבשת et חמיר orta. Hic quoque suffixum articuli loco usurpari videtur; cf. tit. 535 v. 7.

Versus 76. ורדו. Glaser et Prætorius vertunt: «advenerunt», Winckler accuratius: «descenderunt» scilicet ab arce sua.

Versus 77. תצנעו «se muniverunt»; vide quæ ad v. 21 adnotavimus.

Versus 78. מלכן. Glaser credens מלכן esse subjectum verbi וצחו id emendat in אמלכן; eum sequitur Winckler; at מלכן objectum verbi est, ut Prætorius agnovit.

Versus 78-79. הולכיו | אלהת | סרותן; vide v. 33. — לקרנהמו; vide v. 54.

Versus 79-80. אידהמו | העדו; vide v. 39-40. — בנהו «inde» (Glaser). Winckler, Prætorius: «deinde». — גבא «rediit»; cf. v. 50.

Versus 82. סלמתם «in pace», arabice سلامة, legit Glaser vertens: «fides». Masculinum סלם in tit. 375 v. 2 et Hal. 257, v. 3, etc., occurrit. — בנהמו.ת. Glaser legit בתבנהמו, et תבן infinitivum 5ae sive 6ae sive 8ae formæ esse «mens» significantem conjicit. Quidni legendum sit בנהמו | לת et vertendum: «quæ inter ipsos»?

Versus 82-83. מלכן | בן | למעהר | אנ[ו]סם. Glaser legit אכסם, quum traditio arabica filium Abrahæ nomine Yaksûmo commemoret. Glaser enim מלכן Abraham designare putat et suspicatur Aksumum «Ma'âhirensis» appellatum esse quum pater ei arcem Ma'âhirum dedisset. Hart-

mann, *Arabische Frage*, p. 277, non probabile esse existimat Abyssinum Maʿâhirensem nominatum esse, et opinatur מלכן | בן titulum esse «cliens regis» significantem, sed *ibidem*, p. 509, dicit ducem filium regis anterioris fuisse potius quam Mâliki cujusdam. In primam sententiam inclinamur, et אוסם nomen frequens apud Sabæos malumus legere quam אכסם vel איסם. — למעהרם (cum *mîmatione*) nomen gentis in Gl. 1548-1549, v. 2, 4, 5; nomen hominis מעהר in tit. 338 v. 1, et in Lupar. 4541 (*Nouveau supplément*, 11), v. 2 et 5, occurrit. — מרגוף nomen inauditum. — לדרנח. Gens hæc in *ḳaṣîda* ḥimyaritica, v. 117, commemoratur, ubi ذرانح pro ذرائح legendum est (Glaser). Nomen loci ذرائح in Yâḳûti *Muʿdjamo*, II, p. 718, reperitur.

Versus 84. עדל. Apud Arabes invenitur nomen hominis العدّل. — לפיש. Arx ذو فائش in Al-Hamdânîi *Djazîra*, p. 100, nominatur (Glaser). Principis Faišensis nomine Salama in ḥimyaritica *ḳaṣîda* mentio facta est; cf. A. von Kremer, *Südarabische Sage*, p. 99. — לשולמן. Plerique socii regis solo nomine gentis cui imperant designantur. Glaser dicit לשולבן quoque legi posse, *mîmo* et *bâʾo* in ectypo non clare distinctis. In *ḳaṣîda* ḥimyaritica [v. 120] inveniri ذشودن vel ذشوذب. — לשעבן. Glaser comparat شعبانية apud Al-Hamdânîum, *Djazîra*, p. 74. Šaʿabûn alterum, *ibid.*, p. 93, nominatur, et in *ḳaṣîda* ḥimyaritica, v. 106, reperitur ذو الشعبين; cf. A. von Kremer, *o. c.*, p. 131, n. 3, et Hartmann, *o. c.*, p. 333.

Versus 85. לרען. Glaser opinatur רען esse regionem nunc Raʿain appellatum prope urbem Yarîmum; cf. Al-Hamdânîum, *Djazîra*, p. 101. Idem docet אמלך | רעננ «reges Raʿni» in suo titulo 1693 commemorari. — להמדן; vide tit. 2 v. 12 et 312 v. 1. — לכלען; vide tit. 539 v. 4. — למהדם. Glaser cómparat Beit Mahadam, vicum Ṣanʿâo propinquum.

Versus 86. לתת, secundum Glaserum ducit nomen a loco Thât dicto apud Ridâ'um sito; cf. Al-Hamdânîum, *Djazîra*, p. 92, 93, etc. A. von Kremer, *o. c.*, p. 102, legit Thâb. — עלסם; cf. عَلَس apud Ibn-Doraidum, *Išṭiḳâḳ*, p. 169. — ליואן; vide quæ ad v. 16 vocis אואנן occasione adnotavimus. — לדבין in ḥimyaritica *ḳaṣîda*, v. 101, nominatur, sed illic a D. H. Müller, *Südarabische Studien*, p. 116-117, legitur دنيان. Quæ emendatio a Glasero rejicitur, sed a M. Hartmann, *o. c.*, p. 248, probatur, quod in nostro titulo gens Dhû-Dhubyân ad Ḥâšidenses et in *ḳaṣîda* ad Bakîlenses pertineat.

Versus 86-87. כבר; de hac dignitate vide tit. 399 v. 1. — לפרנת. Nomen loci فرنت in Yâḳûti *Muʿdjamo*, III, p. 885, reperitur.

Versus 88. מחשכת (cf. versum sequentem) «legatio» vel «legati». Glaser (p. 112) asserit voce amicitiam intimam connotari, quum legati sic appellati mitterentur a rege Æthiopiæ et ab imperatore Byzantiæ, qui hinc vel illinc nostratibus dominabantur. D. H. Müller in *Wiener Zeitschrift f. d. Kunde des Morgenlandes*, XIII, p. 396, confert hebraicum חשק «dilexit». חשכת «uxor» in Gl. 394 (infra, 543), v. 2, reperitur. — נגשין, æthiopice ነጋሢ «imperator, rex». Verbum נגש in Gl. 1062 = Vind. 10, v. 4 et 6, et 1606, v. 4, reperitur.

Versus 89. רמן | מלך «imperator Romæ», i. e. Byzantiæ, scilicet Justinianus I. — תנבלת «legatio»; vide tit. 308 v. 10 et 314 v. 14-15.

Versus 90. פרס «Persia». Rex Persarum tum erat Chosroes Anuširwân. — רסל, arabice رسول «legatus, nuntius». — מורן. Mundhir, princeps Ḥiræ (Glaser).

Versus 91. חרתם | בן | גבלת. Ḥârith, filius Gabalati, erat phylarchus Syriæ et imperavit ab anno 529 ad 569 (Glaser).

Versus 91-92. אבכרב | בן | גבלת, frater Ḥârithi, Djaufi et Palestinæ phylarchus. De mentione ejus a veteribus historiæ scriptoribus facta fuse disseruit Glaser (p. 77-86).

Versus 92-93. צללן | לתריד | עדן | וכל «et quum patuisset recessisse perniciem» (Prætorius). De כל vide v. 73. עדן comparat Prætorius cum arabico علن, *lâmo* in *dâlum* mutato sicut in רא; cf. tit. 540 v. 66. תריד confert dubitans cum arabico رود, رويد. Nobis videtur hebraicum ריד «se demittere» huc pertinere. De צללן vide v. 72. Glaser, בללם legens, vertit hæsitans : «et (itidem legationes) ab omni tribu quæ cupivit amicitiam». Winckler Glaserum sequitur. — בחמד | רחמנן «cum laudibus Raḥmâni», i. e. per gratiam Raḥmâni. — ורדו ad verbum ורד pertinet (Winckler, Prætorius), non ad רדד (Glaser; qui vertit «distulerunt»).

Versus 93-94. בעטתהמו | חג «secundum monitionem ad ipsos factam». Locutio præpositiva ב | חג jam in בות | חג reperitur. De עטת vide v. 64. — קדמתן, arabice قديمة «anterior». — שתאהמו «in festinando». Infinitivus temporalis sententiæ locum tenet ad modum sermonis æthiopici (Prætorius).

Versus 95. מועדהמו; vide v. 61-62 commentarium. — אחרתן (cf. אחרתן in v. 96) arabico آخِرٌ «ultimus» potius quam آخَرُ «alter» respondet.

Versus 96. מדת, arabice مدّة «spatium temporis». — לדאון; vide v. 51.

Versus 97. ברחמו | אשעבן | וכאסיהמו. Glaser vertit : «et tum misit eis (i. e. regi) tribus terra eorum» vel : «et quum mitterent eis tribus frumentum suum». Winckler : «et quum venissent ad eos tribus cum fide». Nos suffixum in כאסיהמו subjectivum esse et ad regem referri existimamus vertimusque : «et quum (rex) tribubus misisset commeatum ipsarum». Non omnino abest quin בר, ut arabicum حِقّ, «meritum» significet et victui et mercedi quæ operariis tribuenda sint alludat ; vide commentarium tituli 540 v. 82-84.

Versus 98. תקה «confecit»; vide tit. 540 v. 29. — יעפר; nobis videtur esse Šaraḥbi'il Ya'fur, auctor tituli antecedentis. Quærendum est nonne eum solo cognomine designaverit Abraha, quod judæus fuisset, attamen monogrammaton ejus in sua inscriptione iterum expressit. — Glaser existimat lacunam exstare inter v. 98 et 99. Deficientia Prætorius sic supplet : «quum confecta esset, profectus est rex (Màribum)» ; at בסבא non «Màribum» significat. Suspicamur supplendum esse : «ad extremum molis. Et tribus in operando gubernavit (rex)» vel aliud simile.

Versus 99. בסבא «per Sabæos». סבא incolas Màribi, non urbem Mârib ipsam designare putamus.

Versus 101. נטרהמו. Verbum נטר «tueri» in tit. 334 v. 7 et 353 v. 5 occurrit. Hic נטר nobis videtur perfectum esse potius quam participium (Glaser et ceteri) et «speculari, custodire» sonare potest.

Versus 101-102. וכעלבהו potius perfectum est (Prætorius) quam infinitivus (Glaser).

Versus 102-103. ערן | תבעל; vide tit. 540 v. 21.

Versus 103-105. קשבנם...| וכלוואו «tum quod addiderunt...(fuit) supplementum». E contextu patet קשבן novam exstructionem designare, non reparationem; cf. הקשבו in v. 112.

Versus 107. אמם; vide tit. 540 v. 75. — טלם «longitudine», arabice طُولًا. Radicem טול vox מטול in Gl. 824 v. 1 præbet.

Versus 108. ריחם. Vide quæ ad tit. 448 v. 2 adnotavimus.

Versus 108-109. עשר | ארבעת. Prætorius miratur numerum masculinum esse quum אמת femininum sit.

Versus 109-110. רחבם, arabice رُحْب «latitudo»; radix רחב invenitur in רחבתן (tit. 540 v. 68) et in variis nominibus loci; vide tit. 338 v. 4. — גרבם; vide tit. 540 v. 11. — חררו «impleverunt terra (?)»; vide v. 57.

Versus 111-112. מסרהו | ו[ש]צנהו; vide tit. 540 v. 8. — לחב «exitus»; vide tit. 540 v. 26.

Versus 113. חבשם; cf. v. 44. — אקדמן | עיר «præter veteres»; de עיר vide tit. 86 v. 12; 523 v. 5 et 6. אקדמן est pluralis vocis קדם (v. 94).

Versus 114. מפללם | נמרי; de utraque voce vide tit. 540 v. 18-19. Prætorius animadvertit hanc exstructionem in titulo 540 non commemorari.

Versus 114-115. וכלרזאו «et quod impenderunt»; vide tit. 540 v. 36.

Versus 115-116. לבהו recte legit Glaser pro לבחו. — יפעו; vide v. 68. — לעזוהמו «ad expeditionem suam», arabice غَزْوٌ. Vox עזותם in tit. 405 v. 12 occurrit.

Versus 117. בעתן | קדם; vide v. 66-67. קדם infinitivus 2ae formæ esse videtur.

Versus 119-120. Prætorius notat numero feminino mensuram feminini generis indicari. Quæ autem infra, in v. 122, clare exprimitur, scilicet ידעאל | קנתן. Glaser enim in *Orientalistische Litteratur-Zeitung*, 1905, c. 500-501, monstravit קנתן arabico قنطار «centumpondium» respondere et directe e latino «centenarium» vel e græco *κεντηνάριον* ortum esse. — דקקם, arabice دقيق «farina».

Versus 122. ידעאל | בקנתן. Præpositio ב sicut in æthiopico, hebraico et assyriaco adhibita est; cf. באמת | מהצם in Reh. 1 + 4 + 5, v. 2. קנתן hic tantum valet quantum כרכרם «talentum» in tituli antecedentis v. 95-96. Pondus a quodam rege Yada'îlo nomen recepit. Glaser primo verterat «donum prò Yada'îlo» et Prætorius existimaverat בקנתן esse speciem dacryotarum.

Versus 122-123. מבחם «jugulatum», i. e. caro, sensu potius hebraico proximum est quam arabico.

Versus 124. לביחם; vide tit. 540 v. 42-43.

Versus 124-125. קטנתם «parva animalia, pecus». Radicem קטן voces קטון in Miles 2, v. 3, קטנם in Gl. 509, v. 3, et מקטן in Gl. 1628, v. 3, præbent.

Versus 127-128. פצים...אאבלם; vide tit. 540 v. 47-48.

Versus 129-130. חלב | אלי modium a Ḥalibo (Aleppo) nomen fortasse trahentem esse censet Glaser, qui inter אל et אנ. legendum hæret. אלי pronomen relativum esse opinamur.

Versus 130-131. וכ in וכמלו complet Glaser. De radice כמל vide tit. 308 v. 4. — מקחחמו hic totum opus ædificandi designat. De radice קוח vide tit. 520 v. 2.

Versus 132. ....וק. Glaser litteram quæ *ḳâfum* sequitur *râ'um* vel *šînum* esse opinatur, sed vocem non complet; attamen existimat undecim menses de quibus in v. 33-34 agitur tempus esse quo rex a domo abfuerit. Nos conjectamur קשבנהמו esse legendum et novam exstructionem undecim menses duravisse.

Versus 133-134. אורחם a Glasero legitur pro אע..ם, ut videtur recte. — למען nomen mensis inauditum.

His præmissis vertimus :

1 *Potentia et* [ ] *[fa]vore et clemen-*
2 *tia Raḥmânî et Mes-*
3 *siæ ejus et* [ ] *spiritus [sanc]ti scripserunt*
4 *hanc inscriptionem : [Abra]ha, impera-*
5 *tor regis æthiopici Ramḥîsi*
6 *Zabyaman, rex Sabæ et Rai-*
7 *dânensium et Ḥaḍramauti et Yamanati*
8 *et Arabum in jugis et litto-*
9 *re. Et scripserunt hanc inscriptionem quum re-*
10 *bellavisset et sibi arrogavisset audacter Yazîd,*
11 *filius Kabšati, delegationem ipsorum quam im-*
12 *posuerant super Kiddatum, et non esset*
13 *ejus delegatio; et rebellavit, et cum eo*
14 *duces Sabæ Saḥarenses Murrat et*
15 *Thumâmat et Ḥanaš et Marthad et Ḥa-*
16 *nîf Khalîlensis et Yaz'anenses duce-*
17 *s Maᶜdkarib, filius Smuyafaᶜi, et Haᶜân*
18 *et fratres ejus, filii Aslami. Tum mi-*
19 *serunt (sc. rex) Garahum Zabnarensem, peregrinaturum jussu*
20 *re]gis in oriente, et interfecerunt eum et deleve-*
21 *runt] castellum Kidari. Et Yazîd collegit eos qui obedierunt*
22 *ipsi a Kiddato et bellum gessit cum Ḥaḍramauto et*
23 *cepit Mâzinum Hagan Dhamarensem et redi-*
24 *it ᶜAbrânum. Et pervenit ad eos (regem) clamor, et festi-*
25 *naverunt et collegerunt copias suas Abyssinos*
26 *et Ḥimyaritas per millia in mense Dhû Ḳai-*
27 *ṣâ]n (anni) septimi et quinquagesimi et sexcentesimi*
28 *et festinaverunt et descenderunt*
29 *in fauces Sabæ et profec-*
30 *ti sunt Ṣirwâḥo per*
31 *Nabaṭum versus ᶜAb-*
32 *rânum. Et quum advenissent Naba-*
33 *ṭum miserunt exerci-*
34 *tus suos Kidarum, (scilicet) Alwenses*
35 *et Lamdenses et Ḥimyaritas;*
36 *et delegati eorum (erant) Watah*
37 *et ᶜAudah Gadanenses ambo, et*
38 *advenit ad eos Yazîd Na-*
39 *baṭi et reddidit eis manum*
40 *suam ante missum exer-*

citum. Tum pervenit ad eo-
s clamor e Saba quod
fracti essent agger et circulus
et Khabš et exitus
extremitatis in mense Dhû Madhra-
ʾâ]n (anni) septimi, et postquam
pervenit ad eos hoc pactum,
præfecerunt veredarium peritum
subjuncturum Arabes qui
non redierant cum Yazîdo; et
tum omnes illi reddiderunt manus
suas et pignora dederunt eis decen-
ter]. Et exercitus quos mise-
rant] Kidarum pugnaverunt cum duci-
bus qui rebellaverant. Et re-
x misit admonitionem ad
tribus pro (suppeditatione) terræ
et compaginis et silicis et la-
pidum et khaſgi et saxorum rubrorum
et plumbi fusi (?), ut firmarentur agger et cir-
culus et ruinæ quæ erant Mârib, et terminum
præstituit eis in mense Dhû Ṣirâbo (anni)
Ramḥiš. *septimi, et postquam mise-*
runt admonitionem et se demiserunt Ara-
bes, profecti sunt in urbem Mâ-
rib et consec raverunt ecclesiam Abraha. Zabyaman.
Mârib, ubi presbyter in ministerio ejus erat, et
inde ascenderunt in aggerem et foderunt, deinde
pervenerunt ad rupem et denudaverunt rupem pro funda-
Monogrammata. *mento circu li. Et quum cœ-*
pissent fun- dare circu-
lum, fuit perni- cies et pesti- Symbolum. Monogrammata.
lentia in tribubus et urbe. Et quum vidissent
deleri pernicie tribus, dimiserunt ea-
s, Abyssinos et Ḥimyaritas. Et
postquam dimiserunt tribus, descenderunt
duces qui se munierant Kidari. Tum
advenerunt ad regem cum exercitu qui
missus erat ad pugnandum cum ipsis et reddiderunt manus su-
as regi. Et inde rediit rex ad ur-
bem Mârib ab aggere, et duces qui era-
nt in pace inter se A[u]s Maʿâhi-

rensis, filius regis, et Muragzif Dharnaḥensis et
ʿAdl Faišensis, et Šaulamensis et Šaʿabânensis et
Raʿnensis et Hamdânensis et Kalʿânensis et Mahdamensis
et Thâtensis et ʿAls Yazʾânensis et Dhabyânensis et maxi-
mus Ḥaḍramauti et Farnatensis. Tum advenerunt ad e-
os legati regis Aethiopiæ et advenerunt ad eos
legati regis Romæ et nuntius
regis Persiæ et missus Mudhdhiri et mis-
sus Ḥârithi, filii Gabalati, et missus Abkaribi,
filii Gabalati. Et quum innotesceret decessisse perni-
ciem gratiis Raḥmâni, descenderunt tribus secundum
admonitionem ad ipsos pristinam festinantes
ad terminum suum ulteriorem. Tum advenerunt
tribus in tempore (mensis) Dhû Daʾwâni extremo.
Et quum misisset (rex) tribubus quod debitum eis, repara-
verunt quod fractum erat a circulo quem confecerat Yâʿfur
[ad extremum aggerem. Et tribus rectæ sunt]
a Sabæis ducibus qu-
i fuerant cum reg-
e et custodierunt eas. Tum repa-
raverunt eum a fundamento ru-
pis ad fastigium. Tum quod ad-
junxerunt ante circulum (fuit) addi-
tamentum quod confectum est per tri-
bus quinque et quadraginta
cubitis longitudine et quinque et
triginta cubitis altitudine et qua-
tuordecim cubitis lati-
tudine lapidum. Et impleverunt terra
aggerem et coaggeraverunt eum et [superstatu-
minaverunt eum et adjunxerunt ostium
Khabši præter vetera et
molem Miflâli. Et quod
impenderunt a die qu-
o ascenderunt ad expeditionem suam
et consecrationem ecclesiæ et circu-
lum et aggerem quinque milli-
a et octingenti et sex (modi)
farinæ et sex et vigin-
ti millia (modiorum) dacryotarum
centumpondio Yadaʿʾîli; et ca-
ro, tria millia

bovum et vaccarum; et o-
ves, ducenta et sep-
tem millia ovium;
et tricenti cameli ferentes
potum ex uvis Gharbîbi et uvis passis
et undecim millia (modiorum)
Ḥalîbensium potus caryotarum. Et per[fecerunt exstructionem suam intra octo et quinquaginta [d]i[es] et addi[tamentum intra undecim mense-
s, in mense Dhû Maʿân (anni)
octavi et quinquagesimi et sexcentesimi.

ARTICULUS II.

RAḤMÂN QUI EST IN CÆLO.

In duobus titulis Raḥmân epitheto דבשמין « qui est in cælo » ornatur, scilicet Hal. 63 et Gl. 394 + 395.

542

Hal., 63.

De Širâʿo, ubi J. Halévy titulum reperit, jam in t. I, p. 350, locuti sumus tit. 316 occasione. Inscriptionem præbet lapis angularis in domo synagogæ proxima; vide J. Halévy, *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 69. Titulum, quem vulgavit Halévy, *o. c.*, p. 140 (separatim excuso, p. 110), octo versus tenet, qui a viginti quinque ad triginta quinque litteras habent et a sinistra mutilati sunt. Quum multæ voces male exscriptæ sint, contextum restituere in promptu non est.

Hæc edidit Halévy :

𐤁𐤀∞ | 𐤉𐤗𐤊𐤌∞.....𐤇𐤊𐤍 | 𐤃𐤏𐤋𐤄 | 𐤗𐤏𐤆 | .𐤓 | ∞ 1

𐤑𐤓𐤀𐤃𐤃 | ∞𐤇𐤏.∞ | 𐤇𐤑𐤃𐤏𐤗𐤑 | ∞𐤉𐤌𐤓 | 𐤗𐤋𐤆𐤃𐤇 2

𐤇𐤍𐤏𐤌 | 𐤇𐤔𐤁∞ | 𐤇𐤊𐤁 | ∞𐤃𐤉𐤑𐤁𐤊𐤌∞ | ∞𐤉𐤁𐤊𐤔𐤕 | ∞ 3

𐤅𐤍𐤉𐤇∞ | 𐤃𐤀𐤃𐤕∞ | 𐤃𐤃𐤇𐤏∞ | 𐤃𐤍𐤏∞ | 𐤃𐤍𐤁 4

5 𐩱.𐩺𐩣∞.𐩧 | 𐩣𐩺𐩵∞ | 𐩢 | .𐩲.𐩢𐩣𐩧𐩵𐩱 | 𐩣𐩣𐩤𐩬𐩢

6 ∞𐩢𐩺𐩧 | 𐩬𐩣𐩠 | 𐩣𐩣𐩣𐩺∞𐩢 | 𐩲𐩣𐩸∞ | 𐩣𐩧𐩢𐩠𐩢 | 𐩲𐩣𐩸

7 𐩵𐩵𐩣𐩠 | 𐩣.𐩣∞𐩲∞ | 𐩣𐩣∘ | 𐩣𐩺 | 𐩣𐩲𐩣𐩵𐩠 | 𐩣𐩣𐩢𐩬

8 𐩢𐩲𐩣𐩲𐩺𐩠 | 𐩣∞𐩣𐩸 | 𐩣𐩸𐩣𐩠𐩣𐩺𐩣𐩺∞𐩸 | 𐩣𐩵𐩺𐩠𐩣𐩣..∞𐩺

Quæ hebraicis litteris :

1 ו | ב. | שעת | שרעם | לאכ.....ובאתה | ופר

2 נמשרת | דבהו | יתעמין | ו.ענו | ממקבי

3 ו | חצרהו | ובאריהמו | רסן | ורתד | בעלן

4 רגם | ועלם | וענמם | וחמפם | ודלף

5 מחלנן | ארצתם.י. | מ | וצרך | ר.והפ.ב

6 תני | מדמרן | ותתי | מוקנתן | במה | רהמו

7 חמנן | דבסמין | הן | ענן | ויומ.ן | דנאס

8 הו..מדראן | תוחרהפנבדנתן | תמון | דריאחים

Versus 1. ב. | ו in והבו, nomen feminæ inauditum, nomini hominis והכם respondens, emendamus, quum שעת «socia, uxor» sequatur. — שעת; vide tit. 6 v. 1. — שרעם, nomen mariti miro modo cum nomine loci congruit ubi titulus inventus est. — [ת]לאכ cum æthiopico ለአከ «mittere» conferri potest; quid secutum sit ignoramus. — באתה, cum arabico بَاءَة «domus, deversorium» comparare licet. F. Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 80, interpretatur «ecclesia» sicut בעת, de qua vide tituli antecedentis v. 66; at litteræ א et ע non commutandæ sunt, nec ecclesia huic titulo convenit, qui nihil christiani præbet. — ופר potest nomen domus esse et cum arabico وفير «opulentus» conferri, nisi littera ו copula et פר initium verbi est.

Versus 2. נמשרת vox obscura et verisimiliter mendosa. Nomen loci משר in tit. 376 v. 9 occurrit. Fortasse תבשרת legendum est «bonum nuntium dedit vel accepit»; vide tit. 333 v. 6. — יתעמין arabica radice عمى non illustratur. Num cum יומ.ן in v. 7 conferendum sit quærimus. — ו.ענו in ויענו potest compleri, sed collato verbo ענו in tit. 532 v. 9 non clarius fit. — ממקבי certo mendosum est. Prius מ potest in | ן emendari et cum יענו conjungi. קבי a radice נקב ducit O. Weber, *Studien*, III, p. 46, qui legit מקביהמו et comparat hebraicum נֹקֶבֶת «cavum», quod accipimus.

Versus 3. חצרהו. Weber, *l. c.*, legit חצרהמו. Vox חצר in Derenbourg, *Textes yéménites*, 5, v. 4, reperitur. Weber confert æthiopicum ሐጸረ vel ሐጽር «vallum». Etiam hebraicum חצר «curtis» huc pertinere potest. — באריהמו «putei ambo eorum». באר puteus est, non cisterna, ut D. H. Müller in *Zeitschrift d. d. m. Gesellschaft*, XXXVII, p. 7, vertit; cf. tit. 230 v. 2; 291 v. 6; etc. — רסן; D. H. Müller, *l. c.*, comparat الرسّ, nomen putei, cujus in Ḳorâno, sûra 25, v. 40; 50, v. 12, mentio fit. — בעלן | ורתד potest nomen alius putei esse. Hommel, *l. c.*, dicit בעלן esse Raḥmânum.

Versus 4. רגם et sequentia videntur esse nomina locorum. Cum רגם confer رجم in Yâḳûti *Mu'djamo*, II, p. 755. — עלם nomen sacrarii in tit. 40 v. 4; 41 v. 1; etc. — ענמם; vide quæ vocis ענמת occasione ad tit. 375 v. 1 adnotavimus. — חמפם in חמרם emendari potest; cf. arabicum حجر, cujus variæ formæ in Al-Hamdânî *Djazîra* reperiuntur : حَجِر, p. 68, 71, etc.; حَجَر, p. 95, 175; حَجَر, p. 75. — דלף; prima littera et tertia sunt incertæ.

Versus 5. מחלנן pro plurali sano dubitans habet Müller in *Actes du congrès des orientalistes de Leyde* (1883), II, p. 466, n. Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 44, suspicatur מחגרן esse legendum, nos conjicimus רחמנן. — ארצתם. Vocem sequentem restituere nequimus. — ר | צרך in צרכם hæsitantes emendamus; de voce צרב, vide quæ ad tituli antecedentis v. 62 adnotavimus. —

(Impressum mense februario 1918.)

ב.פ | ה in הקשב corrigimus. De quo vide quæ tit. 380 v. 4 et 541 v. 104-105 occasione scripsimus.

Versus 6. מדמרן exstructionem quamdam designare videtur. De radice דמר vide tit. 392 v. 10 commentarium. D. H. Müller in *Zeitschrift d. d. morg. Gesellschaft*, *l. c.*, vertit « vir fortis ». — מוקנתן itidem exstructio. A radice וקן ducit E. Glaser, *Altjemenische Inschriften*, p. 27, קנת in Hal. 343, v. 2 et 4; quæ cum arabico وَقْن « cavum terræ » confert. — רהמו | במה. Legimus במחמהמו vel במחמיהמו. De מחמי « vallum » vide tit. 380 v. 4. Hic vertimus « septum ».

Versus 7. חמנן in רחמנן facile completur. — הן; vide tit. 526 v. 2 commentarium. — ענן. Num cum ענן in minæis titulis Euting 10, v. 1, etc., de quo vide Mordtmannum, *Minäische Epigraphik*, p. 14, conferendum sit, dubitamus. Verisimiliter ענן et ויומ.ן, pro quo F. Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 80, העז | יום legit, corrupta sunt. Pro altero legimus וכון | ו. — לנאם ab Hommelo, *l. c.*, pro nomine regis celebris Dhû-Nu'às habetur. Nos suspicamur סמרן | ן legendum esse.

Versus 8. .הו. Hommel, *o. c.*, legit הות. Quidni ו]ורח[הו? cf. tit. 540 v. 97. — מראן nomen mensis; vide tit. 541 v. 45-46. — תוחרהפנבדנתן | תמון | לריאחים omnino corruptum est. In initio subodoramur vocem לחרף, et cetera numerum anni præbere conjicimus sed restituere eum non audemus.

Iterum transcribimus quæ emendari potuerunt emendantes :

1 והבת | שעת | שרעם | לאכ[ת ו]... | ובאתה | ופר....
2 ותבשרת | לבהו | יתעמין | ו[י]ענון | מקבי[המו |
3 וחצרה[מ]ו | ובאריהמו | רסן | ורחד | בעלן [ו..
4 רגם | ועלם | וענמם | וחמרם | ודלף....
5 | רחמנן | ארצתם [ו ...ם | וצרבם | והקשב...
6 תני | מדמרן | ותתי | מוקנתן | במחמ[י]המו [ו ור
7 חמנן | לבסמין | הן | ענן | וכון | לן | סטרן
8 ורח]הו | למדראן | לחרף | בדנתן | תמון | לריאחים

Et vertimus quæ vertere valemus :

1 *Wahbat, uxor Širâ'i, misi[t..... et domum suam.....*
2 *nuntium accepit quo..... cava eorum....*
3 *et curtem ipsorum et puteos ipsorum Rass et Rathad-ba'l....*
4 *Ragamum et 'Alamum et 'Anamum et Ḥamirum,....*
5 *Raḥmân terras.....et perceptionem. Et addidit...*
6 *duos..... et duas.... in septo ipsorum.* [*Et Ra-*
7 *ḥmân, qui est in cœlo, ... et fuit hæc inscriptio*
8 *mensis ejus Dhû Madhra' anni.....*

543

Gl., 394 + 395.

(Tab. XXIII.)

Ubi repererit E. Glaser titulos nescimus, nam nos tantum docuit lapidis fragmenta quibus inscripti sunt in muro superiore cujusdam domus inclusa fuisse. De eis jam locutus est viator in *Skizze der Geschichte Arabiens*, II, 1889, p. 13; tum in *Ausland*, 1891, p. 28, ubi duos primos versus vulgavit. Totam inscriptionem primo in *Revue des Études juives*, t. XXIII, 1891, p. 122, edidit, deinde apographon ejus Hugoni Winckler commisit, qui id in *Altorientalische Forschungen*, I, post p. 336, publici juris fecit. E titulis conjunctis aliquot litteræ modo evanuerunt, quum lapidum fragmenta quinque versus fere integros servaverint. In medio monumento videtur cavum olim exstitisse. Nam licet inter fragmenta conjuncta spatium vacuum sit in mediis v. 3 et 4, inscriptioni tamen nihil deesse videtur. In medio v. 4 et post v. 5 est insculptum monogramma, quod, quamvis partim deletum, שהרם legendum in promptu est. Imaginem apographi Winckleri arte photographica iterum expressam in tabula vicesima tertia reperies.

De titulis egerunt : J. Halévy, *Une inscription sabéenne soi-disant d'origine juive*, in *Revue des Études juives*, t. XXII, 1891, p. 125-129. — E. Glaser, *Une inscription sabéenne, ibid.*, p. 280-281. — J. Halévy, *ibid.*, p. 281-282. — E. Glaser, *Une inscription judéo-sabéenne, ibid.*, t. XXIII, 1891, p. 121-125. — J. Halévy, *Un dernier mot sur l'inscription himyarite soi-disant d'origine juive, ibid.*, p. 304-308. — H. Winckler, *Altorientalische Forschungen*, I, 1894, p. 335-336. — Idem, *Bemerkungen zu dem Ersatz des Artikels durch das Pronomen*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, LIII (1899), p. 527-530. — D. H. Müller, *Der angebliche Ersatz des Artikels durch das Pronomen*, in *Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes*, XIII (1899), p. 363-366. — F. Prætorius, *Zu Wincklers Aufsatz*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, LIV (1900), p. 2-4.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris transcribimus complenda complentes et emendanda emendantes :



Versus 1. ותברך | ברך. Prius verbum, a Glasero restitutum, perfectum passivum 1 formæ (Halévy, Glaser, Müller), non activum (Winckler), alterum perfectum 5ae. Utrumque sensu optativo usurpatur ad modum arabicæ linguæ. Verbum ברך «benedixit» in sabæis inscriptionibus alias non reperitur. — סם «nomen». Vide quæ ad tit. 539 v. 4 adnotavimus. — לבסמין. Littera ב, quam Glaser primo non legerat et Halévy restituerat, in apographo quod Winckler vulgavit omnino clara est. — ישראל non a voce סם pendet (Glaser, Winckler), sed cum ea conjunctum aliud subjectum verborum | ברך ותברך est (Halévy). At non dubium est quin ישראל, ut Glaser et Winckler opinantur, populum Israel designet, non hominem quemdam, ut Halévy contendit. Neque mirum est, litteram ⅄, quæ hebraico ס respondet, hic pro hebraico ש adhibitam esse.

Versus 2. אלההמו. Suffixum ad Israel refertur. Prætorius inter Israel et auctorem tituli hæret; alterum arridet Muellero. — רביהד dominus Judæ significare videtur (Glaser, Winckler). Auctor quidem tituli, ut J. Halévy animadvertit, distinguit inter Raḥmânum et dominum Judæ, et Glaser jure censet eum non fuisse genuinum Judæum sed paganum conversum vel judaizantem, qui locutionibus paululum a monotheismo aberrantibus uti potuit. — להרדא «qui favit». Litteram א restituit recte Halévy. — עבדהמו. Suffixum ad deum et Israel refertur. Halévy legit עבדהו et Glaser fatetur se in exscribendo errare potuisse. — ושהרם. Litteram *wâw*, ut ipse de se conjicit, Glaser errore exscripsit [nisi lapicida erraverit].

Versus 3. אמהו. Glaser dicit litteram א esse dubiam et עמהו «patruus ejus» legi posse. — ב.ם nomen matris vel patrui. — חשכת «uxor»; vide quæ vocis מחשכת occasione ad tit. 541 v. 88 adnotavimus.

Versus 3-4. אלורהמו. Forma אלוד in Gl. 399 quoque occurrens ex אולד metathesi orta est nec formam *alâwid* (Glaser) conjicere opus est. — למם nomen inauditum, in quo littera ל incerta est. — אבשער, nomen ignotum, cum frequente שערם conferre licet.

Versus 4-5. מארם forsitan corruptum est e מאמרם, quod in Hal. 650, v. 1, invenitur. — ביתהמו | וכל legit, ut videtur recte, Winckler. Glaser vertit dubitans «pecus eorum».

Verte nunc, si lubet :

1 *Be]nedictum et laudatum sit nomen Raḥmâni, qui est in cælo, et Israel et*
2 *deus ejus, dominus Judæ, qui favit servo suo Šahîro et*
3 *matri ejus Ba. . . et uxori ejus Šamso et li-*
4 *beris eorum Dhamîmo* Šahîr *et Abša'ro et Mu'a[mmi]ro*
5 *et toti domui ejus.*

CAPUT XVI.

INSCRIPTIONES SABÆÆ DEIS MINORIBUS DEDICATÆ.

A Sabæis numina complura culta sunt, quæ minus apud eos valuisse videntur quam Ta'lab, Ilmaḳah, ʿAthtar, quum pauci tantum tituli eis dedicati sint. Inscriptiones quæ hos minores deos et deas commemorant nunc colligimus.

ARTICULUS I.

UMMʿATHTAR.

F. Hommel, *Grundriss der Geographie und Geschichte des alten Orients*, p. 143, dubitat utrum אמעתתר significet «mater ʿAthtari» an «mater ʿAthtar» sive «ʿAthtar est mater mea». Primum veri simillimum est, quum ʿAthtar apud Sabæos deus, non dea sit, et Ummʿathtar potest esse cognomen Solis, ut jam J. H. Mordtmann in *Litteraturblatt des Orients*, I, p. 433, opinatus est; vide præterea D. Nielsen, *Die altarabische Mondreligion*, p. 41-42, et *Die südarabische Göttertrias*, in *Mélanges Derenbourg*, p. 191. Qui inde judicat lunam (qui deus est apud Sabæos) pro patre ʿAthtari habitam esse. At in Os. 29, v. 6, ʿAthtar ipse pater Sîni, qui apud Ḥaḍramautitas luna est, appellatur. J. et H. Derenbourg cum Ummʿathtar comparaverunt nomen matris Ešmunʿazari אמעשתרת in *C. I. S.*, I, tit. 1, v. 14; quod autem tanquam decurtatum ex אמתעשתרת «serva Astartæ» illic explicatum est, ergo fortuito tantum casu אמעתתר et אמעשתרת similem formam præbent.

544

Acad., 11, nunc Lupar., 4973.

(Tab. XXVI.)

Lapidi fere integro, $0^m,315$ alto, $0^m,39$ lato, $0^m,18$ profundo, sunt inscripti decem versus circiter quadraginta litterarum. In v. 2 duæ litteræ, in v. 3 tres, in v. 4-6 una a dextera evanuerunt, in v. 2 una quoque a sinistra. In facie superiore lapidis exstant ab utroque latere duo cavi fere quadrati, ad figendum apti, et inter eos quatuor cavi alii, ex quibus sinistri inter se proximi pedum formam habent, dexteri rotundi et magis distantes sunt. Procul dubio erant in quatuor cavis infixæ quatuor statuæ quarum in v. 3 inscriptionis mentio facta est. Monumenti in Museo Luparensi nunc servati imaginem luce solis expressam nostra tabula vicesima sexta præbet. Quod ad auctores tituli pertinet, notatu dignum est eos ex eadem tribu ortos esse ex qua auctores tit. 398 et eandem terram possedisse.

Titulum tractaverunt J. et H. Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, in *Journal asiatique*, 1883, II, p. 256-261; separatim excusum, p. 63-68.

(Impressum mense augusto 1920.)

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris transcribimus, pauca complentes :

1 יצבח | ארים | בן | מוקצם | ובוסם | ואתתהו | כרבת | דת | מ
2 וק]צם|אצרחן|אדם|מלכן|הקניו|מראתהמו|אמעתתר|ב[א
3 רבע]ת|בנן|ארבעת|אצלמם|אלי|דהבם|חמרם|בדת|חמרת
4 ה]מי | אמעתתר | עלמם | ותלת | בנתם | וחיו | כל | המת | או
5 ל]דן | ורבח | אפסהמי | בהמת | אולדן | ול | וזא | אמעת
6 ת]ר | חמר | עבדיהו | יצבח | וכרבת | אולדם | הנאם | לופיהמ
7 ו | וופי | אולדהמו | ול | ושפהמו | אמעתתר | נעמת
8 ם | ומנגת | צדקם | וופי | בניה[מ]ו | חרף | ומגדעל | ורב
9 בת | ועמעתק | בני | מקצם | ואפקל | ותמר | צדקם | עדי
10 ארצהמו | נחל | חרף | ועשבת | בערהמו | באמעתתר

Versus 1. יצבח (cf. v. 8). Cum hoc nomine alias non occurrente compara צבחם et צבחהמו et vide tit. 379 v. 2 commentarium. — ארים; vide tit. 256 v. 1; 259 v. 1; 306 v. 1. — מוקצם; vide tit. 398 v. 1. — בוסם nomen gentis vel tribus alias non repertum; cf. בוסן in Eut. 866, v. 2, quod D. H. Müller, *Epigr. Denkmäler aus Arabien*, p. 52, pro patronymico habet et cum بيت بوس in Al-Hamdânî *Djazîra*, p. 81 et 195, comparat. J. H. Mordtmann in litteris privatis ad J. et H. Derenbourg datis confert ذو بوس in *Ḳaṣîda ḥimyaritica*, v. 104; de quo vide D. H. Müller, *Südarabische Studien*, p. 52. — De duplici gentilicio occasione tit. 443 v. 1-2 locuti sumus. J. Halévy in *Journal asiatique*, 1884, I, p. 103, opinatur Yaṣbaḥum ad duas tribus fœdere conjunctas pertinuisse. J. et H. Derenbourg alterum nomen pro nomine matris habuerunt. — אתתהו pro אנתתהו, sicut in tit. 289 v. 22; quem vide. — ברבת. De nominibus radice כרב formatis in tit. 366 commentario supra, p. 12, disseruimus.

Versus 1-2. צם[וק]מ. Littera quarta potius צ quam ס; itaque licet מוקצם restituere (H. Derenbourg in nota manuscripta) et putare conjuges ambos ex eadem tribu ortos esse. — מלכן | אדם | אצרחן «Ṣirwâḥenses, servi regis»; vide tit. 397 v. 3 et 398 v. 3. — הקניו. De plurali loco dualis vide tit. 315 v. 2. — מראתהמו; cf. מראתהו infra in tit. 557 v. 3-4 itidem deam designans et מרא, epithetum dei, in tit. 46 v. 1; 397 v. 14 et 431 v. 3.

Versus 2-3. ב[ארבע]ת. J. et H. Derenbourg legerunt litteram א, quam non perspicimus. Præpositio ב, ut in ceteris semiticis linguis, pretium indicat. — בנן hic et in

v. 8 non «filii» significat (J. et H. Derenbourg), sed «liberi», etenim עלמם in v. 4 singulare est (D. H. Müller in *Œsterr. Monatsschrift f. d. Orient*, X, p. 62) et רבבת in v. 9 nomen feminæ.

Versus 4. עלמם; vide tit. 19 v. 7 et 10; 87 v. 6; 289 v. 8. — חיו «vixerunt»; vide quæ ad tit. 69 v. 6 adnotavimus. — המת (cf. v. 5) «ei»; vide tit. 74 v. 14.

Versus 5. רבת «quievit, satisfactus est»; cf. quæ vocis רבחם in tit. 20 v. 2 occasione diximus. — אפסהמי contractum ex אנפסהמי, quod in tit. 355 v. 4 reperitur.

Versus 6. עבדיהו. Suffixum הו pro ה non societate Umm'athtari et filii 'Athtari explicari debet, ut D. H. Müller, *l. c.*, p. 62, opinatus est, sed mendosum est, ut Müller ipse conjecit.

Versus 7. ולושפהמו; vide tit. 43 v. 5 commentarium.

Versus 8. בניה[מ]ו. Suffixum singulare post plurale in ופיהמו et ושפהמו vix est accipiendum. — חרף. Confer nomen palmeti in v. 10 et vide quæ ad tit. 398 v. 14 adnotavimus. In titulo a J. Hall in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, V, p. 445, edito חרף est finis nominis vel cognominis. — מגדעל nomen primæ filiæ; cf. nomen feminæ מגדלת in tit. 19 v. 8. על numen quoddam designat. Quid in nomine hominis עלהמו, quod tit. 379 v. 1 et Lupar. 4091 (infra, 549) v. 1 præbent, sonet, non liquet; עבדעל vel רבעל in Berol. 17 maxime dubium est.

Versus 8-9. רבבת; de hoc nomine feminæ vide tit. 179 v. 2. Apud Arabes עלש feminini terminatione caret. — עמעתק nomen inauditum; nec aliud nomen voce עתק formatum invenitur, sed nomen appellativum מעתק in Eut. 57, v. 6, reperitur. — תמר. Mirum est non אתמר, post אפקל, scriptum esse, ut fieri solet.

Versus 10. חרף | נחל; vide tit. 398 v. 14 commentarium. — עשבת; vide quæ de עשבן in tit. 320 v. 2 scripsimus; עשב in Lupar. 4731, v. 2, rem consecratam designat. Dubia non celantes hic quoque «herba, pastum» interpretamur. — בערהמו «cameli eorum»; vide tit. 392 v. 7.

His præmissis, vertimus :

1 *Yaṣbaḥ Aryam, Mauḳaṣensis et Bausensis, et uxor ejus Karîbat Ma-*
2 *uḳa]sensis, Ṣirwâḥenses, servi regis, consecraverunt dominæ suæ Umm'athtar pro qua-*
3 *tuo]r liberis quatuor statuas aureas, propter quod donavit*
4 *ip]sis Umm'athtar puerum et tres filias, et vixerunt omnes illi li-*
5 *be]ri et satisfacti sunt animi ipsorum per illos liberos. Et pergat Umm'ath-*
6 *ta]r donare servis suis Yaṣbaḥ et Karîbat liberos eximios, pro integritate ipso-*
7 *rum et integritate liberorum ipsorum. Et augeat ipsos Umm'athtar felicita-*
8 *te et salute egregia et integritate liberorum ipsorum Khârif et Magd'âl et Rabâ-*
9 *bat et 'Amm'ataḳ, Mauḳaṣensium, et frugibus et fructibus copiosis intra*
10 *terram ipsorum Nakhl-Khârif et herba camelorum ipsorum. Nomine Umm'athtari.*

ARTICULUS II.

BAŠAM.

Omnino ignotum est numen Bašam, in uno titulo commemoratum, quocum comparari potest vox obscura בשמם in Hal. 363, v. 1, et nomen feminæ בשמת in Yehâ 7. Utrum «balsamum» significet ut hebraicum בֹּשֶׂם, an aliud, decernere non audemus.

545

Lupar., 4723.

(Tab. XXVI.)

Lapidi calcario integro $0^m,19$ alto, $0^m,47$ lato, $0^m,11$ profundo sunt tres versus quindecim vel sedecim litterarum inscripti, ordine *boustrophedon* ducti, ut in antiquis sabæis titulis fieri solet. Scriptura quoque formam veterrimam præbet, quod tibi ostendit imago monumenti arte photographica expressa in nostra tabula sexta et vicesima.

Hæc legimus :



Et hebraicis litteris transcribimus :

יסמעאל | בן | אלעז | ה ← 1
→ בע | מדוו | ממשב | ינק 2
דם | והופם | באלמקה ← 3

Versus 1. יסמעאל; vide quæ ad tit. 37 v. 1 adnotavimus. — אלעז jam in tit. 40 v. 6 et 334 v. 4 occurrit.

Versus 2. בשמם; vide proœmium articuli. — ודם; vide proœmium capitis IX.

Versus 3. הופם, quum cum עבדם conjunctum sit, similiter interpretandum est. Vertimus igitur «mancipium». הוף in nominibus hominum הופעתה et הופהמו reperitur; vide tit. 372 v. 1 commentarium.

Titulum iterum ordine solito transcribimus :

יסמעאל | בן | אלעז | ה 1
קני | בשמם | וודם | עב 2
דם | והופם | באלמקה 3

Et vertimus :

Yasmaʿʾil, filius Ilʿazzi, consecravit Bašamo et Waddo servum et mancipium. Nomine Ilmaḳahi.

ARTICULUS III.

BAŠÎR.

Hoc numen in duabus inscriptionibus nominatur, videlicet in titulis jam editis 41 v. 3, et 46 v. 5, et illic explicatum est : «nuntium exoptatum afferens». D. Nielsen, *Der sabäische Gott Ilmuḳah*, p. 43, opinatur nomen dei ad oracula alludere et cum nomine Anbayi, dei ḳatabânitici, comparari posse. Num nomen arabicum hominis et tribus *Bišr* conferre liceat dubitamus. W. Fell, *Zur Erklärung der sabäischen Götternamen*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, LIV, p. 249, contendit Bašîrum esse nomen appellativum, non nomen dei; quod minime placet.

ARTICULUS IV.

DHÂT ṬHAHRÂN.

Dea Dhât Ṭhahrân præcipue in ḳatabâniticis inscriptionibus commemoratur, scilicet Gl. 1119 (ubi טהרן pro צהרן legendum esse videtur), 1581, 1600. Attamen in aliquot titulis sabæis verisimiliter nominatur, quos jam edidimus, in quibus autem erravimus ת הרן pro ת טהרן legentes, videlicet 109, 111 et 119 et fortasse etiam in 110, 113, 116; cf. de tit. 111 et 119 M. Hartmann, *Die arabische Frage*, p. 232, n. 2. Ṭhahrân est nomen loci cujusdam, quocum conferre licet nomina varia locorum الظهار, الظهر, الظهران, etc.

ARTICULUS V.

DHÂT GHAḌARÂN.

Hoc cognomen Solis reperitur in v. 1 tituli jam editi 375; vide quæ illa occasione disseruimus. W. Fell, *Zur Erklärung der sabäischen Götternamen*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, LIV, p. 249, עצרן pro nomine appellativo «vita prospera» habet, collato arabico غَضِر, quanquam ipse in עצרן | בעלת (Os. 31 = Br. M. 32, v. 2) id nomen loci esse censet.

ARTICULUS VI.

ḤAL'ALAY.

De hoc numine, cujus in solo titulo Hal. 359 (supra, 518), v. 6, mentio fit, nihil novimus.

ARTICULUS VII.

ḤAGAR.

Hunc deum commemorant quinque tituli jam editi 28, 49, 50, 51, 67, necnon nomen feminæ אמתחגר in tit. 69 v. 5; cf. Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 3. J. H. Mordtmann in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXXI, p. 86-87, nomen arabicum ʿAbd-al-Ḥadjar (vel Al-Ḥidjr) comparans, affert Krehlum, *Vorislamische Religion*, p. 73, qui asserit hoc nomen ad adorationem lapidis alludere. Huc quoque pertinere potest nomen dei hebraicum צור. Deus Ḥagar Ghaimâni peculiariter cultus esse videtur (Mordtmann et Müller, *l. c.*). De quo loco vide proœmium capitis III. In tit. 28 restitutum est cognomen «dominus Maryabi», quod dubium satis est. In tit. 67 v. 3 et 7 cognomine קהמם certo ornatur, quo freti et Mordtmannum et Muellerum, *o. c.*, p. 15, secuti קחם in tit. 49 et 50 emendavimus. Quid autem significat קהמם? Mordt-

mann et Müller, *o. c.*, p. 15-16, recte animadverterunt קהמם nomen loci esse non posse, quum חגרם *mîmationem* præbeat. Quum res ita sit, conjectare audemus קהמם participium vel adjectivum e radice קהם = קום esse et קהמם | חגרם significare « rupes stans ».

ARTICULUS VIII.

ḤALÎM.

In solo tit. 40 v. 4-5, Ḥalîm, dominus sacrariorum amborum Yafʿ et Matbaʿ, nominatus est. Ḥalîm illic « clemens » interpretati sumus. W. Fell, *Zur Erklärung der sabäischen Götternamen*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, LIV, p. 249, חלם pro adjectivo ad בעל antecedens referendo habet, quod veri dissimillimum est.

ARTICULUS IX.

ḤALFAN.

Huic deo sunt dicati duo tituli, Medînet Harami (de quo loco vide capitis XIII art. 1 proœmium) inventi. Nihil scimus de numine, cujus nomen cum arabico حلف « juravit, obsecravit » conferre licet.

546

Hal., 147.

Titulus hic, ut sequens, a J. Halévy inventus, in ejus *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 154 (separatim excuso, p. 124), editus est. Qui, *ibid.*, p. 73, nos docet eum infra titulum 146 (supra, 513) in una ex stelis Binât ʿAd dictis inscriptum esse. Undecim versus tenet qui viginti unum ad viginti septem litteras habent.

Titulum tractavit F. Prætorius, *Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften*, III, 1874, p. 19-25.

Hæc exscripsit Halévy :

1 𐩱𐩣𐩲𐩺 | 𐩧𐩸𐩵𐩧𐩢 | 𐩺𐩵𐩵𐩧𐩸 | 𐩸𐩵𐩵𐩧𐩸

2 𐩵𐩲𐩢𐩱 | 𐩢𐩢𐩢𐩵 | 𐩧𐩢𐩱𐩵 | 𐩢𐩺𐩱𐩺 | 𐩢𐩵𐩲

3 𐩧𐩧𐩣𐩵 | 𐩧𐩵 | 𐩱𐩸𐩢𐩲𐩲𐩣 | 𐩧𐩺𐩱𐩿 | 𐩺𐩱

4 𐩱𐩸.𐩵𐩵𐩺 | 𐩱𐩢𐩢𐩵 | 𐩲𐩲𐩣 | 𐩱𐩲𐩲𐩧𐩸𐩺 | 𐩱𐩺𐩱𐩵

5 𐩺 | 𐩧𐩸𐩵𐩱𐩵𐩲 | 𐩲𐩸𐩢𐩲𐩱 | 𐩺𐩵𐩧𐩱𐩧 | 𐩧𐩧𐩧𐩺

6 𐩧𐩲𐩧𐩧𐩵 | 𐩱𐩺 | 𐩧𐩲𐩧𐩿𐩵𐩱 | 𐩱𐩵𐩧𐩱𐩺𐩧𐩧𐩲

7 𐩱𐩺𐩧 | 𐩣𐩧𐩵 | 𐩥𐩧𐩨𐩣 | 𐩱𐩺𐩧𐩠𐩠

8 𐩠𐩣 | 𐩠𐩣𐩱𐩺𐩵 | 𐩣𐩥𐩧𐩵 | 𐩱𐩧𐩥 | 𐩱𐩵𐩣𐩠𐩺𐩠

9 𐩥𐩠𐩵𐩥 | 𐩱𐩵𐩥𐩨 | 𐩱𐩺𐩧𐩥𐩵 | 𐩱𐩠𐩺𐩱𐩠𐩱

10 𐩣𐩵 | 𐩧𐩵 | 𐩥𐩣𐩧 | 𐩱𐩣𐩵𐩱𐩺 | 𐩵𐩥 | 𐩥𐩵𐩣𐩧𐩥𐩵

11 𐩥𐩣 | 𐩥𐩣𐩠𐩣𐩧𐩥𐩣𐩵 | 𐩥𐩣𐩺𐩣𐩵 | 𐩥𐩣𐩺𐩠𐩺𐩣𐩵

Quæ hebraicis litteris transcripta, emendata et completa :

1 תנחית | תנחיו | תמניתן | ואבעל

2 סיר | ומפר | הגרן | הרמם | למראה

3 מו | חלפן | בארתתם | הן | יבנן

4 טלעם | ותנכרם | בסר | הרמם | פיטתל

5 פנן | דמנהו | לתרזא | אהלהתן | ו

6 דגדף[ו]מנהם | ליחדרן | ול | ינדרן [ו ול

7 יטתלפן | מתלהו | כלם | חלפן....

8 יסתצאן | חגן | כחור | בקדמי | דת

9 תנחיתן | וחלפן | לתובן | שעבהו

10 והגרהו | תוב | ינעמן | להמו | ול | סר

11 המו | ומחגרתהמו | ומרעיהמו

Versus 1. תנחיו | תנחית «confessio quam confessi sunt»; vide quæ ad tit. 523 v. 1-2 adnotavimus. — תמניתן. Prætorius comparat ethnicum חנכיתן (supra, 532 v. 1); quod autem ad feminam refertur. D. H. Müller, *Sabäische Inschriften*, p. 17, inter ethnicum a תמנת ortum et numerum octo, qui designare possit consilium ex octo viris constans dubius hæret; alterum probat F. Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 30; cui assentimur, quum patronymicum plurale in יתן desinere nequeat.

Versus 2. סיר «suburbium»; vide tit. 37 v. 5 et 376 v. 9. — מפר scriptio defectiva pro מופר «septum», de quo tit. 506 v. 3 occasione locuti sumus.

Versus 3. ארתתם. Sic legendum est pro סרתתם (Prætorius). Hic sicut in tit. 440 v. 2 et fortasse in Hal. 152, v. 11, videtur nomen sacrarii esse. Prætorius vertit «holocaustum». De radice ארת vide quæ occursu vocis אתרתו in tit. 321 v. 6 disseruimus. — הן; vide tit. 526 v. 2. D. H. Müller, *Südarabische Alterthümer*, p. 22, confert arabicum إِنْ «si». Hic censemus הן «ut» significare.

Versus 3-4. ותנכרם | טלעם | יבנן. Verbum יבנן a radice בין trahimus et interpretamur «separet, avertat». טלעם cum arabico ظَلْع «vitium» et hebraico צֶלַע «interitus» conferimus, conjuncto תנכרם «detrimentum», de quo vide commentarium tit. 292 v. 6. Verbum טלע in Hal. 152, v. 4, 6, 9, huc pertinere potest, si explicatur «damnum resarcire, mulctari». תנכרם 2ª vel 5ª forma verbi esse potest. Prætorius comparat יבנן cum arabico مَنَّ «benefecit» et טלעם cum arabico ضلع «inclinatio, favor» et explicat נכר «favit».

Versus 4-5. פיטתלפנן. Halévy inter quartam et quintam litteram punctum scripsit, quasi littera desideretur; verum, ut Prætorius animadvertit, nihil deest. טלף cum arabico ظلف «abstinere» conferendum est. Prætorius, צלף pro טלף legens, comparat syriacum ܨܠܦ «verberavit», at 8ªm formam non explicat. — דמנהו forma recens pro דבנהו; cf. F. Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 50, necnon tit. 126 v. 3; 291 v. 9. דמן igitur interpretamur ut דבן in tit. 308 v. 21 et 429 v. 1 «ii qui sunt ex» i. e. incolæ (Harami). Itidem מנהם in versu sequente interpretamur «ex eis». Prætorius vertit «qui aspernatur eum», scil. Ḥalfânum. — לתרזא «ad expensa»; de radice רזא vide adnotationem ad tit. 540

v. 36. — אהלהתן, plurale vocis אהל, alias non occurrit. Littera ה inter ל et ת, nisi menda est, sicut in minæa scriptura vocalem *a* designat.

Versus 5-6. מנהם | לגדף. Sic legit Prætorius et hebraicum גדף conferens vertit «is qui blasphemabit ex eis». Quod probamus meliora ignorantes, sed præteritum futuro anteponimus. — ליחדרן. Verbum חדר in Hal. 149 (infra, 547), v. 11; 153, v. 8; 344, v. 9-10, iterum reperitur. Prætorius jure confert arabicum حَذِرَ «timuit, cavit». — ינלרן «pœnitentiam agat»; cf. tit. 523 v. 1. Prætorius vertit «caveat».

Versus 7. יתחלפן; vide v. 4-5. Sub fine v. 6 vel in initio v. 7 ול supplendum est. — מתלהו «sic», arabice مِثْلَهُ. Prætorius : «imago ejus». — כלם «ne» nobis sonare videtur, compositum ex כ = كَ et לם = لِما ut aramaicum דִּילְמָא, ad verbum «nam cur». Prætorius vertit «quisquis» (arabice كُلّ), כלם subjectum esse verbi יתחלפן opinatus.

Versus 8. יסתצאן scriptio defectiva pro יסתוצאן (Prætorius); perfectum verbi in tit. 126 v. 4 et 6 occurrit et illic versum est «se devovit». Nunc putamus סתוצא significare «exsecravit». De radice וצא vide quæ ad tit. 321 v. 2 adnotavimus et exemplis allatis adde יהוצאן in Lupar. 4734, v. 5. Prætorius, arabico استوصى collato, vertit «benefaciat». — חור contextum respicientes interpretamur «damnum attulit»; cf. יסחור in Gl. 1062 (Vind. 10), v. 5, quod videtur «delebit» vel «deminuet» significare, et arabicum حُور «damnum». Prætorius vèrtit «respondit, concessit» arabici حاور instar. Halévy, *Études sabéennes*, p. 101, explicat בקדמי | חור «antecessit».

Versus 9. לתובן «remuneretur» a ליתובן (cf. tituli sequentis v. 10) contractum est, nam hic, post יחלפן, futuro, non infinitivo opus est.

Versus 11. ומחגרתהטו. Vide quæ tit. 204 v. 3 occasione scripsimus. — מרעיהטו «pasta eorum». מרעית in Fr. 11, v. 3, potius singularis quam pluralis ut D. H. Müller in *Sabäische Denkmäler*, p. 104, putat.

His præmissis, vertimus :

1 *Confessio quam confessi sunt octo (viri) et domini*
2 *suburbii et septi urbis Harami domino su-*
3 *o Ḥalfáno Arathati, ut averteret*
4 *calamitatem et detrimentum in campo Harami. Ergo se absti-*
5 *neant incolæ ejus pro expensis familiarum, et*
6 *qui blasphemavit caveat et pœnitentiam agat et*
7 *se abstineat sic, ne Ḥalfân*
8 *maledicat, sicut damnum attulit ante hanc*
9 *confessionem. Et utinam Ḥalfân remuneretur tribum suam*
10 *et urbem suam remuneratione quæ jucunda sit eis et campo*
11 *eorum et pomariis eorum et pastis eorum.*

547

Hal., 149.

Titulum cum antecedente inventum edidit J. Halévy in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 155 (separatim excuso, p. 125). Inscriptio sedecim versus tenet, qui, præter ultimum, septemdecim ad viginti litteras habent. In initio v. 1 et 2 binæ litteræ deesse videntur. Nota litteras ר, ש et forsitan ח (in v. 16) ad dexteram pergentes et confer tit. 342.

Titulum tractavit F. Prætorius, *Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften*, III, 1874, p. 8-18.

Hæc præbet apographum Halevyi :



Quæ transcribimus hebraicis litteris, pauca addentes vel corrigentes :

1 אה]ל[ו]אמרם | ואהל | עתתר |
2 תנ]חיו | ונתדר | לחלפן
3 הן | אל | הופיהו | מטרד
4 הו | בדמוצבם | אד | טענ
5 ו | ליתל | בצר | חצרמתם |
6 וחגו | דסמוי | ביתל | ו
7 נסאו | מטרדן | עד | דעת
8 תר | [ו]אל | הופיהמו | מפנ
9 ר | שרגהמו | בדתאן | וחר
10 פן | מן | מום | קללם | ובל
11 לם | פל | חדרן | מן | מתל
12 ה | אאחר | וחלפן | ליתובנ
13 המו | תוב | ינעם | ערת | תנ

(Impressum mense augusto 1920.)

14 חיתן | חין | דמחטרם | קד
15 מתן | וכונת | דת | ותנח[י]תן | ב
16 אמר | חלפן

Versus 1. אמרם | אהל compleverunt Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 12. De tribu Amîro vide commentarium tit. 528 v. 2. Prætorius putavit totum versum esse tanquam titulum inscriptionis a ceteris secernendum et אמרם «ducem», arabice امير, significare. D. H. Müller in *Zeitschrift d. d. morg. Gesellschaft*, XXIX, p. 610, חלאמרם conjecerat, חלאמר in tit. 328 v. 1 collato. — עהתר | אהל; vide tit. 434 v. 1.

Versus 2. תנחין legit recte Prætorius. De hoc verbo et de sequente נתדר vide quæ tit. 523 v. 1-2 occasione scripsimus.

Versus 3. אל | הן. De הן «quia», quod D. H. Müller, *Südarabische Alterthümer*, p. 22, in בהן complet, vide quæ ad tit. 526 v. 2 adnotavimus. אל videtur hic negatio esse sicut in tit. 410 v. 9. אל | הן conjuncta interpretatur Prætorius «quia». — הופיהו. Suffixum singulare ad לסמוי referri et subjectum אמרם | אהל et עהתר | אהל esse opinamur et vertimus «solverunt ei»; cf. tit. 81 v. 6.

Versus 3-4. מטרדהו obscurum. Conjectamus de oblatione quadam agi quam deo solvere solebant. Prætorius arabicum طريدة conferens interpretatur «agmen camelorum furto abactum». — למוצבם nomen mensis esse existimamus in quo oblatio fiebat; cf. לעהתר in v. 7-8. — אד «quando», arabice إذ (Prætorius).

Versus 4-5. טענו «migraverunt», confer arabicum ظعن. — יתל, nomen loci in numerosis titulis minæis (Hal. 199, v. 2 et 3; 200, v. 2, etc.) cum מען conjunctum, unde patet Yathîlum prope Maʿînum situm fuisse. — חצרמתם «Ḥaḍramaut» hic tantum cum *mîmatione* scriptum est; cf. tit. 126 v. 15, 140 v. 5, etc.

Versus 6. חגו «circumierunt (signum dei), festum celebraverunt»; cf. hebraicum חגג et arabicum عيّد. חנהתי (Jaussen 1, v. 2) et חנהתם (Jaussen 2, v. 7) itidem a Jausseno «festum» explicantur. — לסמוי; vide proœmium capitis XIV.

Versus 7. נסאו cum arabico نسأ «distulit» conferri debet. Simile factum commemorat titulus 81. Prætorius vertit : «impulerunt». — מטרדן; cf. v. 3.

Versus 7-8. לעהתר hic nomen mensis esse sicut למוצבם in v. 4 opinamur; num in tit. 461 v. 1 et similibus idem sit non decernimus. — ואל; conjunctionem supplet Prætorius. De אל cf. v. 3.

Versus 8-9. מפנר conjicimus pro פפנר, quod scripsit Halévy litteram primam incertam esse indicans, et explicamus «apertio». Vox פנר in tit. 88 v. 5-6 versa est «jugum» et מפנר in tit. 45 v. 4 «locus rigatus». Prætorius vertit «et effecit (Il) ut flueret». — שרנהמו; Prætorius interpretatur : «vallis, planities». Quum arabicum شرج significet «rima», summo dubio vertimus «sulci» de germinantibus frugibus agrorum agi existimantes.

Versus 9-10. וחרפן | בדהאן «pluviis veris et autumni» (Prætorius); cf. tit. 540 v. 54-59.

Versus 10-11. ובללם | קללם | מום | מן «ex aqua parva et exigua» i. e. quum aqua parum abundaret. De מן hic et ante מחלה pro solito בן confer tituli antecedentis v. 5. De מום vide tit. 338 v. 10 commentarium. Halévy, *Études sabéennes*, p. 66, interpretatur «quidquid» hebraico מְאוּמָה collato. ובללם | קללם legit, ut videtur recte, Prætorius comparans arabicum قليل وبليل. — חדרן | פל «et utinam cæveat»; cf. tituli antecedentis v. 6. חדרן infinitivus cujus subjectum אאחר. — מחלה. Suffixum femininum loco neutrius adhibetur. Tituli auctores a peccato simili alios deterrere volunt.

Versus 12. אאחר «alius», arabice آخَر, ubi *alif mamdûd* locum duorum *aliforum* tenet.

Versus 13. ערת, arabice عَرَّتْ a radice عرو «accidit, exstitit» (Prætorius).

Versus 14-15. קדמתן | דמחטרם | חין cum | מדת | דראון | אחרתן in tit. 541 v. 96 conferre licet. חין arabico حِين «tempus» respondet, ut Halévy, *Études sabéennes*, p. 100, et Prætorius animadverterunt. דמחטרם est nomen mensis (non regis, ut Prætorius putavit), quod Halévy, *o. c.*, p. 83-84, cum aramaico חצד «metere» confert. Arabicum حصد quoque comparandum est, quanquam ח pro ח et ט pro צ vox sabæa præbet, ut D. H. Müller in *Zeitschrift d. d. morg. Gesellschaft*, XXX, p. 705, notat. קדמתן videtur adjectivum esse ad חין se referens, unde concludendum est חין feminini generis esse.

Versus 15-16. באמר «jussu» (Halévy, *o. c.*, p. 90). Prætorius hanc interpretationem cogitaverat, tum immerito rejecit, אמר «dies festi» explicans.

Verte nunc, si lubet :

1 *Ge]ns Amîri et gens ʿAthtari*
2 *con]fessi sunt et pœnitentiam fecerunt Ḥalfâno,*
3 *quia non solverant ei oblationem*
4 *ejus in (mense) Dhû Mauṣib, quando migrave-*
5 *runt Yathîlum in bello Ḥaḍramauti*
6 *et celebraverunt festum Dhû Samâvii Yathîli, et*
7 *distulerant oblationem usque ad (mensem) Dhû ʿAth-*
8 *tar, [et] non concessit ipsis apertionem*
9 *sulcorum (?) ipsorum pluviis veris et pluviis au-*
10 *tumni, (quum) aqua parva et exi-*
11 *gua (esset). Et utinam caveat a simi-*
12 *li alius! Et Ḥalfân remuneretur*
13 *eos remuneratione quæ jucunda sit! Contigit con-*
14 *fessio tempore (mensis) Dhû Makhṭhad pri-*
15 *mo. Et fuit hæc confessio*
16 *jussu Ḥalfâni.*

548

Hal., 152.

In eodem loco quo antecedentes reperit J. Halévy titulum septemdecim versus tenentem, quorum primus et secundus octo et viginti litteras habent, ceteri viginti ad viginti quinque, et in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 157 (separatim excuso, p. 127), vulgavit.

De titulo egit H. Grimme, *Südarabische Tempelstrafgesetze*, in *Orientalistische Litteratur-Zeitung*, IX (1906), c. 256-262.

Hæc in apographo Halevyi leguntur :

1 𐩣𐩱𐩧𐩺 | 𐩣𐩠𐩵 | 𐩵𐩺𐩧𐩲 | 𐩵𐩠𐩺𐩺 | 𐩵𐩣𐩵𐩺 | 𐩠𐩧𐩣𐩵

2 | 𐩣𐩺 | 𐩵𐩵𐩲𐩱𐩵𐩤 | 𐩲𐩺𐩲𐩲 | 𐩵𐩲𐩺𐩤 | 𐩠𐩲 | 𐩵𐩲𐩨𐩠

3 𐩹𐩤 | 𐩵𐩠𐩵𐩣𐩠 | 𐩠𐩺𐩺𐩧𐩲 | 𐩣𐩲𐩧𐩣𐩺𐩧𐩱

4 𐩠𐩭𐩹𐩠 | 𐩭𐩧𐩲𐩱 | 𐩣𐩠𐩧𐩱𐩱𐩠𐩺𐩠𐩱

5 𐩠 | 𐩵𐩱𐩧𐩲𐩱𐩺 | 𐩠𐩹𐩠 | 𐩺𐩠𐩠𐩹𐩠𐩲𐩠

6 𐩨𐩺 | 𐩣𐩠𐩧𐩱𐩧𐩱 | 𐩠𐩵𐩣𐩱 | 𐩵𐩧 | 𐩵𐩺

7 | 𐩵𐩲𐩠𐩨 | 𐩣𐩱𐩣𐩣𐩱𐩨 | 𐩵𐩧𐩱𐩲𐩱𐩺 | 𐩲

8 𐩲𐩲 | 𐩲𐩵𐩺 | 𐩣𐩠𐩧𐩱𐩧𐩱 | 𐩣𐩵𐩠𐩺𐩵 | 𐩣𐩵



Quæ hebraicis litteris transcribimus, perpaucis emendatis :

1 מן [ו] גרח | מנם | יחרט | סלחם | מעד | חלפן
2 וצאם | או | בהאם | כאחד | במקסמם | הן |
3 לינגסן | סלחהו | ודמום | בש
4 יעהו[ו]ליטלען | לאלת | עתתר
5 וארשוון | עשר | חיאליאם | ו
6 הם | לם | ידמו | ליטלען | חמ
7 ס | חיאלים | דינדין | מראם |
8 מן | מחרמן | ליטלען | חמס | אס
9 לעם | ועגם | בדאן | ליופין | טלט
10 ן | ודכר | נטש | עשת | מחרמן | וה
11 ופי | בארתת | תורם | וב | כל | מ
12 חרמן | אבילם | ועקב | שננם | וד
13 בסם | ולבבם | וכלל | רזאן | עלי | כ
14 ל | אנסן | ויופין | דן | חגן | עשרת
15 אחרפתם | מן | ורח | דסלאם | ד..
16 עת | שחם | דאלסעד | דחלעת[ת]....
17 ערתהו | דמתן | דת | מנם | יר....
.....

Versus 1. מנם | גרח | מן.! Sic legimus dubitantes pro חמנם | מנגר. מן ut arabicum مَنْ et מנם «aliquis» ut מנמו in tit. 291 v. 9 explicamus; confer מן = مِنَ in tit. 546 v. 5 et 6. גרח arabico جرح collato vertimus

«vulneravit». Grimme מנגר pro participio septimæ formæ verbi גור habet, quocum hebraicum גור [«commoratus est»], arabicum جاور «vicinus fuit» et sabæum פגר in Os. 16 (supra, 88), v. 5 [quod re vera ad radicem פגר pertinet] confert, et חמנם in חמים emendans vertit «qui intrat templi circuitum». — סלחם | יחרט. Verbum חרט hæsitantes cum arabico اختَرط «strinxit (gladium)» comparamus. סלחם (cf. v. 3) videtur arabico سلاح «arma», respondere. Grimme opinatur חרט metathesin radicis arabicæ طرح «abstulit» esse et vertit : «deponat (arma)». — חלפן | מעד. Grimme existimat מעד præpositionibus מ = مِنْ et עד = عند compositum esse. Nos arabicum ميعاد «sollemnitas» malumus conferre. Itidem מעדהו in Gl. 542, v. 4, quod E. Glaser, *Abessinier*, p. 51, «temporis terminus» vertit, necnon מעד in tit. 315 v. 11 et מעדתן in tit. 262 v. 3 a radice ועד duci possunt. — חלפן deum designare censemus, quum titulus eodem loco quo antecedentes repertus sit.

Versus 2. בהאם | או | ובצאם. Utrumque potest infinitivus vel participium esse; in alterum inclinamur. De verbo ובצא «exire» vide quæ ad tit. 321 v. 2 et 532 v. 5 et de בהא «intrare» quæ ad tit. 523 v. 4 adnotavimus. Grimme negat ובצא «exiit» sonare, sua interpretatione non intelligens cur exiens arma deponat, et arabicum ضوى «confugit» confert. — מקסמם «departitio». Fortasse de spoliis hostium agitur. Radicem קסם, alias non repertam, arabico fulti interpretamur. Grimme : «sortis oraculum» [hebraici instar].

Versus 2-3. ל | הן sicut solum הן in tit. 546 v. 3 vertimus «ut». Müller, *Südarabische Alterthümer*, p. 22 : «si», vide tit. 523 v. 2. — ליגנסן potius ad verbum גנם «polluere» [arabice جَحِس], ut Mordtmann, *Minäische Epigraphik*, p. 7, putat, pertinet, quam ad verbum נסם, ut Grimme opinatur, qui vertit «detegatur». — סלחהו; cf. v. 1. — דמום cum דם «sanguis» [quod in tit. 564 v. 9 occurrit] confert Grimme, ut videtur, recte; sed vox potius proprium sensum quam figuratum habet et infinitivus verbi דמו (cf. v. 6), non pluralis substantivi est.

Versus 3-4. בשיעהו a ליטלען separandum est. שיעהו interpretatur Grimme «societas», quum שוע in Os. 8 (supra, 79), v. 7, «comitari» vertat. Mordtmann similiter «gens». Comparare licet שעת «socia, uxor» in tit. 6 v. 1. Suffixum ad vulnerantem referendum est. — ליטלען a Muellero in *Zeitschr. d. d. m. Gesellschaft*, XXIX, p. 613; Mordtmanno, *o. c.*, et Grimmeo explicatur «solvat», quum mentio pecuniæ sequatur. Sed respicientes vocem טלעם in tit. 546 v. 4 malumus interpretari «damnum resarcire, mulctari», quo etiam voces ליופיו | טלען in v. 9-10 clariores fiunt. — אלת pluralis pronominis ה; vide tit. 353 v. 15. Grimme censet עהתר | אלת esse præsides laicos et confert | אהל עהתר in Hal. 149 (supra, 547), v. 1. De gente ʿAthtari vide quæ ad tit. 434 v. 1 adnotavimus. Non abest quin peculiariter sacrariis custodiendis consecrata sit.

Versus 5. ארשון «sacerdotes». Pluralia alia vocis רשו sunt ארשו in tit. 41 v. 1 et ארשות in tit. 563 v. 1. De dignitate sacerdotis vide tit. 375 v. 1 commentarium. — חיאלים (cf. v. 7) nummus, de quo vide quæ occasione tit. 7 scripta sunt. Quum numerus עשר hic et חמס in v. 8 adhibeantur, patet חיאלים pluralem femininum esse, cujus singularis חיאליתם est. Nummum ab hominis nomine appellatum esse putat Müller, *o. c.* Conferre fortasse licet חיאלן in inscriptione liḥyânitica apud Jaussen et Savignac, *Mission archéologique*, p. 369, n° 23.

Versus 6. לם | הם. In minæis titulis Eut. 3, v. 4; 19, v. 3; 55, v. 4, reperitur להם | הם; præterea הם in Hal. 344, v. 18; 345, v. 4; 446, v. 2. Mordtmann, *o. c.*, vertit הם «si» et לם «non»; cui assentimur. De negatione לם vide tit. 522 v. 7 commentarium. — ידמו «effluit sanguis»; cf. v. 3. — ליטלען pro לטילען legendum est.

Versus 6-7. חיאלים | חמס; cf. v. 5. — דינדין. Grimme comparans æthiopicum *nade'a* vertit «abigit». Idem sonat hebraicum נדי. — מראם. Grimme, collato hebraico מָרִיא, existimat de eo qui vitulum saginatum a sacrario subducat agi. Nos putamus de rixa inter convenientes sacrarium potius quam de furtis tractari; itaque מראם «vir» explicare licet et דינדין «qui expellit».

Versus 8. מן, arabice مِنْ, pro solito בן; cf. adnotationem ad v. 1.

Versus 8-9. אסלעם cum aramaico סלע «siclus» (de quo vide *C. I. S.*, II, tit. 198, v. 9) conferendum esse jam Halévy, *Études sabéennes*, p. 81, docuit. Grimme autem arabicum سلاع «simile» æquiparat opinatus furem quinquies furtum solvere. — בדאן | ענם. Grimme vertit «qui comedit partem (scil. vituli)» arabica عجم et بدء invocans. Contextu freti conjectamur : «qui peccavit initio, i. e. prima vice». ענמתן, obscuro sensu, in B. N. 10, nunc Lupar. 7357, v. 1, occurrit.

Versus 9-10. טלען | ליופין «solvat mulctam» (cf. v. 4). Eamdem formam verbi præbent Hal. 51 = Gl. 904, v. 16, et titulus Britannici Musei ab Halevyo in *Revue sémitique*, XVIII (1910), p. 98, n° 2, editus.

v. 2. Quarta forma in tit. 81 v. 6, et infra, v. 10-11, occurrens, eumdem sensum habet, nisi illa pensationem summæ rerum, scilicet pecuniæ vectigalium designet, hæc autem oblationem rei unicæ, i. e. sacrificii. Grimme : «prorsus pendat (partem comestam vituli vel totum animal)». — מחרמן | עשת | נטש | לכר. Vocem לכר non a radice לבר trahendam (Grimme) sed vocibus ל et כר compositam esse censemus. כר, arabico كرّ collato, vertimus : «rediit, iteravit». Substantivum כרר «summa» in tit. 308 v. 9 et 10 et verbum כרר in tit. 313 v. 6 reperiuntur. נטש cum hebraico נטש «abjecit» collatum pro passivo habemus et עשת cum assyriaco *ištu* «ab» comparamus. Grimme vertit : «masculus, i. e. vir, qui subducet (arabice نشّ) commeatum (arabice عَيْشة)».

Versus 10-11. והופי «et absolvet, offeret»; vide tituli antecedentis v. 16 commentarium. — ארתת nomen sacrarii ut ארתתם; vide quæ ad tit. 440 v. 2 adnotavimus. Grimme comparat assyriacum *maršitu* [quod «grex» significat] et opinatur «pro ove subducta taurum restitui».

Versus 11-12. אכילם | מחרמן | כל | וב. Novam sententiam incipere existimamus, qua præscribitur mensuras in toto sacrario parandas esse. Grimme verba cum antecedentibus conjungit et כל singularem vocis כילם in v. 12 esse putans existimat pro mensura (una) subducta reum soluturum esse mensuras (complures). אכילם «mensuræ», arabice أكيال, alias non occurrit. — עקב; vide quæ de radice עקב tit. 448 v. 3 occasione scripsimus. Quum עקב «custodire» sonet, hic quoque interpretamur «locus custodiendus, thesaurus». Grimme, arabico عاقب «locum tenens» fretus, vertit «pro». — שננם. Grimme monet etiam nunc in Mesopotamia potum *šanina* dictum, genus seri, confici.

Versus 12-13. דבסם; vide tit. 540 v. 96 commentarium. — לבבם. Grimme, comparato hebraico לביבה et assyriaco *lubbu*, vertit «placenta».

Versus 13-14. אנסן | כל | עלי | רזאן | כלל «universitas expensi incumbat omnibus hominibus». Grimme existimat hominem qui animal e templi circuitu abduxerit omnia expensa sacrarii soluturum esse. De verbo רזא vide adnotationem ad tit. 540 v. 36. — חנן | ן | ויופין «et servabitur hæc lex». ופי sonat hic «perficere», i. e. servare. Cum חג Grimme jure comparat æthiopicum ሐግ. Mordtmann, *o. c.*, p. 26, vertit «modus», i. e. ordo. Forsan huc pertinet נכרח | חג in Eut. 16, v. 2 et 3, et חג (pro חל legendum) in Hal. 396, v. 2. De præpositione חג «secundum» vide tit. 374 commentarium.

Versus 15. אחרפתם, pluralis vocis חרף «annus», hic tantum occurrit; cf. חרפתם in Ḥuṣn Ghurâb 1, v. 10. — מן; cf. v. 8. — לסלאם nomen mensis inauditum. — In fine versus supplendum est לחרף.

Versus 16. לאלסעד | שחם | עת videntur terminationem nominis eponymi, cognomen et nomina familiæ ejus præbere. Grimme putat עת hebraico עת «tempus» respondere et שחם a verbo שחח in Hal. 645, v. 1, trahit, quod idem, ut opinatur, sonat quod לבח in titulo parallelo [Hal. 648], vertitque : «temporis sacrificatus Ilsaʿadi, præsidis Khâlʿathati». אלסעד reperitur in tit. 102 v. 1; 205 v. 2; 256 v. 1. לחלעתת in לחלעתת, quod in Hal. 240, v. 4, occurrit, facile completur.

Versus 17. דמתן | ערתהו in memoriam revocant voces קדמתן . . . ערת tituli antecedentis v. 13-15. Grimme vertit «consensus ejus (legis) durat», ערתהו cum ערת in eodem titulo conferens, quod «consentire» interpretatur, collato æthiopico *ʿaraya*. — מנם | דת. Num hic מנם «quivis» significet ut in v. 1 non decernimus.

Vertimus pro posse :

1 *Qui vulnerat aliquem stringens arma in solemnitate Ḥalfâni*
2 *exiens vel intrans ad capiendum e repartitione, ita ut*
3 *polluat arma sua et effluat sanguis in soci-*
4 *o ipsius, mulctetur pro ʿAthtarensibus*
5 *et sacerdotibus decem ḥaiʾalensibus, et*
6 *si non effluxit sanguis, mulctetur quin-*
7 *que ḥaiʾalensibus. Qui abigit virum*
8 *a sacrario mulctetur quinque si-*
9 *clis. Si peccaverit prima vice, solvat mul-*
10 *ctam, et, si iterat, expellatur a sacrario et of-*

11 *ferat ʾArathaṯ taurum. Et in toto sa-*
12 *crario (sunto) mensuræ et thesaurus šanini et mel-*
13 *lis et placentarum, et summa impensarum incumbat cunc-*
14 *tis hominibus. Et servabitur hæc lex per decem*
15 *annos a mense Dhû-salaʾ anni . . .*
16 *ʿaṯi Šaḥîm, Ilsaʿdensis, Khâlʿatha[tensis, . . .*
17 . . . . . .
. . . . . .

ARTICULUS X.

YADAʿSMUHU.

Hoc numen commemoratur tantum in titulis jam editis 512 et 518 necnon in Hal. 150, 151, 153, 159. Quæ omnes inscriptiones aliis deis dicatæ sunt. Yadaʿsmuhu enuntiamus, interpretati dubitantes « noscat (homines) nomen ejus ». F. Hommel, *Die altisraelitische Ueberlieferung in inschriftlicher Beleuchtung*, 1897, p. 96, et *Grundriss der Geographie und Geschichte des alten Orients*, 1904, p. 143, opinatur Yadiʿasumuhum, ut enuntiat, fuisse veterem regem in seriem numinum insertum.

ARTICULUS XI.

YATHʿ.

Deus Yathʿ usque ad tempus recens non notum erat nisi e titulis a F. Lenormant publicatis, quos Gauldraud Abyani anno 1845 invenerat. Ex quibus maximum (Len. 7), quem sub numero 550 tractabimus, non omnino ingenuum esse jamdiu agnitum est. Alium quoque exiguum (Len. 1, infra, 561) numini Raʿato dicatum, de quo in art. XXII agetur, dubium esse asseruit Halévy, *Études sabéennes*, p. 193. Itaque supra, tit. 76 v. 10 occasione, dictum est deum Yathʿum esse spurium. Re vera nulla causa est dubitandi quin Yathʿ a Sabæis cultus sit; nam tit. Len. 1, cujus auctor se servum Yathʿi appellat, haud falsum esse postea ostendetur. Deinde nomen עבדיתעם in Len. 4, v. 2 et 3-4, deum Yathʿ exstitisse monstrat. Denique monumentum huic deo consecratum in Lupanense Museum pervenit. Unde patet numen non fictum esse et judicandum est יתע in nominibus hominum יתעאל, יתעאמר et ceteris nomen dei esse; cf. F. Lenormant, *Sur trois inscriptions funéraires*

himyaritiques, in *Comptes rendus de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres*, 1867, p. 259, et W. F. Prideaux, *Note on M. Lenormant's Lettre, etc.*, in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, II, p. 345. De radice יתע vide quæ ad tit. 76 v. 10 et 368 v. 3-4 adnotavimus. Nomen dei «Yath'» enuntiamus, comparantes hebraicum יֶשַׁע «salus».

549

Lupar., 4091.

(Tab. XXVI.)

In Museo Luparensi servatur lapis $0^{m},38$ altus, $0^{m},51$ latus, in angulis sinistris mutilatus. Qui titulus sex versus circiter sedecim litterarum tenet ordine *boustrophedon* ductos et vetere scriptura distinctos. In v. 1 et 2 aliquot litteræ evanuerunt. Monumenti imaginem, luce solis expressam, tabula nostra vicesima sexta exhibet. Inscriptionem vulgavit M. Lambert, *Nouveau Supplément aux inscriptions du Louvre*, in *Mélanges Hartwig Derenbourg*, p. 61 (separatim excusum, p. 5).

Hæc leguntur :	Quæ hebraicis litteris transcripta :	
← ו‌ה ׀ ∧Π ׀ ∘ꓤ٢٢∘	← עלהמו ׀ בן ׀ אל...	1
→ ו ٢∘∘ ׀ ٢∘٢٢ ׀ ∘ר٧	→ דרו ׀ ינקה ׀ וענק.	2
← ׀ ⅄X∘Π ׀ ꓤ∘∘٢ ׀ ∧٢∧	← נהן ׀ יתעם ׀ בעתתר ׀	3
→ ∘Π ׀ ∀٢ꓤ∘٢ ׀ ∘Π ׀ ΗX⅄ꓤ	→ מחתד ׀ בו ׀ הקמלא ׀ בו	4
← ׀ Π∘ ׀ ∧٧∘ΠXΗ ׀ Π∘ ׀ ꓤ٢	← ים ׀ וב ׀ דתבערן ׀ וב	5
→ ∀٢ΠאΓ ׀	→ ׀ לאברכ	6

Versus 1. עלהמו jam supra in tit. 379 v. 1 reperitur, ubi errore pro appellativo habitum est. De על confer tit. 544 v. 7. Alia nomina hominum suffixo המו terminata sunt הופהמו in tit. 372 v. 1 et צבחהמו in tit. 383 v. 2-3 et 388 v. 1. — אל verisimiliter legendum est, sed compleri non potest.

Versus 2. קנעו[ד] legimus, vestigia litteræ ante *nûnum* respicientes; nomen loci ignotum est, sed confer الْقَنْع apud Al-Hamdânî, *Djazîra*, p. 181, قِنْع et الْقَنَع apud Yâḳût, *Muʿdjam*, IV, p. 192.

Versus 2-3. ורדנהן vertimus dubitanter «ambo aquaria», collato arabico ورد «ad aquam descendit». De radice ורד vide quæ ad tit. 375 v. 2 adnotavimus.

Versus 6. כרבאל. Num quid sequatur non dispicimus. Quum inscriptio antiqua esse videatur, potius pro *mukarribo* quam rege Karib'il ducendus est.

Iterum transcribimus ordine solito :		Et vertimus :
עלהמו ו בן ו אל...	1	*ʿAlhumû, filius Il....,*
ד]קנעו ו הקני ו ורד	2	*Ḳanʿâdensis, consecravit aquaria*
נחן ו יתעם ו בעתתר	3	*ambo Yathʿo. Nomine ʿAthtari*
וב ו אלמקה ו וב ו דתהמ	4	*et Ilmaḳahi et Dhât Ḥim-*
ים ו וב ו דתבערן ו וב ו	5	*yami et Dhât Baʿdâni et*
כרבאל ו	6	*Karib'ili.*

550

Lenormant, 7.

Titulum hunc edidit F. Lenormant primo hebraicis litteris transcriptum in *Comptes rendus de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres,* 1868, p. 63. Ibidem, p. 62, nos docet inscriptionem a chirurgico classiario Gauldraud anno 1845 Abyani inventam esse cum sex aliis, quarum quinque in eodem opere, anno 1867, jam vulgaverat. Abyan (non Abyân, ut Lenormant scribit), ubi tit. 439 quoque repertus est, dicitur esse locus prope Adenum versus septentrionem orientalem situs. Urbs Aden ipsa a geographis arabicis *ʿAdan Abyan* appellatur et regio tota ad quam Aden pertinet itidem Abyan nominatur; vide Al-Hamdânîum, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 97, et confer E. Glaser, *Skizze der alten Geographie Arabiens*, p. 218, et C. Landberg, *Dathînah*, p. 1098 et 1590. Verisimiliter nomen ducit a torrente Abyan, qui regionem irrigat et cujus mentio fit in titulo Britannici Musei a J. Halévy in *Revue sémitique d'épigraphie et d'histoire*, 1908, p. 293, edito, v. 3-4. Postea vulgavit F. Lenormant titulum litteris sabæis in *Lettres assyriologiques*, II, 1872, p. 9, et commentario amplo (p. 10-74) ornavit. At ibi, p. 77, asseruit apographa Gauldraudi anno 1871 in rebellione Lutetiensi incensa esse et se tantum servasse apographa lithographica, quæ antea ab apographo Gauldraudi sumi jusserat. De ingenuitate tituli dubitaverunt viri docti : J. Halévy miratus est scripturam ejus esse tam regularem, quum litteræ multæ inter se commixtæ sint [ceterorum titulorum apographa a Gauldraudo sumpta talem scripturam non præbent]. J. H. Mordtmann in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXXI, p. 91 in notula, dixit se inscriptiones Abyani non respicere et præcipue D. H. Müller, *Burgen und Schlösser*, II, p. 44-49, conatus est monstrare omnes titulos a Lenormanto vulgatos spurios esse. Ex argumentis quibus usus est alia sunt gravia, alia sunt levia. Omnibus bene perpensis judicamus titulos in *Comptes rendus* anni 1867 publici juris factos bona fide editos esse, etsi a Gauldraudo male exscripti vel a Lenormanto male lecti esse possint. Quod autem ad hunc titulum pertinet, opinamur F. Lenormant eum suo arbitrio mutavisse et auxisse, ab aliis inscriptionibus varia mutuatum, et apographo Gauldraudi alterum substituisse, in quo titulus retractatus esset. Quæ mutaverit et quæ addiderit, in commentario ostendere tentabimus.

Titulum tractaverunt : F. Lenormant, *operibus supra citatis.* — M. A. Levy, *Fünf himjarische Inschriften*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXIV (1870), p. 189-192. — W. F. Prideaux, *Note on M. Lenormant's «Lettre sur l'inscription*, etc.», in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, II, 1873, p. 343-345. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, 1874, II, p. 536-540; separatim excusum, p. 187-191. — D. H. Müller, *o. supra c.*, p. 47-49.

(Impressum mense augusto 1920.)

Hæc præbet apographum Lenormanti :



Quæ Lenormant sic transcripsit hebraicis litteris, litteras sabæas commixtas ך et ז, ע et ש, ם et ס, ף et ץ distinguens (ס pro ש scribimus) :

1 עבדשמסם | אצלם | סריס | בעלן
2 תבע | שרחבאל | מלך | סבא ‖ ואחהו
3 מרתדם | קני | מלך | בנו | ואל | עבד
4 וקני | מלכי | סבא | גנאו | בית | יתעם
5 ובניו | מדבחת | יתעם | ביום | נף | ב

6 חרף | סמהעלי | בן | אלשרח | בן | סמ
7 העלי | חג | דת | וקההמו | יתעם | במסאל
8 ם | בדת | הופיהמו | יתעם | ויהופין | ד
9 ן | תנבאהו | והקניו | יתעם | דעדן | שי
10 מהמו | ושפתהמו | אדנת | דהב | וברר | כ
11 תם | וורק | לופיהמו | וופי | הגרן | ערן
12 וביתנהן | אבינם | ואבעלהו | ומלכהמו
13 וסעדהמו | בעתתר | ובהובס | ובאלמקה | ו
14 ביתעם | ובדתחמים | ובדתבעדנם | ובאל
15 הי | ובאלהתי | הגרן | ערן

Versus 1. עבדשמסם in tit. 81 v. 1 reperitur. — אצלם, ut Lenormant ipse monet, in Os. 6 (supra, 78), v. 1, occurrit; unde Halévy concludit אטלם legendum esse; cf. tit. 104 v. 1; 276 v. 1; 286 v. 1; 527 v. 1. Cognomen אטלם non videtur «injustissimus» significare, ut tituli primi occasione dictum est, sed «obscurissimus» et oppositum esse nomini dei Solis, cujus servus auctor tituli appellatur.

Versus 1-2. תבע | בעלן | סריס. Halévy de voce סריס «eunuchus» haud immerito dubitat, quum scriptio plena rarissima sit [nisi in monosyllabis] et vox ipsa alias non occurrat. Halévy proponit אדם, quod Müller rejicit. תבע, quod titulum principum ḥimyariticorum fuisse contendunt auctores arabici, in inscriptionibus yemenensibus non inventum est. In Obne, v. 3, תבע verbum esse videtur. Nos conjectamur loco | בעלן | סריס scriptum fuisse ו | אבעתתר | בן. — שרחבאל. Existimamus hunc non fuisse regem Sabæ, de quo in tit. 537 v. 3 et alias agitur, quum tituli ejus valde differant, sed virum privatum, sicut in tit. 130 v. 2, et voces | מלך סבא a F. Lenormant additas esse, qui de Šaraḥbîlo fuse disseruit in *Comptes rendus*, 1868, p. 65-71, et in *Lettres assyriologiques*, II, p. 66-74.

Versus 3. מלך | קני. Hæc locutio in minæi tituli Os. 29, v. 1 tantum reperitur, ubi מלך in statu constructo cum חצרמת est. Si in apographo Gauldraudi scripta est, necesse est legere מלכן pro מלך; cf. | אדם מלכן in tit. 397 v. 3. — ואל; vide quæ ad tit. 434 v. 9 adnotavimus. Si voces עבד | וקני ingenuæ sunt, ואל est nomen hominis.

Versus 4. מלכי, quod Lenormant pro plurali habet, in מלך verisimiliter emendandum est, vel in מלכן, et tunc סבא delendum. — יתעם | בית | גנאו; cf. | בית | גנא אלמקה in tit. 366.

Versus 5. יתעם | מדבחת; vide quæ adnotavimus ad tit. 104 v. 3 (ubi erravimus מדבחת in aliquot titulis pro nomine hominis habentes) et 382 v. 1; exemplis illic allatis adde Mackell, 2. מדבחת est ubique singularis et ejus pluralis מדבח in tit. 104 v. 3 et 105 v. 2 reperitur. — נף | ביום. Lenormant comparavit הע | יום in Fr. 10 (supra, 366), v. 2. At ביום cum יום commiscere non licet; etenim יום tanquam conjunctio «quando» sæpe adhibetur, quum ביום diem ipsam consecrationis indicat. Conjicimus igitur ב | נף corruptum esse e numero, fortasse ארבעתם, et nomen mensis deesse. Lenormant contendit נף esse nomen regis deificati; Halévy, comparans הנף | יום «dies librandi modii tritici» apud Rabbinos [Misna Sukka, III, 12], opinatur נף diem solemnem designare.

Versus 6-7. אלשרח | בן | סמהעלי eponymus, cujus patris nomen miro modo cum nomine regis Sabæ auctoris tit. 374 congruit; quem vide. De סמהעלי tit. 366 occasione egimus. — Hic, nostra opinione, desinit inscriptio Gauldraudi. Reliqua addidit Lenormant.

Versus 7-8. במסאלם | וקההו | דת | חג; vide tit. 73 v. 5, et 374.

Versus 8-9. | ן | ויהופין | יתעם | הופיהמו | בדת | תנבאהו; vide tit. 374. — דעדן | יתעם. Lenormant ipse comparat דהרן | אלמקה in titulis ʿAmrâni (ערן in tit. 504 v. 5 reperitur).

Versus 9-10. ושפתהו | שימהו. Lenormant interpretatus שים «donum» cum שפת «munus» ab Os. 1 (supra, 73), v. 7, sumpto, conjunxit.

Versus 10-11. זורק | כתם | וברק | לחב | אלנת. Vox ברר «argentum» nusquam occurrit et e לחבן | ברם in tit. 73, collato æthiopico ብሩር, verisimiliter tractum est. Cetera a tit. 374 sumpta sunt. — | הגרן | לופי עדן. Lenormant confert Fr. 54 (supra, 373).

Versus 12. אבינם | וביתנהן. Quum ביתנהן «nostra domus hæc» verteret Lenormant, nomen loci unum modo scripsit. ביתנהן in Fr. 45 invenit, sed sententiam totam ex Os. 31 hausit. — אבינם. Arabico أبين sabæum אבין respondet, non אבינם, et re ipsa repertum est; vide proœmium.

Versus 13. סעדהמו, quod Lenormant falso explicavit «procurator», cum אבעלהו et מלכהמו conjunxit.

Versus 14. ביתעם inseruit Lenormant in seriem deorum solitam.

Versus 14-15. ובאלהתי | באלהי mutuatus est Lenormant ab Os. 36, nescius litteram ה in אלהי et אלהתי proprium scripturæ minææ esse.

Hæc igitur suspicamur fuisse in monumento quod Gauldraud exscripsit:

1 עבדשמסם | אטלם | בן | אבעת
2 תר | ושרחבאל | בן | ..... | ואחהו
3 מרתדם | קני | מלכן | בנו | ואל | עבד
4 וקני | מלכן | גנאו | בית | יתעם
5 ובניו | מדבחת | יתעם | ביום | ארב
6 עתם | בורח | ל..... | ב
7 חרף | סמהעלי | בן | אלשרח | בן | סמ
8 העלי

Quæ sic vertimus:

1 *ʿAbdšams Aṯlam, filius Abʿath-*
2 *tari, et Šaraḥbiʾil, filius....., et frater ejus*
3 *Marthad, mancipium regis, filii Waʾli, servi*
4 *et mancipii regis, sæpserunt domum Yathʿi*
5 *et exstruxerunt altare Yathʿi die quar-*
6 *to mensis..... in*
7 *anno Smuhuʿalayi, filii Ilšaraḥi, filii Smu-*
8 *huʿalayi.*

ARTICULUS XII.

NUWÂŠ.

Duo tituli jam editi de consecratione deo Nuwâšo facta agunt, nempe 235 et 270-271. Quibus nunc tertium, Massil. 8, addimus. Præterea tit. 338 v. 4 (Prideaux 3, v. 10) deum commemorat. De deo nihil nobis notum est, nec certum quidem est quomodo nomen ejus enuntiandum sit; etenim nihil comparare possumus nisi nomen arcis yemenensis نواش apud Yâḳût, *Muʿdjam*, IV, p. 816, ubi vocalis *nûni* non indicatus est. Radix نوش arabice sonat «cepit».

551

Massil., 8.

(Tab. XXVI.)

Titulum in lapidis fragmento o^{m},42 alto, o^{m},32 lato, o^{m},10 profundo inscriptum servat Museum archæologiæ Massiliense. Monumentum, cujus imaginem arte photographica expressam nostra tabula sexta et vicesima exhibet, ab omni latere abruptum est, sed inscriptio ipsa, in quadrante inclusa, a dextera tantum læsa est et quinque versus præbet, qui nunc decem vel undecim litteras habent, olim tredecim ad quindecim habuerunt.

De titulo egit H. Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites du Musée d'archéologie de Marseille*, in *Revue archéologique*, XXXV (1899), p. 11; separatim excusum, p. 15. — Idem, in *Répertoire d'épigraphie sémitique*, I, p. 157-158, n° 190.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris transcripta :

1 י | בנת | הען | ב
2 גב | דת | בית |
3 רב | בן | סמה.
4 הקנית | נוש
5 סה | וולדה |.

Versus 1. Nomen consecrantis restituit Derenbourg dubitans אבעלי [cf. tit. 6 v. 1]. Ipse notat ante *yâ' ḍâd* fortasse scriptum esse, at nulla vestigia perspiciuntur. C. de Landberg, *Dathînah*, p. 406-407, contendit spatium voci אבעלי impar esse; sed in v. 2 patet quinque litteras evanuisse. — הען; vide tit. 2 v. 1; 154 v. 1; 351 v. 8.

Versus 1-2. גב.....ב complet Derenbourg legens יהר]גב | ן]בן. Vox יהרגב cognomen regis Ḳatabâni in Hal. 504 = Gl. 1087, v. 4; Gl. 1402, v. 1-2; 1606, v. 1, est.

Versus 3. סמה | בן | רב. H. Derenbourg restituit יתעכ]רב | בן | סמ]הכרב, tit. Hal. 670 = Fr. 25 fretus. Quum autem multa nomina voce כרב terminentur, multa voce סמה incipiant et ultro eponymus | אבכרב | סמהכרב | בן in Gl. 1548-1549, v. 8, reperiatur, omnino incertum est utrum auctor tituli Halevyani pater fuerit mulieris quæ hoc monumentum erexit annon.

Versus 4. נושם; vide procœmium articuli.

Iterum transcribimus et vertimus restitutis quæ restitui possunt :

1 .....י | בנת | הען | ב — *.....y, filia Ha'âni, fi-*
2 ן | יהר]גב | דת | בית — *lii Yuhar]gibi, orta e domu*
3 ...כ]רב | בן | סמה — *.....ka]rîbi, filii Smuhu-*
4 ... | הקנית | נוש] — *....i,] consecravit Nuwâšo*
5 ם | נפ]סה | וולדה | — *semet] ipsam et filium suum.*

ARTICULUS XIII.

NASR.

De deo Nasr jam breviter locuti sumus supra, I, p. 239-240, occasione tit. 189 v. 1. W. F. Prideaux, *On some recent discoveries in South-Western Arabia*, in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, II, 1873, p. 18, monet Nasrum in *Corâno*, LXXI, v. 22-23, commemoratum esse. Antea Syri et Rabbini (*Aboda zara*, 11 *b*) docuerunt eum ab Arabibus cultum esse; cf. R. Smith, *Kinship and Mariage*, p. 209, et Th. Nöldeke in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, 1886, p. 186. J. et H. Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, I, p. 60, conjecerunt eum sub figura vulturis vel aquilæ adoratum esse et imaginem ejus in auro inveniri quod S. Birch et A. W. Franks, *Inscriptions in the Himyaritic Character*, n° 42, vulgaverunt. Sabæos symbolo ejus ad terminum agrorum designandum usos esse aliquot inscriptiones quæ a nobis edentur ostendunt.

552

Acad., 9.

(Tab. XXVI.)

Altar lapideum, cujus basis est $0^m,05$ alta, $0^m,105$ lata et profunda, et caput $0^m,08$ altum, $0^m,13$ latum et profundum, apud Academiam litterarum humaniorum exstat. Ejus cavum vestigia turis combusti servavit. In fronte sunt duo versus breves inscripti. Monumenti imaginem luce solis expressam tabula vicesima sexta exhibet.

Titulum tractaverunt J. et H. Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, in *Journal asiatique*, 1883, II, p. 252-253; separatim excusum, p. 59-60.

Hæc leguntur :	Quæ hebraicis litteris transcribimus :		Et vertimus :
𐩣𐩺𐩣 ׀ 𐩧𐩺𐩣𐩣	גדנעם ׀ הקנ	1	*Gadnaʿm consecra-*
𐩧𐩲𐩣 ׀ 𐩣𐩺	ית ׀ נסרם	2	*vit Nasro.*

Versus 1. גדנעם. Sic legendum est, non ידנעם, ut jam supra, feminæ nominis נעמנד in tit. 330 v. 1 occurrentis occasione, diximus.

553

Langer, 18; Br. M., 65.

(Tab. XXVII.)

Viator S. Langer invenit Adeni et exscripsit titulum quem fragmentum lapidis $0^m,25$ altum, $0^m,70$ latum nunc ad Museum Britannicum pertinens exhibet. Inscriptio tenet tres versus ordine

boustrophedon ductos circiter viginti litterarum $0^{m},065$ altarum et est a summo et a sinistro latere truncata (non a dextero, ut Müller putavit). Monumenti imaginem in tabula septima et vicesima expressam invenies.

De titulo egit D. H. Müller, *Sabäische Inschriften entdeckt und gesammelt von S. Langer*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXXVII (1883), p. 408-409; separatim excusum, p. 90-91.

Hæc leguntur :

X ‖ ኣጋሐኣ ‖ ኣበ ‖ ኣጋበ ‖ ኣያ ‖ ኣዐሐ ← 1

→ ‖ በዐበር ‖ ሐፀX ‖ ሐ֎ር ‖ በሐኮዐX ‖ በርሥ ‖ ዘ 2

‖ ኣኣሐዐ ‖ ኣዐዛፀበ ‖ ጋሄX ‖ ጋሐኣ ‖ X ← 3

Quæ hebraicis litteris transcripta :

ת ‖ נסרן ‖ בן ‖ עֹרן ‖ וחן ‖ וכון. ← 1

→ ד ‖ זרעֹ ‖ תולצב ‖ רטס ‖ תמס ‖ רבעב ‖ 2

‖ עסנן ‖ במרפן ‖ תחר ‖ נסר ‖ ת ← 3

Versus 1. ערן (cf. v. 2). Müller transcribit Ghârân, quæ forma arabico sermoni aliena est. Inter nomina locorum Gharr (Yaḳût, *Muʿdjam*, III, p. 784), Ghâr (*ibid.*, p. 768) et Ghurân (*ibid.*, p. 781) hærere licet, quum littera *nûn nûnatio* esse vel ad radicem pertinere possit. — ת ‖ נסרן in תחר ‖ נסרן complet Müller, v. 3 collato, num jure dubitamus. נסרן pro nomine loci habet, nos pro nomine termini, cui figura aquilæ vel vulturis esse potuit.

Versus 2. בעבר «versus»; vide quæ ad tit. 308 v. 10 adnotavimus. בעבר reperitur iterum in minæo titulo Hal. 252, v. 5; Flemming 2, v. 2 (ubi לעבר menda est); Gl. 1548-1549, v. 1 et 2. Müller vertit «a latere». — סמת. Mordtmann, teste Muellero, comparavit arabicum سمت «via». סמת quidem est pronomen demonstrativum plurale in Gl. 1606, v. 16, sed ille titulus est ḳatabânitícus neque סטר substantivum plurale est. — סטר videtur esse substantivum quod est in statu constructo cum בצלות.

Versus 2-3. תחר ‖ נסר ‖ דת ‖ ערן ‖ בצלות. Eadem in tituli sequentis (B. N. 18 + Révoil 10) v. 2 reperiuntur. De צלות «capella (?)» vide commentarium tit. 325 v. 1 et de ערן confer v. 1. דת ad צלות refertur. נסר, in statu constructo cum תחר, idem est atque numen נסרם. תחר fortasse jam in Hal. 242, v. 6, nominatur, si pro תחרק legitur ‖ לתחר, et illic est sacrarium ʿAthtari. Conferre licet التخر apud Al-Hamdânî, *Djazîra*, p. 148. — מרפן, hic tantum occurrens, interpretatur Müller «receptaculum», collato arabico دفن, at arabicum مدفن «sepulcretum» sonat et capella in receptaculo non solet exstrui. — עסנן nomen loci, quocum conferri potest غسّن apud Yaḳût, *Muʿdjam*, III, p. 677, غسّان, *ibid.*, p. 671, et غسّين apud C. Landberg, *Dathînah*, p. 1826.

Iterum, ordine solito transcribimus :

וכון ‖ וחן ‖ ערן ‖ בן ‖ נסרן ‖ ת..... 1

.....בעבר ‖ סמת ‖ סטר ‖ בצלות ‖ ערן ‖ ד 2

ת ‖ נסר ‖ תחר ‖ במרפן ‖ עסנן ‖ 3

Et vertimusquantum possumus :

. . . . . .

1 *et fuit terminus Gharri ab aquila. . . . .*

2 *. . . . . versus viam inscriptionis (quæ est) in capella Gharri dedi-*

4 *cata Nasro Taḫhrensi in sepulcreto ʿAsni.*

554

B. N., 18, nunc Lupar., 7365 + Révoil, 10.

(Tab. XXVII.)

Duos titulos conjungimus, quorum prior, in fragmento lapidis $0^m,20$ alto, $0^m,40$ lato inscriptus, Ṣanʿâo Byzantiam translatus est, ibi a J. H. Mordtmann exscriptus et in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXX (1876), p. 294, publici juris factus est. Inde Lutetiam pervenit et ab A. Goupil Bibliothecæ maximæ Parisiensi donato postea in Museum Luparense translatus est. Inscriptio duos versus ordine *boustrophedon* ductos tenet, qui duodecim et tredecim litteras servaverunt. Titulus alter a G. Révoil Lutetiam allatus, in fragmento lapidis $0^m,20$ alto, $0^m,43$ lato, $0^m,09$ profundo exstans, in Museo Trocaderiano aliquamdiu expositus, tum a desiderato E. Leroux acquisitus est, qui nobis benigne permisit ab eo imaginem photographicam sumere. Inscriptio duos versus habet ordine *boustrophedon* ductos, quorum prior quindecim litteras, alter quatuordecim servavit. Ambo fragmenta partes ejusdem monumenti esse vix dubium est, quum eamdem altitudinem et eumdem ordinem scripturæ habeant, vox rarissima אנף in utroque reperiatur et in versu 2 vox תח־ optime conjungatur cum נסר, ut e titulo antecedente comperimus. Ergo titulus B. N. 18 a dextera tituli Révoil 10 collocandus est. Si imaginem eorum luce solis expressam in nostra tabula vicesima septima inspicies, judicabis eos a summo et imo integros esse, sed multa a dextera prioris evanuisse.

De titulo priore egit H. Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites de la Bibliothèque nationale*, 1891, p. 28-29.

Hæc in titulis conjunctis leguntur :

1 ← 𐩱 | 𐩣𐩧 | 𐩣𐩺𐩲𐩣𐩱𐩱 | 𐩱𐩺𐩲 [|] 𐩲𐩲𐩤𐩱 | 𐩲𐩣𐩱𐩱𐩠 | 𐩤

→ 𐩵𐩲𐩨 | 𐩧𐩢𐩺 | 𐩨𐩨 | 𐩺𐩱𐩢 [|] 𐩨𐩺𐩢 | 𐩲𐩱𐩺𐩺 | 𐩱𐩢𐩲

Quæ hebraicis litteris transcripta :

1 ← .ר | לאאנף | ארעו [|] סקא | אאנפהן | בן | צ

→ .ערא | זוכו | רחת [|] רסנ | תל | זרע | תול

Versus 1. Ante litteram *rā'* vestigia *tā'i* se dispicere putans Derenbourg legit עתהר. Nos ea non videmus. — — אאנף. Vox אנף cum מוסם conjuncta legitur vel legenda est in Hal. 182, v. 1; 203, v. 1; 217, v. 1; 250; 429, v. 1; 495, v. 1, 535 = Gl. 1155, v. 1; Gl. 1302, v. 1, fortasse in Hal. 224, v. 3, et videtur frontem aedificii designare; confer O. Weber, *Studien*, II, p. 6-7. Pluralis אאנף, ut arabicum أُنُف, veri similiter «extrema, fines» significat. Derenbourg vertit «præcipui». — ארעו, pluralis vocis רעי vel רעית, interpretamur «pabula», collato arabico أَرْعاء (Derenbourg : «duces»). ארעו in statu constructo cum סקא est. — סקא altera forma verbi סקי est, cf. עסי et עסא. — אאנפהן. Suffixum plurale femininum videtur ad ארעו referendum esse, cujus singularis forma feminini generis esse potest.

Versus 1-2. תחר | נסר | דת | ערן | צלות; vide tituli antecedentis v. 2-3. — כון singularis ante pluralem ad modum arabici sermonis. — [ארע]ו; cf. v. 1.

Rursus ordine solito titulum transcribimus :

1 .....ר ו לאאנף ו ארעו [ו] סקא ו אאנפהן ו בן ו צ
2 לות ו ערן ו דת ו נסר [ו] תחר ו וכון ו ארע[ו].....

Et vertimus quantum valemus :

1 ..... *extremis pabulorum quorum extrema irrigavit a ca-*
2 *pella Gharri dedicata Nasro Takhrensi. Et fuerunt pabula.....*

555

Br. M., 51.

(Tab. XXVII.)

Lapis, $0^{m},43$ altus, $0^{m},37$ latus, $0^{m},07$ profundus, a summo abscissus, a ceteris lateribus integer, novem versus exhibet, qui sedecim vel septemdecim litteras habent, et super quos vestigia exiguissima versus antecedentis dispiciuntur. Titulus, Adenum allatus, inde in Britannicum Museum pervenit et primo a W. F. Prideaux, *On some recent discoveries in South-Western Arabia*, in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, II, 1873, p. 19, vulgatus est.

Titulum tractavit D. H. Müller, *Himjarische Inschriften erklärt*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXIX (1875), p. 600-604.

Hæc leguntur :

.....	
ו ⵃⵃⵖ⊙ⵅ ו ⵃⵏⵅ ו ⊙ⵋⵃⵖⵚ	ו יחחרו ו אלן ו אותנן ו
ⵖ ו ⵋⵅⵃ⊙ ו ⵃⵖⵋⵌⵖ ו ⵋⵅⵃ	נסר ו משרקן ו ונסר ו מ
ו ⵃⵚⵊⵎ ו ⵃⵂⵋⵅⵏ ו ⵃⵊⵋ⊙	ערבן ו לארכן ו דבין ו
⊙ ו ⵃⵊⵖⵋ⊙ ו ⵃⵊⵎⵃⵃⵖⵌⵅⵖ	מאתמן [ו] דבן ו ערקבן ו ו
ⵖⵚⵊ ו ⵃⵊ ו ו ⵃⵖⵌⵅⵖ ו ⵃⵚⵊ	בין ו מאתמן ו [ד]בן ו ביצ

(Impressum mense augusto 1920.)



Versus 2. יטהרו. Hoc verbum præbet jam Rehatsek 1, v. 5, in contextu simili. Müller interpretatur id «protegant» comparans primo æthiopicum ምሕረ «miseritus est», tum in *Sabäische Inschriften*, p. 90, assyriacum *maḫaru* «accepit», quod paululum abest. Malumus arabicum مخر «(aquam) secavit» conferre et opinamur מחר «separavit» significare. — אלן. Pronomen demonstrativum plurale; vide F. Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 13.

Versus 3-4. מערבן | ונסר | משרקן | נסר. Muellero assentimur, qui opinatur משרקן et מערבן orientem et occidentem agri designare, neque censemus ea alludere ad duo genera numinis Nasr, ut putant E. Meyer, qui in *Zeitschrift der deutschen morgenl. Gesellschaft*, XXXI, p. 741, dicit aquilas ambos solem orientem et solem occidentem effingere, et E. Wellhausen, *Reste arabischen Heidenthums*, p. 20 (cf. F. Hommel in *Zeitschrift d. d. m. Gesellschaft*, XLV, p. 595, n.), qui existimat duo sidera, aquilam ascendentem et aquilam descendentem, designari. מערבן in Reh. 4 + 1, v. 1, occurrit; cf. adjectivum מערבי in tit. 132 v. 2. — ארכן in Reh. 1, v. 9, iterum reperitur. Müller confert arabicum أرك, genus arboris spinosæ, quæ pabulum præbet.

Versus 5. מאתמן «conventus», de quo tit 399 v. 3 occasione locuti sumus, iterum in Gl. 1606, v. 5, occurrit. De radice אתם «jungere» vide quæ ad tit. 37 v. 6 et 155 v. 3 adnotavimus. — דבן (cf. v. 6) «ii qui ex, i. e. incolæ»; vide tit. 308 v. 21, 429 v. 2 et 546 v. 5 commentarium. Ante ΗΠΗ errore lapicidæ linea separationis omissa est et contra in versu sequente ΗΠ | | pro ΗΠΗ | scriptum est. — ערקבן arabice عُرقوب (Müller), vide Yaḳût, *Mu'djam*, IV, p. 1009.

Versus 5-6. ובין. Præpositio בין iteratur ad modum hebraici sermonis (Müller). — בן[ד], vide v. 5.

Versus 6-7. ביצם. Nomen poetæ Ibn Baiḍ apud Yâḳût, *o. c.*, II, p. 800, commemoratur. Müller confert Ibn-al-Athîr, *Al-Kâmil fi t-ta'rîkh*, V, p. 213, et [Al-Mubarradi] *Kâmil*, p. 340. — לקני. Pronomen ד ad ארכן refertur.

Versus 7-8. רחבם hic est nomen hominis; cf. رحيب, in Yâḳûti *Mu'djamo*, I, p. 259. Alias est nomen loci; vide commentarium tit. 338 v. 4. — דרנם nomen mensis; quid significet ignoramus; cognomen hominis simile in Levy 4 = Hal. 679 = Br. M. 54 occurrit.

Versus 8-9. רשות «sacerdotium»; vide tit. 436 v. 9. E nostro titulo Müller, cui J. H. Mordtmann, *Minäische Epigraphik*, p. 18-19, assentitur, judicat eponymos fuisse sacerdotes. M. Hartmann quidem, *Arabische Frage*, p. 443, n. 2, monet ne ab uno ad omnes eponymos concludatur. Attamen quum pateat annos nomine magistratus annui designatos esse et plurimos eponymos ad eamdem familiam pertinere, licet opinari eponymos munere sacro רשות appellato per annuum tempus functos esse. Dubium autem est num omnes viri רשו appellati eponymi fuerint. Müller comparat, ut videtur recte, רשות cum aramæo רְשׁוּת [quod ex assyriaco ortum est] «auctoritas» (quanquam *šîn* aramaicum plurime *sîno* sabæo respondet).

His præmissis, vertimus :

1 . . . . . .
2 *separabunt hæc idola,*
3 *Nasr orientis et Nasr oc-*
4 *cidentis, pro arako, quod est inter*
5 *conventum incolarum 'Urkubâni et*
6 *conventum incolarum Baiḍi,*
7 *quod acquisivit Ḥaiw, filius Raḥi-*

8 *bi, mense Dhû Dîn sacerdo-*
9 *tii Wadad'ili, filii Halak'ama-*
10 *ri, Ḥazfarensis.*

ARTICULUS XIV.

NARW.

De deo Narw vel Naurâ, quem M. Lidzbarski in tit. 359 commemoratum esse conjecit, vide quæ in illius tituli commentario scripsimus.

ARTICULUS XV.

SAḤR.

Hic deus nominatur in duobus titulis jam editis 365 et 458, utrinque cum ʿAthtaro conjunctus. Prioris occasione diximus E. Glaser Saḥrum pro numine auroræ habere. Titulus tertius, quem nunc tractaturi sumus, videtur iterum mentionem Saḥri, itidem ʿAthtarum sequentis, præbere.

556

Br. M.

(Tab. XXVII.)

Titulum, in Museo Britannico servatum, ex ectypo chartaceo vulgavit J. Halévy in *Revue sémitique d'épigraphie et d'histoire*, XIV (1906), p. 370, n° 2, litteris hebraicis transcriptum. Monumentum quatuor versus tenet, in quorum primo una tantum littera perspicitur, in altero septem, in tertio octo, in ultimo decem. Litteræ e cavo eminent. In fine v. 1 exstat symbolum.

Titulum tractaverunt : J. Halévy, *loc. cit.* — M. Lambert in *Répertoire d'épigraphie sémitique*, II; 1910, p. 220, n° 848.

Hæc leguntur :	Quæ hebraicis litteris :	
. . . . . 𐩱	. . . . . ט	1
. . . ١٥ | ٥٩X٨	. . . . . דתהו | על	2
. ṀH | ٩٤Ṁ[٥] | ٤	. . . ם | [ו]אמה | דא . . .	3
ك][ψṁ٥ | ٨X٤٥Π | .	. . . | בעתר | וסח[ר]	4

Versus 2. דתהו. Halévy complet in סעדתהו, sed multa alia legi possunt. — על; nominis proprii seu appellativi seu præpositionis עלי initium esse potest.

Versus 3. אמה. Halévy vertit «cubiti», at אמה hoc sensu tantum in minæis titulis reperitur (Hal. 199, v. 1; 256, v. 2, etc.) et potius est pluralis vocis אמת «serva»; vide quæ ad tit. 435 v. 2 adnotavimus et titulis allatis adde Beneyton 2, v. 3. Fortasse ואמה legen-

dum est; tunc ם finis vocis אדם sicut in tit. 435 esse posset.

Versus 4. וסחר | בעתתר. Halévy legit הנעתתר, quod e contractum esse existimat. Malumus legere וסח[ר | בעתתר | titulorum in proœmio citatorum instar.

Ergo quæ vertere possumus vertimus :

1 . . . . . .
2 . . . . . .[*ser-*
3 *vi et servæ, qui* . . . . . .
4 . . . *Nomine ʿAthtari et Saḥ*[*ri.*

ARTICULUS XVI.

SAMÌʿ.

Hujus dei mentio fit in tit. 282, qui ei dicatus est, et tit. 493, 494, 496, qui aliis numinibus consecrati sunt. De Samîʿo « auditor » vide quæ tituli primi occasione scripsimus. W. Fell, *Zur Erklärung der sabäischen Götternamen*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, LIV, p. 250, et F. Hommel, *Grundriss der Geographie und Geschichte des alten Orients*, p. 143, transcribunt *Sâmiʿ* « audiens ».

ARTICULUS XVII.

ʿAZÌZLÂT.

In uno titulo, quem nunc edituri sumus, hic deus nominatur. F. Hommel, *l. c.*, explicat עזזלת « furiosus deæ Lât » et dicit deum invocari ad mortalitatem avertendam, quod ipse furiosus sit. Malumus interpretari, arabicum عزيز comparantes, « carus deæ Lât »; cf. nomen עזם in tit. 517 v. 1, et nomen deæ עזן in titulo sequente. Dea Lât ipsa in nullo titulo commemoratur; sed in multis nominibus hominum reperitur; vide tit. 169; 408, v. 1, et 434, v. 12.

557

Landberg, 5; Lupar., 6269.

(Tab. XXVII.)

Lapis, $0^{m},21$ altus, $0^{m},12$ latus, a summo truncatus, a ceteris lateribus fere integer, octo versus exhibet, qui, præter ultimum, undecim vel duodecim litteras $0^{m},022$ altas habent. Versus unus vel duo desunt. Tres litteræ versus ultimi non a dextera sed a sinistra scriptæ sunt, quum angulus dexter inferior paululum corruptus et ad insculpendum non idoneus fuerit. Monumenti nunc in

Museo Luparensi servati imaginem in tabula septima et vicesima invenies. Jam anno 1907 vulgavit inscriptionem O. Weber, ectypo chartaceo usus quod C. de Landberg viro docto F. Hommel miserat.

De titulo egit O. Weber, *Studien zur südarabischen Altertumskunde*, III, in *Mitteilungen der vorderasiatischen Gesellschaft*, XII (1907), p. 71-74; separatim excusum, p. 31-34.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris transcripta et completa sunt :

הקנ[ית] | אלההו | [ע]ז[ר] 1
לת | צלמתן | חמד 2
ם | בדת | העז | ומ 3
תעז | גרב | אמתה 4
ו | עזר | בן | עוס 5
ומותן | כון | ב 6
כל | ארצן | בעז 7
זלת 8

Versus 1. הקנית legendum est et antea nomen consecrantis (עזר; cf. v. 5) et fortasse epitheton quoddam ejus (Weber). — אלההו. Suffixum masculinum loco feminini mirum est et verisimiliter mendosum. Weber monet simile in Prideaux 6 (infra, 569), v. 4, reperiri, quum suffixum idoneum in Gl. 163 (supra, 179), v. 7; Lupar. 8 (supra, 504), v. 4; Mass. 8 (supra, 511), v. 5, exstat.

Versus 1-2 עזלת. Vide procœmium articuli. — צלמתן «imago (feminæ)» iterum in titulo sequente et in Der. Lupar. 27 (nunc 1543) reperitur. Conferendum est צלמתא in palmyreno; vide M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsemitischen Epigraphik*, p. 358 (Weber). Titulis sabæis illic allatis adde Beneyton 2, v. 6, et confer M. Hartmann, *Die Südarabischen Inschriften Louvre 15-29*, in *Zeitschrift für Assyriologie*, XXI, p. 11-13, qui monet punice סמל virum, סמלת feminam designare (Lidzbarski, *o. c.*, p. 151, n. 3).

Versus 3-4. ומתעז | התן; vide tit. 82 v. 6 et 407 v. 7-8. — גרב «corpus»; vide tit. 407 v. 8 et 521 v. 5.

Versus 5. עזר; Weber confert nomen feminæ غاضرة (Gratzl, *Altarabische Frauennamen*, p. 31 et 77), necnon עזרן, nomen hominis in Derenbourg, *Nouveaux textes*, 2 (Lupar. 4543-4544), v. 6, et nomen loci in Fr. 56 (supra, 375). Comparare quoque licet nomen tribus غاضرة apud Al-Hamdânî, *Djazira*, p. 173, 176, 177; Ibn Doraid, *Ištiḳaḳ*, p. 183 et 278. — עוס «pestis», vide tit. 81 v. 3 et 541 v. 72-73.

Versus 6. מותן «mortalitas», arabice موتان. — כון singulare, quum עוס et מותן synonyma sint.

His præmissis vertimus :

[*Ghâḍir* . . . . . .]
1 *consecra]vit deo suo* [*ʿA*]*zí*[*z-*
2 *lât statuam propter-*
3 *ea quod ădjuvit et ser-*
4 *vavit corpus ancillæ*
5 *suæ Ghâḍir a peste*
6 *et mortalitate quæ fuerunt in*
7 *tota terra. Nomine ʿAzí-*
8 *zlâti.*

ARTICULUS XVIII.

ʿUZZAY.

Duo tituli nobis nunc tractandi hanc deam commemorant, quæ apud Nabatæos et Arabes quoque colebatur. In inscriptione sinaitica (*C. I. S.*, II, n° 611) nominatur sacerdos ʿUzzayi (כהן עזיא) et numinis عُزّى mentio in *Coráno*, LIII, v. 19-23, facta est. Nomen quoque «servus ʿUzzayi» erat frequens in illis gentibus, nam in *C. I. S.*, II, n° 946, invenitur vir appellatus עבראלעזי et n° 2178 alter עבראלעזא. Apud Arabes complures homines ʿAbd al-ʿUzzâ nominati sunt inter quos patruus Muḥammadi. De ʿUzzâo disseruerunt E. Wellhausen, *Reste arabischen Heidenthums*, p. 30 et 42 (2ª ed., p. 34 et 45); Th. Nöldeke in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XLI, p. 710-711; Dussaud et Macler, *Mission dans les régions désertiques de la Syrie moyenne*, p. 60-61, qui putant eam Venerem esse. M. Hartmann in *Revue de l'histoire des religions*, LII, 1905, p. 174, ut videtur recte, opinatur ʿUzzayum solem designare, non Venerem. Neque tunc necesse est cum M. Lidzbarski (vide infra) conjicere Sabæos cultum ʿUzzayi a gentibus septentrionis, apud quas Venus dea erat, mutuatos esse. ʿUzzay nobis videtur significare «cara», scilicet conjugi suo; cf. עזלת in articulo antecedente.

558

Lupar., 4149.

(Tab. XXVIII.)

Lapis flavus $0^{m},165$ altus, $0^{m},10$ latus, $0^{m},06$ profundus est basis statuæ olim in cavo infixæ, qui in summo lapide extat. E littore Yemeni anno 1885 a navarcho Camoin in Galliam allatus ab heredibus ejus Museo Luparensi donatus est. Monumento, cujus imaginem tabula octava et vicesima exhibet, sunt octo versus inscripti, qui octo ad duodecim litteras habent. Initium versuum 1 et 2 est corruptum et versus ultimus fere omnino evanuit.

De titulo egerunt: H. Derenbourg, *Le culte de la déesse Al-ʿOuzzá dans l'ancienne Arabie, vers l'an 300 de notre ère*, in *Verhandlungen des 11ten internationalen Kongresses für allgemeine Religionsgeschichte in Basel*, 1904 (Basiliæ, 1905), p. 234-235. — Idem, *Le culte de la déesse Al-ʿOuzzá en Arabie au IVe siècle de notre ère*, in *Recueil de mémoires orientaux, textes et mémoires publiés par les professeurs de l'École des langues orientales à l'occasion du XIVe congrès international des orientalistes réunis à Alger*, 1905, p. 31-40. — Idem, *Une inscription yéménite nouvellement entrée au Musée du Louvre*, in *Comptes rendus de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres*, 1905, p. 235-252; separatim quoque excusum. — E. Glaser, *Suwâ' und Al-ʿUzzâ und die altjemenischen Inschriften*, p. 19-20 et 25-28. — H. Derenbourg in *Répertoire d'épigraphie sémitique*, II, 1907, p. 56-59, n° 626. — M. Lidzbarski, *Ephemeris für semitische Epigraphik*, II, 1908, p. 379-380.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris transcripta et completa :

1 אס]דם ו בן ו מ[ה

2 ר]וח ו עבדב

3 ן ו תען ו הקני ו מ

4 ראתהו ו עזין

5 צלמתן ו דהב

6 ן ו לבתהו ו אמ

7 תעזין ו כחלט

8 [.....ת]

Versus 1. Utrum דם in זידם an עבדם complendum sit secum quærit Derenbourg; nos in אסדם (cf. tit. 294 v. 1 et 361 v. 1) legendum inclinamur.

Versus 1-2. מהרוח legit Derenbourg, sed litteræ ה et ר dubiæ sunt. Ceterum *hâ'* in fine v. 1, non in initio v. 2 collocandum est. Hoc nomen in Firuzabâdîi *Ḳâmûso*, I, p. 223-224, reperitur, ut Lidzbarski animadvertit. Notandum est *nûnationem* deesse, quæ in similibus participiis reperitur, e. g. מהאמרם, מהאנפם, מהצבחם. Verbi רוח quarta forma occurrit in Hal. 74, v. 2; 349, v. 10-11; 352, v. 2.

Versus 2-3. Linea separationis inter עבד et בן omissa est. — תען; de hac gente vide tit. 430 v. 5. Nequicquam emendat O. Weber, *Studien*, III, p. 195, תען in תנן.

Versus 3-4. מראתהו; vide tit. 544 v. 2. — עזין; vide proœmium articuli.

Versus 5. צלמתן; vide tituli antecedentis v. 2. Statua feminæ est oblata pro filia consecrantis.

Versus 5-6. דהב. Pronomen ה pro הת adhibitum est, sive ת in ה alterum insertum est, sive aramæi די instar immutabile factum est. In tit. 407 v. 5 ה duali anteit. Exempla similia, pronomine ה verbum antecedente, in tit. 155 v. 4; 333 v. 16, etc. reperiuntur; cf. D. H. Müller, *Sabäische Inschriften*, p. 20 (Derenbourg). — לבתהו. Derenbourg hæret inter explicandum ל seu «nomine» seu «in favorem» seu «in memoriam». Procul dubio prima interpretatio recta est.

Versus 6-7. אמתעזין. Nomen filiæ consecrantis est, non epitheton, ut H. Derenbourg putat.

Versus 7-8. כחלטת «quando laboravit» certo legendum est (Glaser). De verbo חלט vide tit. 407 v. 9. Derenbourg conjecerat כחל טהרן «collyrium externum». Post חלטת scriptum esse verbum significans «et sanata est» conjicit Lidzbarski; Glaser censet nomen morbi vel loci indicatum esse; Derenbourg existimat in fine versus בעזין fuisse.

Vertimus nunc :

1 *Asad, filius Mu[ha-*
2 *r]waḥi, servus*
3 *Tha'nensium, consecravit do-*
4 *minæ suæ 'Uzzay*
5 *statuam aure-*
6 *am pro filia sua Ama-*
7 *t'uzzay, quando labora-*
8 *[vit.....]*

559

Berol., 2625.

(Tab. XXVIII.)

Tabula argentea ovalis $0^{m},019$ lata, a cujus tergo cavus tubularis exstat, inscriptionem quatuor versuum brevium habet, litterarum oris tantum leviter insculptis. Monumenti, quod est Musei Berolinensis proprium, delineationem edidit J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften und Alterthümer in den königlichen Museen zu Berlin*, tab. I. Vide tabulam nostram vigesimam octavam.

De titulo egerunt : J. H. Mordtmann, *o. c.*, p. 56. — E. Glaser, *Suwâʿ und Al-ʿUzzâ und die altjemenischen Inschriften*, 1905, p. 17.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris transcripta :

חגר ו ע 1
זין ו על 2
י ו נצר 3
ם 4

Versus 1. חגר a Glasero vertitur : amuletum (protectio, prohibitio), collato arabico حجر «prohibuit»; cf. C. Landberg, *Dathînah*, p. 440, n. 3. Verbi septimam formam in Gl. 318, v. 34, reperiri docet F. Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 21. חגרם in Vind. 48 itidem ab Hommelo dubitanter explicatur (nobis «lapis» i. e. pondus ut hebraicum אבן illic sonare videtur). חגרם designat certo lapidem in tit. 325 v. 9. Denique confer מחגרת in tit. 110 v. 4 et 546 v. 11.

Versus 2-3. על. Eadem præpositio verbum arabicum حجر sequitur.

Versus 3-4. נצרם; cf. tit. 287 v. 2 et 391 v. 1. Littera ultima non est certa.

Verte nunc, si lubet :

1 *Protectio ʿU-*
2 *zzayi su-*
3 *per Naṣru-*
4 *m.*

ARTICULUS XIX.

DEUS ḲAINÂN.

De hoc deo locuti sumus tit. 8 occasione. F. Hommel, *Grundriss der Geographie und Geschichte des alten Orients*, p. 143, opinatur Ḳainânum designare lunam decrescentem tanquam patronum aurificum et musicorum. In tit. 8 ornatur numen cognomine «deus Khâsi'i», quod rursus in tit. 26 et 27 reperitur. In Prid. 6, quem nunc tractaturi sumus, appellatur dominus Autani.

560

Prætorius, 9; Prideaux, 6; Br. M., 60.

(Tab. XXVIII.)

Lapis calcarius forma pyramidi similis, $0^{m},24$ altus, $0^{m},14$ a summo, $0^{m},19$ ab imo latus, $0^{m},09$ a summo et $0^{m},18$ ab imo profundus, quatuor versus in fronte exhibet, quorum ultimum in sinistro latere quintus continuat et a tergo una littera terminat. Versus 1-5 octo ad duodecim litteras habent. Inscriptionem vulgavit primus F. Prætorius, *Himjarische Inschriften erklärt*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXVI (1872), p. 432; tum W. F. Prideaux, *On some recent discoveries in South-Western Arabia*, in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, II, 1873, p. 26. Qui monumentum, cujus imago, luce solis expressa, in tabula octava et vicesima reperitur, Museo Britannico donavit.

De titulo egerunt : F. Prætorius, *l. supra c.* — J. H. Mordtmann, *Miscellen zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXXI (1877), p. 86.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris transcripta :

1 אמתון | אמ

2 ת | בן | חזפר

3 ם | הקנית | אל

4 ההו | קינן | בעל

5 אותן | לופיהמ

6 ו

Versus 1. אמתון. Prætorius interpretatus est «mater Thûni» et Mordtmann «mater est Thûn», sed in *Sabäische Denkmäler*, p. 66, explicaverunt Mordtmann et Müller recte «serva Thûni», quum *tâ'* vocis אמת *thâ'o* assimilata sit. De nominibus voce אמת formatis vide tit. 69 v. 5 et 422 v. 1. Ea quæ numen תון præbent sunt הנאתון in Beneyton 2 (infra, 581), v. 1-2, והבתון in tit. 102 v. 3, סעדתון in tit. 1 v. 3, רתדתון, *ib.*, v. 1; vide quæ ad hunc titulum adnotavimus.

Versus 3. הקנית. Objecta res omissa est; vide tit. 3 v. 3 commentarium et confer titulum sequentem.

Versus 3-4. אלההו. De suffixo הו qui pro feminino ה adhibetur vide quæ tituli 557 v. 1 occasione locuti sumus.

Versus 5. אותן nomen loci (Mordtmann). Prideaux in *Transactions*, II, p. 338, putavit אותן idem atque arabicum وثن «idola» esse. Nobis videtur conferendum esse verbum وثن «continuo fluit»; itaque אותן cum hebraico אֵיתָן comparare licet.

Versus 5-6. לופיהמו. Suffixum ad gentem Ḥazfarensium refertur.

(Impressum mense augusto 1900.)

Verte nunc, si lubet :

1 *Amaththân, ser-*
2 *va Ḥazfarensi-*
3 *um, consecravit de-*
4 *o suo Ḳainân, domino*
5 *Autani, pro integritate eo-*
6 *rum.*

ARTICULUS XX.

RAKHÎM SUGUḤ.

Numen Rakhîm Suguḥ, i. e. « tener lenis » in uno titulo jam edito, scilicet 40 v. 5, commemoratur; vide quæ illa occasione scripsimus. Illic deus appellatus est dominus Sîdi et Madhraḥi (quod est nomen sacrarii alterius, non avi auctoris tituli in deos recepti, ut supra errore diximus, et ab eo gens consecrantis nomen traxit).

ARTICULUS XXI.

RUMMÂN.

Supra, in tit. 140 v. 2, dei Rummân « granata » mentio facta est, et ibi cognomine « dominus ʿAlami » ornatur. De eo fuse illic disseruimus. Maxime dubium est num in tit. 204 et 209 ejus nomen restituendum vel legendum sit.

ARTICULUS XXII.

RAʿAT.

Ne hoc quidem certum est utrum Raʿat deus an dea sit. In alterum inclinamur, *tâ'* pro terminatione feminini habentes, et D. H. Müller in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXIX, p. 617, secuti, qui monet nomen hominis עבדרעת apud Pœnos reperiri; cf. M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsemitischen Epigraphik*, p. 335. Fortasse רעת a radice רעד trahendum et « tonitruum » vertendum est, arabice رعدة collato. Numen in uno titulo commemoratur quem F. Lenormant, *Sur une inscription himyaritique inédite*, in *Comptes rendus de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres*, 1867, p. 96, vulgavit.

561

Lenormant, 1.

(Tab. XXVIII.)

Fragmentum saxi madreporici $0^{m},23$ altum, $0^{m},22$ latum, $0^{m},10$ profundum, duobus cornibus $0^{m},07$ altis ornatum in formam capitis animalis cæsum esse F. Lenormant opinatus est. Titulus quatuor versus exhibet, quorum quisque septem vel octo litteras ineleganter scriptas habet. Monumentum, cujus imaginem luce solis expressam in tabula nostra vicesima octava invenies, a chirurgico classiario Gauldraud anno 1844 Abyani inventum (vide proœmium art. XI et tit. 550) et viro erudito Bonnety datum nunc in camera Academiæ litterarum humaniorum exstat. De ingenuitate ejus dubitavit J. Halévy opinatus inscriptionem alicubi inventam a falsario in hunc lapidem translatam esse; at argumenta quæ invocat haud gravis momenti sunt. Primo enim miratur litteras non similiter insculptas esse; quod autem naturæ lapidis tribuendum est. Cetera in commentario inquirentur.

De titulo egerunt : F. Lenormant, *o. c.*, p. 96-99; separatim excuso, p. 1-4. — M. A. Levy in litteris ab H. L. Fleischer in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXII (1868), p. 339-340, excerptis. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, 1874, II, p. 533-535; separatim excusum, 1875, p. 192-194.

Hæc leguntur :

Quæ hebraicis litteris transcripta :

1 עמהצם ו ב
2 ן ו עכן ו עב
3 ד ו יתעם ו ה
4 קני ו רעת

Versus 1. עמהצם (Lenormant : עמהצם) nomen inauditum voce עם et verbo הצם formatum, quocum arabicum هصم «fregit», comparare licet. Necquicquam עמהסם legendum esse contendit Halévy.

Versus 2. עכן (quod Halévy e ואל corruptum esse censet) alias non reperitur. Si littera *nûn* non ad radicem pertinet, tunc عَكّ, nomen tribus yemeniticæ in Yâḳûti *Muʿdjamo*, III, p. 489, commemoratæ conferri potest.

Versus 2-3. יתעם | עבד «servus Yathʿi»; de deo *Yathʿ* vide art. XI proœmium. Halévy opinatur יתעם | עבד potius nomen quam cognomen esse [cf. Len. 4, v. 2 et 4-5]; unde concludit vocem בן post עכן ab exscribente omissam esse.

Versus 4. רעת; Halévy miratur servum Yathʿi alii numini consecrationem facere; at, etiam si יתעם | עבד cognomen consecrantis est, non incredibile est eum quoddam numen colere præter Yathʿum. Confer titulum antecedentem, ubi femina serva Thûni nominata Ḳainânum adorat. Lenormant רעת pro appellativo «grex» duxerat. — De re consecrata omissa vide quæ ad tituli antecedentis v. 3 adnotavimus.

Vertimus igitur :

1 *ʿAmmhaṣam, fi-*
2 *lius ʿAkki, ser-*
3 *vus Yathʿi, con-*
4 *secravit Raʿato.*

ARTICULUS XXIII.

THAUR BA'L.

Occasione tit. 155 v. 5, 398 v. 19 et 409 v. 3 de hoc deo locuti sumus, qui præterea in Beneyton 2 (infra, 581), v. 4, commemoratur. Ubique cum Ilmaḳaho Thahwân conjunctus est; itaque videtur altera species illius numinis esse. Utrum ejus nomen significet « taurus festi », ut F. Hommel opinatur, an « taurus domini » incertum est. In loco Ḥirwân dicto colebatur; vide quæ ad tit. 409 v. 3-4 adnotata sunt.

CAPUT XVII.

INSCRIPTIONES SABÆÆ UBI MENTIO NUMINUM INAUDITORUM EST DUBIA.

In hoc capite colligimus numinum nomina quæ in titulis editis vel edendis commemorari dicta sunt, quæ autem alias non occurrunt et nobis videntur valde incerta esse.

ARTICULUS I.

BALW.

H. Derenbourg, *Faux et faussaires yéménites*, in *Journal asiatique*, 1903, I, p. 163, et in *Répertoire d'épigraphie sémitique*, I, p. 267, asseruit numen Balw in monumento quod nunc in Museo Luparensi (n° 4542) servatur fictum esse a falsario qui, quum genitivum græcum Βήλου audiisset vel legisset et cum deo לאלו, i. e. Ilmaḳah Alwensis, commiscuisset, id in seriem deorum sabæorum introduxerit. Re vera vox בלו in hac inscriptione, quam postea edemus, videtur esse verbum.

ARTICULUS II.

DHÂT ḤIRRÂN.

Vide quæ supra, in proœmio cap. XVI art. IV scripsimus de aliquot titulis ubi Dhât Ṭhahrân, non Dhât Ḥirrân legendum est.

ARTICULUS III.

YAF'AN.

Monumentum, quod nunc in Museo Luparensi, sub numero 1543 inscriptum, servatur, voces יפען צלמת præbet. H. Derenbourg, *Premier Supplément aux monuments sabéens et ḥimyarites du Louvre*, p. 16, n° 27, putavit יפען esse deam. At vox צלמת imaginem feminæ semper designat sicut צלם imaginem hominis; vide quæ ad tit. 557 et 558 v. 5 adnotavimus.

ARTICULUS IV.

ḲAWÛM.

Supra, in tit. 194 v. 2 vocem קום dubitanter pro nomine dei duximus. Utrum conjectura recta sit annon, adhuc non liquet.

CAPUT XVIII.

INSCRIPTIONES SABÆÆ NUMINA NOMINE APPELLATIVO «DEUS» DESIGNATA COMMEMORANTES.

Hoc caput et sequentia colligunt titulos ubi numina non peculiaribus nominibus sed appellativis, videlicet «deus, dominus domus, aquarius, sol» designantur, quæ non modo statu constructo cum nomine loci connecti possunt, ut nomina propria deorum, sed etiam suffixum personale habent, et quorum aliquot in forma pluralis reperiuntur (dei, aquarii, soles). In hoc capite de inscriptionibus in quibus «dei» vel «deorum» mentio fit agimus.

ARTICULUS I.

IL, I. E. DEUS.

Plurima nomina hominum apud Yemenenses, sicut apud cunctos Semitas, formata sunt voce אל «deus», quæ, quum locum cujusvis nominis dei tenere possit, sic ipsa nomen proprium fit. Præterea reperiuntur אל | רשו «sacerdos dei» in Hal. 144 (supra, 512), v. 3, אל | קין «servus dei» in Hal. 150, v. 4, et אלם in tit. 366 (vide supra, p. 13-14), quum אלה, radice cognata formatum, semper in statu constructo vel cum suffixis pronominalibus adhibetur. Jamnon opinamur in אל vocalem *i* longum esse; etenim enuntiationi Arabum posteriorum non fidendum est, et, e contra, hebraicum אֵל et assyriacum *ilu* brevem vocalem pristinum indicant.

ARTICULUS II.

ALÂ'ILAT, I. E. DEI.

אלאלת, pluralis vocis אל vel אלה «deus», plurime cum suffixo personali (vide art. III) vel in statu constructo cum nomine loci (vide art. IV) reperitur. In duobus tantum titulis status absolutus אלאלתן occurrit; quos in hoc caput inserimus quanquam deis non sunt dedicati. De forma plurali אלאלה in commentario agetur.

562

Lupar., 4540; Gl., 529.

(Tab. XXVIII.)

Fragmento lapidis $0^{m},27$ alto et $0^{m},71$ lato, a dextero latere et ab imo mutilato, sunt inscripti octo versus ordine *boustrophedon* ducti, quorum ultimus exigua vestigia litterarum servavit. Ceteri

triginta quatuor ad quadraginta litteras tenent. A dextera cujusque quot litteræ evanuerint incertum est. Titulum pro Museo Luparensi acquisitum vulgavit M. Lambert, *Nouveau Supplément aux inscriptions yéménites du Louvre*, in *Mélanges H. Derenbourg*, p. 160 (separatim excusum, p. 4). Jam E. Glaser eum exscripserat et n° 529 designaverat; vide F. Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 52 et 62; E. Glaser, *Skizze der Geschichte Arabiens*, p. 75, et *Altjemenische Nachrichten*, p. 50-51; O. Weber, *Studien zur südarabischen Altertumskunde*, II, p. 18. Ubi monumentum repertum sit, ignoramus.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris, transcribimus litterarum vestigia complentes :

... עאל | בין | מלך | סבא | בן | כרבאל | ותר | ואדמהו | סב ← 1

... תהי | והב | רחמו | חראאב | ומהתילכב | זשיפו | א → 2

... ברהמו | ועמתהמו | ותכמתהמו | לכד | אל | סאלו | ס ← 3

ומ | דכלו | בעבר | חבדב | בקסמ | לכ | יקס | זשיפו | אב → 4

תרם | וב | אבית | אלאלתן | ואל | סאל | שים | כל | אש ← 5

זכי | לו | בלבדו | זשבח | בדגעו | בצרח | זה | בבע → 6

רבעת | דבלם | ובן | קרשן | אפים | או | תור | מנתם | ← 7

| תכא ה פי → 8

Versus 1. Initio potest suppleri והחר | התכ | כן tit. 126 v. 1 instar. De verbo התכ vide versum 2 et de החר tituli sequentis v. 1. — | בן | סבא | מלך | בין | עאל[יד | ותר | כרבאל. Vide tit. 126 v. 1 commentarium et cf. M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 137.

Versus 2. פישן; vide tit. 418 v. 3. — בכליתהמו in titulo sequente et in Hal. 51 (Gl. 904), v. 4, iterum occurrens recte a D. H. Müller, *Sabäische Inschriften*, p. 83, cum arabico كُلِّيَّة «universitas» confertur. — ומחר | באארת; a verbis in v. 1 restituendis pendent hæ voces. De priore vide quæ ad tit. 352 v. 5 et 431 v. 5 adnotavimus. O. Weber, *Studien*, II, p. 29, interpretatur verbum ארת «obtulit». Hic vertere licet ארת «portoria». De מחר «munera» vide tit. 435 v. 2. — בהו referri videtur ad ארת et מחר, quanquam suffixum singulare est. — יהת in יהתכנן verisimiliter complendum est. Verbum התכ in tit. 24 v. 4 versum est «texit», in 37 v. 8 «largitus est», in 81 v. 8-9, 84 v. 1, etc. (sequente

תאמנם) «retulit, obtulit». Glasero suadente explicavit Weber, *o. c.*, p. 19-20, 22, 27, סתכ, sequente תאמן, in Gl. 1302, v. 3, necnon in 1150 (= Hal. 192), v. 3, et 1083, v. 23, «commisit». Glaser vertit id in Gl. 1606, v. 13 et 15 «statuit». Qui sensus aptus est contextui in sabæis titulis 126 v. 1, et Hal. 51 (Gl. 904), v. 1, et minæis Hal. 181, v. 2; 237, v. 1; 374 = 401, v. 1; cf. מתכת in tit. 569 v. 9. In Hal. 437, v. 2; 450, v. 2, videtur significare «tribuit»; itidem hic interpretamur.

Versus 3. כברהמו restituimus. De כבר vide quæ ad tit. 399 v. 1 adnotavimus. — עמתהמו arabico عامّة «vulgus» respondet. — תכמתהמו, collato arabico تكم «moratus est» potest designare advenas; confer nomen gentis תכמתן infra in tit. 567 v. 6. — לכד jam in tit. 126 v. 3; 131 v. 4; Hal. 344, v. 8; Reh. 1, v. 5, reperitur. De hac particula et similibus vide Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 33-34; F. Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 50, 52 et 53; J. H. Mordtmann, *Minäische Epigraphik*, p. 98 et 100; O. Weber, *Studien*, II, p. 14-18. Consonans ל non cum arabico ل, ut E. Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, p. 38-39, opinatur, sed ل comparandum est; cf. لِكَفّ. — סאלו | אל «ne vindicent». De hac locutione vide commentarium tit. 318 v. 4.

Versus 4. מסקים | כל | סקי «irrigatio omnium locorum irrigatorum». Glaser, *o. c.*, p. 51, vertit סקי «aquæductus» et מסקי «aquarium». Nostra opinione סקי est infinitivus ut in Hal. 349, v. 13, et מסקי, in tit. 308 v. 5; 414 v. 3; 563 v. 2, necnon Hal. 210, v. 6, iterum occurrens, est pluralis vocis מסקת, quæ in Griffini 2, v. 2; Burchardt 4, v. 2, et Lupar. 4724, v. 3, reperitur vel מסקית, quam tituli Hal. 169, v. 2; 199, v. 2; 210, v. 3; 271, v. 4; 448, v. 2, præbent. Contra D. H. Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 104, מסקית pro plurali vocis מסקי habet. — רבעם | בלבח; Glaser, *l. c.*, vertit «mactando pulli verni (arabice رُبَع)» vel «victimæ [mensis] *rabi'i*» opinatus mactato animali turbari irrigationem; nos sacrificium esse vectigal putamus. — מו vel מע complere non audemus.

Versus 5. תרם quoque tot modis compleri potest, ut conjectura abstinere malimus. — אלאלתן. J. Halévy, *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 525 et 537 (separatim excusum, p. 273 et 285), dixit אלאלת esse reduplicationem vocis אל; itidem F. Hommel, *Süd-arabische Chrestomathie*, p. 46. Halévy comparavit hebraicum אֱלִיל «vanus deus», sed id renuntiavit in *Études sabéennes*, ibid., 1873, I, p. 486 (separatim excusum, p. 53) in notula, quum F. Lenormant secutus אליל a radice אלל duceret. Nobis quidem videtur אֱלִיל non a voce אל «deus» separandum sed cum אלאלת conferendum esse; attamen in neutro vocem אל reduplicatam esse censemus, sed אֱלִיל ex *iliyy* ortum ל iteratum loco reduplicandi *yâ'i* præbere, et אלאלת ejusdem vocis pluralem esse posse. — סאל | אל; vide v. 3. — שים «præpositus, caput», potest singularis vel pluralis esse.

Versus 6. הן «res»; vide tit. 526 v. 2. — חרצם, meliora desperantes, cum hebraico חריץ (I Sam., XVII, 18) comparamus, quod «segmentum casei» verti solet. — ענדם, in Hal. 342, v. 3, obscurum, a Glasero, *o. c.*, p. 51, versum est «uva» [arabice عُنْد]. — תכמן, adjectivum diptotum ad substantivum ענדם pertinens, potest explicari «pressum», quum arabicum خبط «icere» significet. — דבלם, hebraico דְּבֵלָה collato, «ficus siccæ, massa ficuum» interpretamur.

Versus 7. רבעת in ארבעת compleri potest. — קרשן, in Hal. 384, v. 1 et Gl. 282 *b*, v. 7, iterum occurrens, cum æthiopico ቀርሕ, mensura aridorum et fluidorum hebraico כּר respondente, fortasse conferendum est. — אפים cum hebraico (et æthiopico) אפי «coxit (panem)» comparamus et «paniculus» vertimus. — מנתם. In Hal. 253, v. 3, reperitur מנת. Arabicum منّة sonat «gratia».

Versus 8. E vestigiis litterarum perspicimus יק, tum ה, denique | אכת, quod לאכת, collato לאך in Hal. 63, v. 1, legi potest.

Iterum transcribimus, ordine solito :

1 כן | התב | והחר | יד]עאל | בין | מלך | סבא | בן | כרבאל | ותר | ואדמהו | סב
2 א | ופישן | בכליתהמו | באארת | ומחר | בהו | יהת[בנן.....
3 .....כ]ברהמו | ועמתהמו | ותכמתהמו | לכד | אל | סאלו | ס
4 בא | ופישן | סקי | כל | מסקים | בלבח | רבעם | ולכד | מו.....
5 .....תרם | וב | אבית | אלאלתן | ואל | סאל | שים | כל | אש

6 עכם ו הן ו חרצם ו ועגדם ו חכטן ו ודבלם ו ול ו יכן .....
7 .....א]רבעת ו דבלם ו וכן ו קרשן ו אפים ו או ו תור ו כנתם ו ..
8 .....ים .....ה[ו ל]אכת.....

Et vertimus, quantum possumus :

1 [*Sic tribuerunt et statuerunt Yada*]*'il Bayyin, rex Sabæorum, filius Karib'ili Watar, et subditi ejus Sabæ-*
2 *i et Faišânenses universi portoria et munera quæ tri*[*buent*.....
3 .....*nobiles eorum et vulgus eorum et advenæ eorum, ne vindicent Sa-*
4 *bæi et Faišânenses irrigationem cujusque prati, mactanda victima vernali, et ut*.....
5 .....]*et in ædibus deorum. Neve vindicet patronus omnium tri-*
6 *buum quod pertinet ad segmenta casei et uvas pressas et massas ficuum. Et sit*.. ..
7 .....*qua*]*tuor massæ ficuum et e modio paniculus* (?) *seu taurus gratiæ*
8 .....*misit*.....

563

Prideaux, 14 *a*, *b*, *c* = Lupar., 1535 (Der., 17) + Langer, 16 (Br. M., 66) + Révoil, 9.

(Tab. XXIX.)

Tituli fragmenta tria quum ederet F. W. Prideaux in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, IV, 1876, p. 198, agnovit ea ad unam inscriptionem pertinere et unum a dextera, secundum in medio, tertium a sinistra collocandum esse. Quæ e vicinis Ṣan'âi Adenum allata, inde separatim in Europam pervenerunt : primum pro Museo Luparensi, secundum pro Museo Britannico et tertium ab E. Leroux acquisitum est. Tria sunt $0^m,32$ alta et $0^m,06$ ad $0^m,10$ profunda; dexterum est $0^m,58$ latum, medium $0^m,465$, sinistrum $0^m,44$. Fragmenta conjuncta, quorum imaginem tabula vicesima nona exhibet, quinque versus ordine *boustrophedon* ductos tenent, quorum initium et finis desunt, itaque contextus difficulter restitui potest. Derenbourg opinatus est de bello agi, Glaser de puritate et impuritate victimarum offerendarum, nos censemus monumentum de opere aquæ ducendæ ad sacrarium et de pœna ejus qui illicite ea usurus sit loqui.

Titulum totum tractaverunt : D. H. Müller, *Sabäische Inschriften entdeckt und gesammelt von S. Langer*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXXVII (1883), p. 400-406; separatim excusum, p. 82-88. — E. Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, 1906, p. 95-97; cf. H. Derenbourg, *Répertoire d'épigraphie sémitique*, I, 1907, n° 646. — Luparense fragmentum solum : H. Derenbourg, *Premier Supplément aux monuments sabéens et himyarites du Louvre*, in *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, VII (1904), p. 36-37; separatim excusum, 1905, p. 8-9. — M. Lidzbarski, *Ephemeris für semitische Epigraphik*, II, 1908, p. 389.

(Impressum mense augusto 1920.)

Hæc in titulis conjunctis leguntur :



Quæ hebraicis litteris transcripta :

ו | ובצע | והחר | יתֿ | עאמר | ותר | בן | סמהעלי | וס | בא | מסחנן | בכליתה ← 1
כלו | זיקסמו | זודו | א | זב | ומהנב | זעוש | זות | אהי | תפתו | יתסמו | ל → 2
אן | עד | מריב | בשר | תֿ | ורם | דיהבחר | בן | קהלן | וכל | תור | ובער | יהבֿ ← 3
עב | ודע | סא | זב | אבס | ו | רמאעתי | סנרח | סמרחו | זתלאלא | תושראו | ל → 4
| דיעדון | בעלי | דן | מ | חרן | ול | יסתעלבהו | ארבע | ם | ושעתן | עויתם | ע ← 5

Versus 1. Littera prima est ו non ע, quod Prideaux errore scripsit. Cujus verbi sit terminatio incertum est. Derenbourg legit ו[ער], collato v. 4, et vertit «bellum suscepit». — בצע. Müller vertit «jussit». Pristinus sensus vocis videtur esse «cædit», hebraici בצע instar. Vide quæ ad tit. 353 v. 13 vocis בצעם occursu adnotavimus. Derenbourg : «prædas fecit». — החר supra in tit. 126 v. 1 versum est : «terra optima instruxit»; Müller interpretatur hic «donavit», Glaser tituli sui 1571 v. 1 invocans «statuit», quod probamus. Conferre licet arabicum حار «respondit», quod cum החב antecedente in tit. 126 v. 1 congruit (cf. tit. 362 v. 1); Hartmann, *Arabische Frage*, p. 137 in n., deducit החר a radice חרר «per tabulam statuere». Derenbourg vertit «retulit». — יתֿעאמר | ותר | בן | סמהעלי est *mukarrib* Sabæ, cujus pater cum alio filio Yada°il Dharîḥ in tit. 366 nominatus est. E. Glaser, *Die Abessinier*, p. 29, ab eo distinguit Yatha°amarum Watar, patrem Yada°ili (vel Haida°ili) Bayyin [in Hal. 280 et titulis sequentibus], quem pro filio Yada°ili Dharîḥ habet, quo auctore nescimus. M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 134, Glaserum sequitur. — מסחנן «consilium»; vide quæ in commentario tit. 418 v. 2 de voce מסחנת scripsimus. מסחנן est appositio vocis סבא. — בכליתהמו legendum est; cf. tit. antecedentis v. 2. — Glaser supplet : in immolanda, offerenda victima removeant (quæ in v. 2 nominantur).

Versus 2. ל finis substantivi quocum מסתי et תפתֿ coordinata sunt. — מסתי «potus». Müller confert hebraicum שתה et æthiopicum ሰተየ «bibit» et vertit «libatio», Glaser «liquidum». — תפתֿ. Müller docet arabicum تفث «lustratio in festo» sive «sacrificium» vel «locus sacrificandi» sonare; primus sensus hic aptior videtur. Glaser vertit «sordes» [arabice تفث]. — יהאתון «(quæ) adducet», Müller : «offeret», Glaser : «cadent». Quarta forma verbi אתו in tit. 338 v. 6; 461 v. 7-8; 462 v. 7 jam reperitur. Forma יהאתין in tit. 131 v. 4 est dubia. — שוען «minister». Müller vertit «sacerdotes», שוען pro plurali habens, quum suffixum vocis בנהמו ad שוען referat. De radice שוע vide tit. 1 v. 2 commentarium. C. Landberg, *Dathînah*, p. 647-649, existimat priorem sensum fuisse «incensor». — בנהמו. Conjunctio *wâw* videtur scripta, tum erasa fuisse. Glaser igitur non errat eam negligens; qui suffixum ad sacra refert, nos ad receptacula aquæ quæ sequentibus vocibus designantur. Müller וכנהמו legens vertit «et filii eorum». — אורן legimus, non אעדון (Prideaux, Müller). Derenbourg conjicit נדון «aqualis». Glaser quoque, vocem non explicans, vertit «aqualis». אודו, arabice أُدُوّ, est pluralis vocis ודי «torrens», de qua vide tit. 462 v. 2. Littera *wâw* tenet locum *hamzati* sicut in צנעו, קרנו, אלכרום (infra, 567 v. 10). — מסקי «loci irrigati» (vide tituli antecedentis v. 4) potius quam «aquarium» (Müller, Derenbourg,

Glaser). — ולכ in ולכו «et ut» complet recte Derenbourg. Glaser vertit «et itidem debent» (scil. abstinere a ferendo).

Versus 3. אן finis infinitivi cujusdam verbi. Glaser videtur נשאן «ferre» legisse. Derenbourg conjicit סבאן «incursio», quod סבא in v. 4 reperiatur. — מריב; vide tit. 19 v. 6. — בשר «caro» [cf. hebraicum בָּשָׂר] (Müller) figurato sensu in tit. 539 v. 3 reperitur. Glaser : «pellis», Derenbourg : «nuntiavit». — | בן | ליחבחר קהלן. Glaser interpretatur : «quæ contrahetur ob impuritatem (i. e. status victimæ propter quem eam offerre nefas est)». Quod longe abest. חבחר cum hebraico בחר «elicit» malumus comparare. סבחר in minaeis titulis Hal. 194 (= Gl. 299), v. 1 et 240, v. 12, occurrit. De קהלן «conventus» vide tit. 352 v. 15 commentarium. — בער; vide tit. 392 v. 7. — יח potest in יהבחר compleri, quum linea dextera litteræ ב perspiciatur. Glaser sic contextum inter v. 3 et 4 restituit «taurus et camelus qui offerendi sunt tales esse debent; tunc possunt adduci ad sacerdotes, etc.».

Versus 4. ארשות «sacerdotes»; vide tit. 375. — אלאלתן «dei»; vide tituli antecedentis v. 5. — | חרמם. חרנם emendamus in מחרם «sacrarium». De חרנם, defective scripto pro חרונם, vide tit. 409 v. 3-4 adnotationem et titulis illic allatis adde Beneyton 2 (infra, 581), v. 5 et 13. Glaser dicit se vertere «et interdicunt (omne) quod est scelus» potius quam «et declarant sacrosanctum [templum] Ḥarâni». Nos opinamur sacerdotes deorum et sacrarii Ḥarâni testari regem et populum contra eos qui decretum violaturi sint. — עדו «transgressus est» i. e. violavit. De verbo עדו tit. 289 v. 14 occasione locuti sumus. — בע [collato v. 5] complet Müller in בעלי «contra»; Glaser addit מחרן | דן «hoc edictum». Derenbourg : «bellum fecit ex hominibus quique hostis dominorum».

Versus 5. ליעדון «qui transgredietur»; cf. v. 4. — מחרן, quod Glaser, ut videtur recte, vertit «edictum», a radice חחר ut חחר in v. 1 deducendum est. Miro errore pro מחרן legit Müller חרן [| מחרמ]ן. Derenbourg, conjiciens מחפדן, vertit : «qui dimicant contra hoc castellum». — ארבעם | וליסתעלבהו. Subjectum verbi videtur esse sacerdotes; qui punient transgredientem quadruplo, i. e. ab eo poscent quater pretium ejus quod fraudavit. Glaser interpretatur : «puniant eum quatuor [canes]» vel «lanient eum in quatuor partes». De decima forma verbi עלב vide quæ tit. 326 v. 1 occasione scripsimus. — עויתם | שעתן. Vocem שעתן a radice שעי ducimus arabicum سعايَة «labor, opus» conferentes et עויתם ut arabicum غوىّ «falsus» interpretamur. Sententiam igitur explicamus : labor (ejus) vanus erit. Müller quidem legerat זעתן, quum olim ȝ transcriberetur. Glaser, erroris ignarus et litteram ו pro radicali habens, arabicum وازع «canis pastoris» contulit et עויתם «inclinatio, libido» interpretatus est; qui sensus in arabico sermone recens est.

Rursus transcribimus titulum ordine scripturæ solito usi et pauca complentes vel corrigentes :

1 ו | ובצע | והחר | יתעאמר | ותר | בן | סמהעלי | וסבא | מסתנן | בכליתה[מו .....
2 ל | ומסתי | ותפת | יהאתון | שׄועׄן | בנהמו | בן | אודון | ומסקין | ולכ[ו .....
3 אן | עד | מריב | בשר | תורם | ליהבחר | בן | קהלן | וכל | תור | ובער | יהב[חר .....
4 ל | וארשות | אלאלתן | וחרמם | חרנם | יתעאמר | וסבא | בן | אס | עדו | בע[לי | דן | מחרן |
5 | ליעדון | בעלי | דן | מחרן | וליסתעלבהו | ארבעם | ושעתן | עויתם | ע

Et vertimus quantum valemus :

1 .....*et decrevit et statuit Yathaʿʾamar Watar, filius Smuhuʿalayi, cum Sabæis, consilio universo*.....
2 .....*et potum et lustrationem quæ adducet minister ab eis, a torrentibus et locis irrigatis, et ut*....
3 .....*usque ad Mâribum caro tauri qui elicietur nomine conventus, et omnis taurus et camelus qui elicientur*.....
4 .....*et sacerdotes deorum et sacrarii Ḥaraun (testantur) Yathaʿʾamarum et Sabæos contra hominem qui violaverit [hoc edictum*.....
5 .....*qui violabit hoc edictum; et punient eum quadruplo et labor (ejus erit) inanis*.....

ARTICULUS III.

DEI IPSORUM.

In aliquot inscriptionibus auctor tituli concludit seriem numinum invocatorum voce ואלאלתהמו « et dei ipsorum », suffixo ad gentem vel tribum alludente. Quod in titulis jam editis 188, 272, 448, 506 invenitur, et fortasse in O. M. 50, nunc 48, quem nunc edituri sumus.

564

O. M., 50, nunc 48.

(Tab. XXIX.)

Lapidis fragmentum $0^{m},23$ altum, $0^{m},54$ latum aliquot litteras ingentes præbet, quæ e cavo eminent.

De titulo egerunt : Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, 1883, p. 101. — [J. H. Mordtmann,] *Musée impérial ottoman. Antiquités himyarites... Catalogue sommaire*, 1895, p. 37; turcice, 1898, p. 39.

Hæc pauca leguntur :

X1ħ1ħ𐩯 | 𐩱𐩺

Quæ hebraicis litteris transcripta :

הו | ואלאלת

Mordtmann complet legens ואלאלתהו | מנצחתהו. At nusquam suffixum singulare cum מנצחת neque cum אלאלת reperitur. Ergo ignoramus cujus vocis הו sit finis, et incertum est utrum vocem אלאלת sequatur suffixum המו, sicut in titulis supra commemoratis, an nomen loci, sicut in titulis de quibus in articulo sequente agitur.

ARTICULUS IV.

DEI LOCI CUJUSDAM.

Cum nomine loci connectitur vox אלאלת « dei » in nonnullis titulis jam editis, nempe cum Šibâmo in tit. 29, cum Haramo in titulis 510 ad 514 et cum Amîro in tit. 518.

CAPUT XIX.

INSCRIPTIONES SABÆÆ DOMINO DOMUS DEDICATÆ.

Suprà, tit. 322 v. 1 occasione diximus voce «domini domus» modo deos, modo homines designari. Re vera distinguere oportet inter singulare בית | בעל «Dominus domus», quod numen quoddam indicat, et plurale בית | אבעל «domini domus», quo incolæ appellantur. Prius reperitur in tit. 179 v. 3-4; 194 v. 3, et aliquot aliis inscriptionibus nunc tractandis; alterum in tit. 86 v. 1; 172 v. 1; 189 v. 2; 202 v. 1; 304 v. 2. Incertum est utrum בעל an אבעל in tit. 228 v. 3; 276 v. 4; 322 v. 1 legendum sit.

ARTICULUS I.

DOMINUS DOMUS IPSORUM.

In duobus titulis supra citatis, 179 et 194, necnon in Reh. 8 et Hal. 141, de quibus acturi sumus, Dominus domus epitheto non ornatur neque nomen domus indicatur.

565

Rehatsek, 8.

(Tab. XXIX.)

In Museo Bombayensi servatur lapis $0^{m},25$ altus, $0^{m},58$ latus, quatuor versus integros præbens, quorum tres triginta unum ad triginta tres litteras tenent et ultimus quatuordecim. Titulum vulgavit primus E. Rehatsek, *Twelve Sabæan Inscriptions*, in *Journal of the Bombay Branch of the Royal Asiatic Society*, t. X, 1874, art. XIII. Monumenti imaginem de ectypo chartaceo sumptam et luce solis expressam tabula vicesima nona exhibet.

De titulo egerunt : E. Rehatsek, *opere supra citato*, p. 146. — D. H. Müller, *Himjarische Studien*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXX (1876), p. 690. — W. F. Prideaux, *Notes on the Himyaritic Inscriptions etc.*, in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, VI, 1879, p. 308-309.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris transcripta :

1 הופעתת | ואחהו | ובנהמי | בנו | רימם | הח
2 דתו | בעל | ביתהמו | מקפן | חגן | וקההמו | ב
3 מסאלהו | לופיהמו | וופי | אקניהמו | ולדת
4 ישפנהמו | נעמתם

Versus 1. רימם | בנו. Hoc nomen gentis in Hal. 381, v. 2, iterum reperitur. De רימם, nomine sacrarii Ta'labi, vide proœmium capitis V articuli XV. רימם videtur nomen hominis esse in tit. 308 v. 25 et in tituli sequentis v. 1.

Versus 4. ישפנהמו. De verbo ושף vide tit. 43 v. 5.

Verte nunc, si lubet :

1 *Hauf'athat et frater ejus et filii amborum, Riyâmenses, inau-*
2 *guraverunt Domino domus suæ tabulam votivam, sicut jussit eos per*
3 *oraculum suum, pro integritate sua et integritate bonorum suorum, et ut*
4 *augeat ipsos felicitate.*

566

Hal., 141.

Titulum reperit J. Halévy in rupibus montis Djebel Šeiḥân dicti, qui media in via inter El-Medîd et Audiyân vel Milḥ, in regione Nehm situs est; vide ejus *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 17 et 71. Eum edidit *ibidem*, p. 152 (separatim excusum, p. 122) et partim vertit, *ibidem*, p. 494 (separatim excusum, p. 242). Inscriptio tres versus tenet, quorum primus viginti tres litteras, alter viginti, tertius quatuordecim habet.

De titulo egerunt : D. H. Müller, *Sabäische Inschriften entdeckt und gesammelt von S. Langer*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXXVII (1883), p. 336; separatim excusum, p. 18. — J. H. Mordtmann, *Siegfr. Langer's Reiseberichte und die von ihm entdeckten Inschriften*, in *Litteraturblatt für Orientalische Philologie*, I, 1884, p. 431.

Hæc in apographo Halevyi leguntur :

1 𐩢𐩣𐩱𐩺 | 𐩱𐩢𐩧𐩧𐩲 | 𐩨𐩺𐩦𐩧𐩲 | 𐩧𐩨𐩧𐩲
2 𐩢 | 𐩲𐩱𐩵 | 𐩢𐩣𐩵𐩧𐩢𐩲 | 𐩨𐩣𐩺𐩧𐩨𐩲
3 𐩢𐩧𐩺𐩨𐩧 | 𐩧𐩲𐩲 | 𐩧𐩨𐩧𐩨

Quæ hebraicis litteris transcribimus, nonnulla emendantes :

1 בנאל | ואלשרח | ובנהמי | רימם
2 ואלרמס | ומהקמם | קחו | מ
3 אחדן | בעל | ביתהם

Versus 1. בנאל, quod legit Mordtmann, collato Obne, v. 2, et בנוד in Hal. 577, v. 3, jam in tit. 330 v. 2 reperitur; vide quæ illa occasione scripsimus. Halévy dubitans transcribit Bauṭêl; Müller legit כרבאל. — אלשרה legit Müller, ut videtur recte, pro נלשרה. Quæ Mordtmann contra hanc emendationem affert eam potius firmant quam infirmant. — ריממ; vide tituli antecedentis v. 1.

Versus 2. אלרמם. Conferre licet רמסם, nomen hominis in tit. 341 v. 2, et Gl. 306 = Br. M. 87, v. 2. — מהקמם rursus in Burchardt 17, v. 2-3, occurrit. Halévy scripsit מנהקמם.

Versus 2-3. מאתדן «cataracta (?)»; vide quæ ad tit. 506 v. 2 adnotavimus. — ביתהם | בעל. Halévy quidem scripsit לארהם | בול, pro quo בארהם | בעל legi posset, si «dominus fontis» alias commemoraretur. De suffixo הם pro המו vide tit. 341 v. 8 commentarium. Müller לאלהמו | עול legit, עול pro nomine cataractæ habens.

Verte igitur :

1 *Bana'il et Ilšarah et filii amborum Riyâm*
2 *et Ilrams et Muhâqam dicaverunt ca-*
3 *taractam (?) domino domus suæ.*

ARTICULUS II.

DOMINUS DOMUS ADR.

In una inscriptione Domino domus dedicata, scilicet Acad. 5, nomen domus enuntiatur, nempe Aḍr. Quid significare possit videbis infra in commentario tituli.

567

Acad., 5.

(Tab. XXX.)

Lamina ænea $0^{m},275$ alta, $0^{m},185$ lata undecim versus circiter viginti litterarum e cavo eminentium exhibet, quos ora $0^{m},01$ lata circumdat. A sinistra versus undecimi duæ litteræ in ora super duas inscriptae sunt et infra oram in margine imo versus duodecimus triginta tres litteras tenet. In quoque angulo exstat foramen, in medio latere dextero quintum et ab imo sextum. Quid de monumento olim in Academia litterarum humaniorum servato factum sit ignoramus. Sed ejus imaginem de ectypo chartaceo vetere sumptam et arte photographica expressam in tabula trigesima reperies. De ingenuitate tituli archæologum A. de Longpérier (non autem J. Halévy, ut J. H. Mordtmann dixit) dubitavisse J. et H. Derenbourg nos docent. Qui opinantur inscriptionem tamen ipsam non spuriam esse. Mordtmann, ut videtur, jure dubia omnino rejicit, quæ M. Hartmann, *Die arabische Frage*, p. 288, iterat.

De titulo egerunt : J. et H. Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, in *Journal asiatique*, 1883, II, p. 239-244; separatim excusum, 1884, p. 46 51. — J. Halévy, *ibidem*, 1884, I, p. 101-102. — D. H. Müller in *Œsterreichische Monatsschrift für den Orient*, I (1884), p. 61. — J. H. Mordtmann in *Litteraturblatt für orientalische Philologie*, I, 1884, p. 432.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris transcripta :

1 רבבם | יחצף | ואחיהו | בנו
2 מדין | הקניו | בעל | ביתהמו | א
3 צר | משנדן | בן | עשר | יעשרנהו
4 בן | תמר | ארצהמו | בחרף | תב
5 עכרב | בן | אבכרב | בן | כבר | ח
6 לל | תכמתן | לסעדהמו | אתמר
7 צדקם | עדי | ארצהמו | ומשים
8 תהמו | ול | ופיהמו | ול | רצי
9 אמראהמו | בני | מוצעם | ול | סע
10 דהמו | אולדם | אדכרום | הנאם
11 ול | מתענהמו | בן | באסתם | ונכי תם
12 ול | דת | נעמת | ותנעמן | לרבבם | ובני | מדין

Versus 1. יחצף | רבבם. Nomen רבבם frequens (tit. 79 v. 1; 106 v. 1, etc.). De יחצף vide commentarium tit. 341 v. 1, ubi nomen est.

Versus 2. מדין nomen gentis inauditum. J. et H. Derenbourg conjiciunt מאדנין | רבבם in Prid. 2 (supra, 359), v. 3-4, et auctorem hujus tituli eumdem esse; quod Müller negat. Ipse *Maday* apud Al-Hamdânî [*Djazîra*, p. 111] confert. Num מדי in Hal. 435 = Gl. 1155, v. 3, comparandum sit, incertum est.

Versus 2-3. אצר nomen domus, ut J. et H. Derenbourg agnoverunt, non dei, ut Halévy et Müller censuerunt. Müller confert arabicum اضرّ [«maxime noxius»], quod opponit cognomini סעידם | אלה [«deus felicitatis»] in titulo sequente. Mirum satis. אצר potius cum hebraico

אוֹצָר «thesaurus» comparare licet. — יעשרנהו | עשר «decima quam solvere debebat». De verbo עשר vide quæ ad tit. 440 v. 5 adnotavimus. J. et H. Derenbourg vertunt יעשרנהו «solvebant», Halévy «solvent». Verbi subjectum est Rabîb, nisi pro יעשרנהו scriptum est.

Versus 4-5. אבכרב | בן | תבעכרב. Tabi'karîb videtur eponymus esse qui in tit. 81 v. 5 filius Faḍḥi et in tit. 83 v. 6-7 filius Ḥadhmati nominatur et frater eponymi Wadad'il qui in tit. 380 v. 6 filius Ḥadhmati [Thu-]kâmatensis appellatur.

Versus 5-6. חלל | כבר «princeps Khalîli». De כבר vide tit. 399 v. 1 commentarium; de nomine tribus חלל occasione tit. 541 v. 16 disseruimus; cf. M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 243 et 323. Nomen ante חלל | כבר sicut in Hal. 51, v. 19, omissum est. J. et H. Derenbourg dubitant utrum חלל | כבר pro nomine hominis an pro duobus adjectivis conjunctis habendum sit; alterum supra in tit. 80 v. 13 errore acceptum est. — תכמתן, adjectivum gentile, a תכמתין decurtatum, supra in tit. 380 v. 6 restituendum est, ut Mordtmann monet, necnon in Hal. 48, v. 13, ut idem, *Minäische Epigraphik*, p. 116, suadet. תכמתן ad Tabi'karîb refertur. J. et H. Derenbourg conferunt nomen loci ثكامة in Yâḳûti *Mu'djamo*, I, p. 931, et Al-Bakrî *Mu'djamo*, p. 216. Nomen appellativum תכמת supra in tit. 562 v. 2 occurrit.

Versus 9. מוצעם; vide tit. 314 v. 1 et 411 v. 7.

Versus 10. אלכרום jam in tit. 86 v. 5-6 occurrit et arabicæ formæ أذكرا respondet; quæ autem *nûnatione* caret. De *wâwo* locum *hamzati* tenente vide quæ occursu vocis אודן in tit. 563 v. 2 locuti sumus.

Versus 12. ותנעמן | נעמת | לדת. Supra in tit. 68 v. 3 et locis similibus vertimus: «et quia contigit et ut contingat». At לדת simul «quia» et «ut» significare non potest. Ergo nunc judicamus נעמת et תנעמן ambo optativo sensu adhiberi et locutionem redundantem esse, quam nunc interpretamur: «ut prosperæ et secundæ res sint».

His præmissis vertimus:

1 *Rabîb Yakhḍuf et fratres ejus*
2 *Madhyânenses, consecraverunt Domino domus suæ A-*
3 *ḍr inscriptionem e decuma quam solvere debebat*
4 *a frugibus terræ ipsorum anno Tabi-*
5 *'karîbi, filii Abkarîbi, filii principis Kha-*
6 *lîli, Thukâmatensis, pro largiendo ipsis fructus*
7 *eximios intra terram ipsorum et campos*
8 *ipsorum et pro integritate ipsorum et pro favore*
9 *dominorum ipsorum Mauḍa'ensium, et pro largien-*
10 *do ipsis liberos masculos excellentes*
11 *et pro defendendo ipsos a malo et noxa*
12 *et ut res prosperæ et secundæ sint Rabîbo et Madhyânensibus.*

ARTICULUS III.

DOMINUS DOMUS DEI SU'AIDI.

סעיד, nomen loci ignotum, in Hal. 681 tantum reperitur et videtur deminutivum esse vocis Sa'd «felicitas» apud Arabes frequentis.

(Impressum mense augusto 1920.)

568

Levy, 1; Hal. 681.

(Tab. XXX.)

Lamina ænea omnino similis ei de qua supra, n° 532, locuti sumus et itidem apud societatem *Royal Asiatic Society* dictam servata, octo versus exhibet, qui præter ultimum circiter quindecim litterarum tenent. Ultimus ornamento completur; confer tit. 3 et 81. Titulus primo editus est a M. A. Levy, *Neun himjarische Inschriften*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXIV (1870), p. 195, cum imagine; tum a J. Halévy, *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, in *Journal asiatique*, 1872, I, p. 264 (separatim excusum, p. 234) et partim versum, *ib.*, p. 518 (separatim excusum, p. 266). Monumenti imaginem luce solis expressam in tabula tricesima invenies.

Titulum tractaverunt: M. A. Levy, *o. c.*, p. 195-198. — F. Hommel, *Das Sündopfer in der sabäischen Inschrift Hal. 681*, 1897. — D. H. Müller, *Südarabische Alterthümer im Kunsthistorischen Hofmuseum*, 1899, p. 20-21. — J. Halévy, *Revue sémitique d'épigraphie et d'histoire ancienne*, VII (1899), p. 267-268. — M. Hartmann, *Die arabische Frage*, 1909, p. 209.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris transcribimus :

1 מרגלת | בת | תחילי
2 תנחית | ותנדרת | לבע
3 ל | בית | אלה | סעידם
4 בדת | סתעדרתהו | כ
5 יסכר | פעדב | מנה | פ
6 חטאת | ותחלאן | פה
7 צרעת | וענו | פל | יתו
8 בנה | נעמתם

Versus 1. מרגלת nomen feminæ inauditum. — תחילי nomen hominis potius quam patronymicum (Hartmann) est, quum *nûnatio* desit, fortasse cum תחי in Hal. 509 et תחיעז in tit. 581 v. 1, comparandum.

Versus 2. ותנדרת | תנחית «confessa est et pœnituit»; vide tit. 523 v. 1-2 commentarium.

Versus 2-3. סעידם | אלה | בית | לבעל «Domino domus dei Su'aidi», i. e. templi Su'aidi. בית | בעל est in statu constructo cum סעידם | אלה (Levy). Hommel dubitat utrum ה in אלה ad radicem pertineat an pronomen suffixum sit. Hartmann existimat אלה idem atque pronomen relativum plurale אלי esse. סעידם transcribitur Su'aid a plerisque propter *yâ'*.

Versus 4. סתעדרתהו «veniam petivit ab eo» arabice اسْتَعْذَرَهُ (Levy, Hommel). Halévy vertit «auxilium petiit», hebraicum עזר conferens. Hartmann «neglexerat rogandum eum».

Versus 4-5. כיסכר «ut placaretur» (Hommel); cf. arabicum سكن = سكر et hebraicum שכך. Levy explicat: «ut gratias daret» vel «magnificus esset» (arabico شكر collato), Müller: «ut quietem daret», Halévy: «de inhibitis (menstruis)». Hartmann יסכר a נכר ducens vertit: «ut protegeret (ipsam)». In Gl. 309 = Hal. 412, v. 1, reperitur סכר obscuro sensu (Halévy exscripsit נכר). — מנה | פעדב «nam dederat ei poenas». Conjunctionem פ hic ut arabicum فَإِنَّ interpretamur, et in

verbo עלב explicando assentimur Hommelo; vide quæ occasione tit. 326 v. 1 scripsimus. Levy vertit : «prohibuit (pericula vel dolores) ab ea», Müller : «amovit (calamitatem) ab ea», Halévy : «amovit (intermissionem menstruarum) ab ea», Hartmann : «deflexerat ab ea». De מן pro solito בן = ﻣِﻦْ vide quæ ad tit. 126 v. 3 et 546 v. 5 adnotavimus.

Versus 6. חטאת etc. Vide tit. 532 v. 3-4.

Versus 6-7. ועבו | פהצרעת | תחלאן. Vide quæ tit. 523 v. 8-9 occasione disseruimus.

His præmissis verte, si lubet :

1 *Margalat, filia Taḥyalayi,*
2 *confessa est et pœnitentiam egit Domi-*
3 *no domus dei Su'aidi,*
4 *quia veniam petiit ab eo ut*
5 *placaretur, etenim pœnas dederat ipsi, nam*
6 *peccaverat, et se contrivit, tum se*
7 *demisit et humiliavit. Ergo remu-*
8 *neretur ipsam felicitate.*

CAPUT XX.

INSCRIPTIONES SABÆÆ DEO AQUARIO DICATÆ VEL EUM COMMEMORANTES.

Jamdiu monstravit D. H. Müller, *Sabäische Inschriften entdeckt und gesammelt von S. Langer*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXXVII, p. 371-373 (separatim excusum, p. 53-55), voce מנצח designari deum qui aquam hominibus suppedität. Etenim in Reh. 5 + 4, v. 7, numinum בען | מנצחה «suppeditantes aquam» explicite mentio fit, et Al-Hamdânî, *Iklil*, X, p. 5, appellat *nâvaḍiḥ* puteos aquam perpetuam præstantes. Quibus addere licet radicem arabicam نضح (vel نضخ) «aspersit, irrigavit, hausit» et hebraicum נָצַח in *Is.*, LXIII, v. 3 et 6, «succus» sonans. מנצח a Muellero enuntiatur *munḍiḥ*, sed participium quartæ formæ מהנצח esse monet J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 37, qui *manḍaḥ* enuntiandum esse opinatur, quod proprie «locus aquæ effluentis» significet. Nos מנצח a secunda forma verbi trahimus. H. Winckler, *Die sabäischen Inschriften Alhan Nahfan's*, p. 22 in notula, arabicum أُنضخ invocans asserit מנצח significare «malum avertens»; quod longius abest. In posterum vocem מנצח «aquarius» vertemus, quo vocabulo procurator vel servus munere aquæ ferendæ fungens latine designatur.

ARTICULUS I.

AQUARIUS.

Vox singularis מנצח, sine mentione sacrarii, in titulis jam editis 47, 149, 194 occurrit.

ARTICULUS II.

AQUARIUS, DOMINUS WÂ'ILI (VEL WAKÎLI).

Nomen sacrarii ואלם vel וכלם restitutum est in tit 159 (loco | וא) et 211, ubi locutio «aquarius dominorum suorum» maxime dubia est (nunc malumus legere ברצו quam בכמצח). וכלם, quod legit Glaser in titulo suo 220 (supra, 241), ignotum et fortasse in ואלם emendandum est. De Wâ'ilo disseruimus tit. 159 occasione.

ARTICULUS III.

AQUARIUS, DOMINUS ŠUBA'ÂNI.

In tit. 41 v. 3 Aquarius epitheto «dominus Šubâ'âni» ornatur; vide quæ illa occasione de loco Šubâ' appellato, qui Šubâ'ân quoque nominatus esse possit, diximus.

ARTICULUS IV.

AQUARII.

In aliquot titulis jam editis commemorantur pluraliter Aquarii sive sub forma מנצ̇הי *munaḍḍiḥī* (in tit. 276 v. 5 et 293 v. 2) sive sub forma מנצ̇חת (in tit. 40 v. 5; 294 v. 2; 339 v. 3; 339 *bis* v. 3-4; 340 v. 5), quod non femininum est, ut diximus supra, t. I, p. 67 et 253, sed masculinum (*manâḍḍiḥat*), ut jam ibidem, p. 311, agnovimus. In titulo 40 et in nunc edendo Beneyton 4 nominantur Aquarii domorum, in Reh. 5+4+1 deinde tractando mentio fit idolorum Aquariorum et Nutritorum.

569

Beneyton, 4; Glaser, 807 = 1044.

(Tab. XXX.)

Dhamari, qui locus a Ṣanʿâo octoginta kilometris versus meridiem distat, reperit G. Beneyton anno 1911 titulum in mosquita Mehemet Kassim exstantem, fragmento tophii vulcanici insculptum. Quem E. Glaser jam exscripserat, ut e citatis vocibus in ejus opere *Die Abessinier in Arabien und Afrika*, p. 59, patet. Titulus a dextera truncatus tres versus tenet, quorum primus viginti septem litteras e cavo eminentes habet, secundus viginti novem, tertius triginta. Apographum Beneytoni luce solis iterum expressum in tabula trigesima reperies.

Hæc exscripsit Beneyton :

1 ⵊⵃ>∞ ׀ ⵊⵊHⵣ∞ ׀ ⵔ>◇ⵖⵟ ׀ ⵃⵆ ׀ ⵃ∞ⵃ ׀ ⵖⵆ>

2 >ⵆ ׀ ⵊⵔ>◇ⵅ ׀ ⵟⵄⵔ ׀ ⵊ>ⵢ∞ⵊ ׀ ⵃⵏ ׀ ⵟⵊⵖⵅ>∞ⵊ∞

3 ⵔ∘ⵟ ׀ ⵃ>ⵃⵢ ׀ ∞ⵊⵖⵃ>ⵊ ׀ ⵊ◇ⵊH∞ ׀ ∞ⵊⵖⵅⵟHⵃ ׀ ⵅⵡⵆ

Quæ litteris hebraicis transcribimus emendanda emendantes et complenda complentes :

1 .....עבד]רבה ׀ או[כ]ן ׀ בן ׀ יהפרע ׀ ושׂכמם ׀ וראב

2 אל ׀ ..... ׀] ומורתהמי ׀ בן ׀ מוׂתרם ׀ עדי ׀ תפרעם ׀ בר

3 דא ׀ ..... ׀ מנ]צ̇חת ׀ אביתהמו ׀ ובמקם ׀ מראהמו ׀ תׂארן ׀ יעב

Versus 1. עבדרבה compleri potest, collato עבדמראהמו in tit. 409 v. 1 et 7. — אוכן, quod in tit. 130 v. 1 et 408 v. 1 reperitur, pro אן legimus. — שׂכמם nomen hominis, quod ad urbem Šibâm pertinere potest, de qua vide tit. 29 v. 5 commentarium. — רא in ראבאל, quod in Hal. 353, v. 1 et 8, occurrit, vel in ראבעם, quod tituli ignoti (Luparensis?) ectypum chartaceum præbet, complere licet.

Versus 2. מורתהמי « propugnaculum utriusque »; vide quæ ad tit. 343 v. 11 adnotavimus. Glaser, *Abessinier*, p. 59 in notula, quærit annon מורת cameras et conclavia in rupe cavata designet. — תפרעם | עדי | מוׂתרם | בן: cf. תפרעהו | עדי | מוׂתרהן | בן in tit. 325 v. 4 et vide quæ illic locuti sumus. — בר in ברדא, collato tit. 40 v. 5, facile completur.

Versus 3. In initio versus nominata sunt numina, quorum ultima sunt Aquarii domorum; etenim צ̇חת in מנצ̇חת certo complendum est. — יעב | תׂארן. De hoc rege vide quæ tit. 457 v. 5 occasione scripsimus.

His præmissis, vertimus :

1 ..... *ʿAbd]rabbihi Au[ka]n, filius Yuhafriʾi, et Šibâm et Raʾb-*
2 *ʾil* .....] *et propugnaculum utriusque a fundamento usque ad fastigium fa-*
3 *vore*..... *Aqua]riorum domorum ipsorum et auctoritate domini ipsorum Thaʿrâni Yaʿûb.*

570

Rehatsek, 5 + 4 + 1.

(Tab. XXXI.)

Tres titulos in Bombayensi Museo servatos vulgavit primus E. Rehatsek, *Twelve Sabæan Inscriptions*, in *Journal of the Bombay Branch of the Royal Asiatic Society*, t. X, 1874, art. XIII. Quos ad unam inscriptionem pertinere agnovit D. H. Müller; etenim fragmenta, quorum scriptura, ordine *boustrophedon* ducta, eadem est, aptissime conjunguntur, si Reh. 5 a dextera, Reh. 4 in medio, et Reh. 1 a læva collocantur. Tria sunt $0^m,48$ ad $0^m,49$ alta; Reh. 5 est $0^m,37$ latum; Reh. 4 $0^m,41$; Reh. 1 $0^m,30$. Monumentum igitur totum erat $1^m,08$ latum. Ejus imaginem de ectypis chartaceis sumptam et arte photographica expressam tabula trigesima prima exhibet. Tituli conjuncti, a summo abscissi, decem versus circiter quinquaginta litterarum nunc habent. Notatu dignum est litteras in primo versu $0^m,05$ altas esse, in ceteris $0^m,04$, et judicandum est spatium inter versus amissos majus fuisse quam inter servatos. Inde intelligitur cur super versum primum vestigia litterarum vix dispiciantur.

De titulo egerunt : E. Rehatsek, *opere supra citato*, p. 139-140 et 141-143. — D. H. Müller, *Himjarische Studien*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXX (1876), p. 682-683. — W. F. Prideaux, *Notes on the Himyaritic Inscriptions*, etc., in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, VI, 1879, p. 312-315.

Hæc in titulis conjunctis leguntur :

	Reh. 1	Reh. 4	Reh. 5	
	ʿbdʾ | bnʾ | ʾb	ʿbdrbhy | ʾlqnʾ | wʾḥ | šbʾy | ʾl	| ʾlqnʾ | ʾlwʾl | ʾlqnʾ ←	1
→	qdmʾ | ḥqnʾ | mʾ	wmḥfdhy | ʾlmqhw | mʾ | ḥrmʾ | mʾ	qdmʾ | mʾ | ḥrmʾ	2
	bnʾ | ʾlqnʾ | ʾl	wʾlqnʾ | ʾlmqhw | ʾlqnʾ | šbʾ | ʾl	ʾlqnʾ | ʾlmqhw | ʾlqnʾ ←	3
→	rʾsmʾ | qdmʾ | rʾ	ʿlyqnʾ | qdmʾ | ʾlqnʾ | ʾlmqhw | ʾl	ʾlqnʾ | qdmʾ | rʾ	4
	ʾlqnʾ | ʾl | ʾlmqhw | šbʾ.	rʾs | ʾlmqhw | ʾlqnʾ | ʾlmqhw | ʾl	ʾlqnʾ | ʾlmqhw | ʾlqnʾ ←	5
→	w | rʾsmʾ | rʾsmʾ | r	ḫmrʾ | wyrʿ | mrʾ | rʾsmʾ | rʾs	ʿlʾ | qrʾʾl | ḥlqʾ | bnʾ	6
	b | ʾlmqhw | ʾlwʾl | ʿlš	ʾlyn | ʿlšqb | šbʾ | mʿrbʾ | ʾlqb	ḏmrʾ | ʾlwʾl | ʾlqnʾ ←	7
→	ʾlḥ | mʾ | ʾlḥqw | ʾlḥqb	rʾsʾ | ḏqbʾ | ʾlmqhw | ʾlḥqʾ | mʾ	ʾ | rʾsmʾ | rʾsʾ	8
	šrʾ | ḏqbʾ | wʾlšrʾ	| šrʾ | ʾlmqhw | wʾlšrʾ | mʾ	šrʾ | ʾlmqhw ←	9
→	r | ḏqbʾ | wʾlšrʾ	qbʾlm | mʾ | ḫmyr | qbʾlm	ḥ |	10

Quæ hebraicis litteris transcribimus nonnulla complentes, addentes seu corrigentes :

1 ← וכון ו לנחלן ו נעון ו [ב]ן ו יאס ו דת ו כלתן ו עבר ו מערבן ו ארבע ו אמן
2 → זינולא ו זעלא ו בקעהו ו זיקד 𐩱 ראשׁ III 𐩱 סצחמ ו תמאב ו טחוש ו תלשו
3 ← בעל ו נחלן ו נקבן ו [ו]אבכרב ו בן ו בסלם ו דרין ו בעל ו נחלן ו נעון ו בסבו
4 → זתואו ו והנבקעו ו ו[ה]ציק ו גחב ו והתחפנמו ו והתרח ו ובסו ו זבקנ
5 ← בין ו נחלנהן ו נקבן ו ונעון ו אותן ו ימחרן ו קתבן ו וי[ת]לם ו ולכד ו בן ו ספר
6 → רבע ו זוכל ו זועבו ו זבקנ ו זהנלחנ ו זיב ו ורחת ו זאצי ו זבקנ ו זלחנ ו ת
7 ← ן ו נעון ו אותנן ו מנצח[י ו]מון ו ומאבלי ו תמרם ו ואל ו הסאל ו נחלן ו נקבן ו ו
8 → קנו ו זועבו ו זהנלחנ ו זיב ו ילא ו זנתוא ו זודעה ו זינולא ו זעלא ו הב ו לא
9 ← בן ו כל ו עפרם ו וארכם [ו] בחג ו מתבת ו סבא ו גוי ו קהלם ו מתבת ו סמעה ו יקמ
10 → ו והמעב ו ולאו ו נשח ו זב ו ברכעבת ו זב ו רמאכלה ו ן

Versus 1. נעון, hic nomen palmeti, est nomen torrentis apud Yâḳût, *Mu'djam*, IV, p. 797. — יאס | בן complemus comparantes, quum meliora nesciamus, æthiopicum ኦሥ ፡ ይእዜ «ab illo tempore, in posterum». — כלתן potest duci a radice כיל, arabice كيل «metiri». Quum autem vox arabica de capacitate, non de spatio adhibeatur, malumus conferre كَلَّة «corona», quod oram, limitem designare potest. — עבר, quod in tit. 24 v. 4; 37 v. 2 et alias «ager littoralis» interpretati sumus, proprie «ripa, latus» sonare videtur ut arabicum عِبْر et hebraicum עֵבֶר (C. Landberg, *Dathînah*, p. 1465, docet עבר designare canalem). Hic censemus עבר esse præpositionem «versus»; cf. בעבר in tit. 308 v. 10. In v. 6-7 reperitur עברן, ubi littera *nûn* potius terminatio formativa *ân* quam *nûnatio*, est. Itidem in titulo Britannici Musei a J. Halévy, *Revue d'épigraphie sémitique*, 1908, p. 293, n° 1, edito, v. 2, עבר et, v. 3 et v. 6, עברן occurrunt. — מערבן «occidens»; cf. tit. 554 v. 3-4. Oppositum משרקן | עברן «latus orientis» titulus Britannici Musei supra citatus, v. 3, præbet. — אמן «cubiti»; vide quæ ad tit. 540 v. 75 adnotavimus.

Versus 2. שוחט iterum in Hal. 352, v. 4, occurrit et a Muellero vertitur «spithamæ». שוחט est feminini generis, ut a numerali שלשׁ judicandum est. Singularis igitur potest fuisse שחטת = شَحْطة; cf. arabicum شَحَط «distans fuit». Müller opinatur *mîmationem* in שוחט deesse quod nomen modii sit, conferens אצבע in Hal. 661, v. 2, et רב in Hal. 148, v. 7 [lege 466, v. 2]. At שוחט et אצבע sunt pluralia quadrilittera. Contra singularis אצבעם in Hal. 661, v. 2, ipso et in tit. 369 v. 2 *mîmationem* præstat. Quod ad רב pertinet, titulus Hal. 466 est in minæo sermone scriptus, qui sæpe *mîmationem* omittit; e contra in Hal. 148, v. 7, invenitur רבם. De יד in tit. 369 v. 2 vide quæ illic adnotavimus. — Signum ל [hic ר propter ordinem *boustrophedon*] cubitum designat et | spithamam (Müller). Mirum est signa spithamarum signis cubitorum anteire. — מחצם | אמת. Müller vertit «cubitus lapicidæ», collato hebraico חֻבְנִין | אַמַּת «cubitus ædificandi». Arabicum مَخَضَ significat «parturiit» vel «expressit (buthyrum)». Hic quoque radice מחץ potest significare «extrahere (lapidem)». O. Weber, quum de radice מחץ in *Studien*, II, p. 23-31, disseruit, hunc locum non attulit; vide D. Nielsen, *Katabânische Inschriften*, p. 3. Weber voces מחצן in Gl. 1150, v. 6; 1302, v. 4, מחץ in Gl. 1000 *a*, v. 5, סתמחץ ibid. v. 4-5, 15, 16, 19, et in 1186 (supra, tit. 105), v. 7, interpretatur «cepit, eripuit». המחץ quoque, ut Weber docet, in Gl. 1000 occurrit et ab eo cum סמחץ in Hal. 453 confertur et «dedit» explicatur. Præterea מחץ invenitur in Fresnel 12, v. 2; 13, v. 2; 14, v. 2; Gl. 1150, v. 4 et 5; 1406, v. 2; 1600, v. 3, ubi de exstructione agitur. Weber existimat radicem מחץ illic significare «feriit», nos potius «extraxit» interpretamur ut in ceteris titulis. — קין. Müller vertit «puteis munivit» fortasse arabico قَيْض fretus, quod significat «aqua abundavit (puteus)». Nos alteram significationum arabici قَيْض «separavit, i. e. delineavit» anteponimus. — העקב. Vide quæ tit. 448 v. 3 occasione scripsimus. Hic potest significare «muro munivit». Müller vertit «circumdedit». — אלעו; vide tit. 40 v. 6 et 334 v. 4. — אלונין (cf. v. 8) videtur esse patronymicum e nomine

loci אלו ortum, quod, ut putamus, in v. 10 commemoratur, et de quo vide commentarium tit. 80 v. 9.

Versus 3. נקבן. Nomen loci النَّقْب frequens apud geographos Arabum; vide e. g. Al-Hamdânîi *Djazîra*, p. 162; Al-Bakrîi *Mu'djam*, p. 209, Yâḳûti *Mu'djam*, IV, p. 802-803, et confer quæ H. Derenbourg in *Répertoire*, II, p. 90, collegit. — אבברם. Conjunctio ו videtur errore omissa esse. — בסלם in Hal. 187, v. 1, reperitur et sine *mîmatione* in Hal. 243, v. 6; 532 v. 1; Eut. 24, v. 3; cf. יכסל in Naḳb-al-Hadjar, v. 1. — דרין patronymicum tribus cujusdam. E. Glaser, *Skizze*, II, p. 231, confert Darras a Ptolemæo [*Geographia*, VI, VII, 4] commemoratos. — סבו, pro quo סבע videtur errore scriptum esse in v. 4, fortasse voci סבו «capere» æquiparandum et explicandum «includere».

Versus 4. נקבן; cf. v. 3. — סבו; vide v. 3. — חרתהו «deversorium ejus»; vide infra, tit. 584 v. 2 commentarium. — מנפחתהו vox obscura. Quidni designet «tumores terræ». — בחג «secundum»; vide tit. 561 v. 2 adnotationem. — ועקבנהו | קיצהו infinitivi verborum quorum perfectum v. 3 præbet. Mirare עקב in prima forma loco quartæ adhiberi, nisi ה negligentia lapicidæ omissa est. — אותן, in statu constructo cum præpositione בין, cum infinitivis antecedentibus conjungimus.

Versus 5. אותן. Exempla iterati substantivi ante sententiam relativam collegimus tit. 450 v. 3-4 occasione; cf. מתבת in v. 9. — ימחרן «disjungent»; vide quæ ad tit. 554 v. 1 adnotavimus. — ולכל. Conjunctio ו videtur esse expletiva. De לכל vide tit. 126 v. 3.

Versus 5-6. ספרת cum syriaco ܣܦܪ «ripa» et rabbinico סְפָר «fines» comparare et «limes» interpretari licet. — יצאן. Pars dextera litteræ *ḍâd* clare perspicitur. De verbo וצא, in titulo Britannici Musei supra citato non semel occurrente, vide tit. 126 v. 4 et 321 v. 2 commentarium. — תחרו videtur esse infinitivus quintæ formæ verbi חרו, in statu constructo cum præpositione בין. חרו cum æthiopico ሐረፀ «perforavit» conferimus, mutatis inter se ח et ת, et explicamus «fossa».

Versus 6-7. נעון | עברן cum נעון | נהלן commiscere non licet, ut M. Hartmann, *Arabische Frage*, p. 395, n. 2, suadet, sed עברן, sicut עבר in v. 1, præpositionis locum tenet «a latere». — מנצחי, cujus terminationem vocis מאכלי instar restituimus, est, nisi fallimur, attributum verbi כון. Utrumque est participium secundæ formæ. — מון «aquæ» esse pluralem externum vocis מום opinatur D. H. Müller, *Sabäische Inschriften*, p. 54. Ergo littera ן non est *nûnatio* et מון cum תמרם congruit; confer quæ tit. 338 v. 10 occasione scripsimus et locis illic allatis adde titulum Britannici Musei supra citatum, v. 3 et 8. — הסאל | ואל «neve vindicent». אל est negatio et הסאל pro solito סאל videtur adhiberi. De hac locutione vide tituli 318 v. 4 commentarium.

Versus 7-8. בף | ואל. Müller putat אל esse pronomen relativum; malumus interpretari ואל «ne quidem». בף «jussu» vertit Müller, ut videtur recte [פ respondet arabico ف «os»]. — העדון non perfectum (Müller), sed infinitivus, verbi הסאל objectum. Cavetur ne domini palmeti Naḳbân causam ruborum avellendorum prætexentes terminos amoveant.

Versus 9. וארכם | עפרם | כל. Hic videtur כל locutio præpositiva esse de qua tit. 308 v. 15 occasione locuti sumus et significare «propter». עפרם, arabice عفار, planta qua Arabes ad ignem accendendum utuntur (Prideaux). De ארכם vide quæ ad tit. 555 v. 4 adnotavimus. — מתבת «consilium, decretum» in Hal. 237, v. 6; 253, v. 7; Gl. 202, v. 7; 283, v. 9 reperitur. Vide quæ verbi התב occursu ad tit. 562 v. 2 adnotavimus. Müller vertit : «gratiarum actio», J. H. Mordtmann, *Minäische Epigraphik*, p. 20 : «delegatio». — | גוי קהלם «in totum congregati» idem sonat atque בכליתהמו in tit. 562 v. 2, ut Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, p. 107, monet. גוי est adjectivum e גו ortum, ut Müller, *Sabäische Inschriften*, p. 16, agnovit. In Gl. 1606, v. 1 et 13, reperitur קהלם | גו. De גו vide commentarium tit. 366 (supra, p. 13) et de קהלם tit. 352 v. 15. — מתבת iteratur ut אותן in v. 5.

Versus 9-10. הלאמר | יקמן | סמעה. סמעה «auditor ejus» est participium, quod rursus in Hal. 51, v. 19, et in minæis titulis Hal. 237, v. 10; Gl. 282, v. 8; 299, v. 4 et 6, occurrit; dualis invenitur in Gl. 282, v. 7; pluralis in Revoil 6, v. 4, et in minæis et ḳatabâniticis titulis Hal. 199, v. 2; Gl. 282, v. 10; 1302, v. 4; 1606, v. 22. De munere auditoris disseruerunt J. H. Mordtmann, *o. c.*, p. 17-20, et M. Hartmann, *o. c.*, p. 442 in n. Prior opinatur auditorem fuisse assessorem sacerdotis; alter censet eum fuisse secretarium, qui acta perscriberet; quod probamus. Verbum סמע hoc sensu in Eut. 17, v. 4; 18, v. 3, occurrit. J. A. Montgomery in *Journal of the American Oriental Society*, XXXVII, p. 164-165, interpretatur «testis». In Hal. 51, v. 8, אסמעם sonat «auditiones». יקמן est verbum, ut jam Mordtmann, *o. c.*, p. 20, n. 1, docet, vertens «ut se extolleret», non nomen hominis, ut Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, p. 104, et Hartmann, *o. c.*, p. 266, putaverunt. | סמעה הלאמר | יקמן explicamus «cujus auditor stabit Halik'amar», i. e. cujus acta servabit Halik'amar. Mordtmann quidem contulit עקם | סמע in Prid. 8 = Lupar.

24, nunc 1533, v. 2, quærens nonne illic legendum sit יקם. Revera scriptum est : סמע | וקם, ubi סמע pro nomine tribus habendum et וקם in וקמעו complendum est, ut H. Derenbourg judicat. — חשג nomen hominis vel tribus inauditum. — אלו nomen urbis, de qua vide tit. 74 v. 4, et cf. אלונין in v. 2, non pronomen relativum, ut Mordtmann, *l. c.*, Glaser, *l. c.*, et Hartmann, *l. c.*, putaverunt.

Iterum, ordine scripturæ solito usi, transcribimus :

1 וכון ו לנהלן ו נעון [ו ב]ן ו יאס ו דת ו כלתן ו עבר ו בערבן ו ארבע ו אמן
2 ושלת ו שוהט ו באמת ו מהגם ו 𓏺 lll 𓏺 לקיץ ו וחעקב ו אלעז ו אלונין
3 בעל ו נהלן ו נקבן ו [ו]אבכרב ו בן ו כסלם ו דרין ו בעל ו נהלן ו נעון ו בסבו
4 נקבן ו וסבו ו חרתהו ו ומנפהתהו ו בחג ו קיצ[ה]ו ו ועקבנהו ו ואוהן
5 בין ו נהלנהן ו נקבן ו ונעון ו אוהן ו ימהרן ו קתבן ו ויתלם ו ולכד ו בן ו ספר
6 ת ו נהלן ו נקבן ו יצאן ו תחרו ו בין ו נהלנהן ו נקבן ו ונעון ו לכון ו עבר
7 ן ו נעון ו אוהנן ו מנצח[י ו] מון ו ומאכלי ו תמרם ו ואל ו הסאל ו נהלן ו נקבן ו ו
8 אל ו בף ו אלעז ו אלונין ו העדון ו אוהנן ו אלי ו בין ו נהלנהן ו נעון ו ונק
9 בן ו כל ו עפרם ו וארכם [ו] בחג ו מהבת ו סבא ו נוי ו קהלם ו מהבת ו סטעה ו יקם
10 ן ו הלכאמר ו בן ו תבעכרב ו בן ו חשג ו ואלו ו בעמהו

Et vertimus :

. . . . . .

1 *Et fuit palmeto Naʿwân in posterum hic limes versus occidentem : quatuor cubiti*
2 *et tres spithamæ cubito lapicidæ (III sp. et IV c.), quæ delineaverunt et muro muniverunt Ilʿazz ʾAlwânensis,*
3 *dominus palmeti Naḳbân, [et] Abkarib, filius Basli, Darrensis, dominus palmeti Naʿwân, includendo*
4 *Naḳbâno et includendo deversorio ejus et tumoribus terræ(?) ejus, secundum delineationem ejus et munitionem ejus et terminos*
5 *qui sunt inter duo palmeta Naḳbân et Naʿwân, terminos qui separabunt Ḳatabânum et Yathîlum, ita ut a limi-*
6 *te palmeti Naḳbân exeat fossa inter duo palmeta Naḳbân et Naʿwân, quum sint versus*
7 *Naʿwân (dei) termini irrigantes aqua et nutrientes frugibus. Neve sibi arroget palmetum Naḳbân ne*
8 *jussu quidem Ilʿazzi ʾAlwânensis amovendos terminos qui sunt inter duo palmeta Naʿwân et Naḳ-*
9 *bân propter rubos et spinas, secundum consilium Sabæ in totum congregati, consilium cujus auditor sta-*
10 *bit Halikʾamar, filius Tabikarîbi, filii Ḥašgi, et ʾAlw cum eo.*

(Impressum mense augusto 1920.)

CAPUT XXI.

INSCRIPTIONES SABÆÆ DEUM «SODALEM (?)» COMMEMORANTES.

ARTICULUS UNICUS.

SODALIS (?) IPSORUM.

De nomine dei רבע, quod jam in tit. 132 v. 3 legendum est, tit. 398 v. 20 tractantes locuti sumus et id dubitantes «sodalis» explicavimus. Illic vocem antecedit quam Mordtmann יהשן legit, nos olim דהון et nunc תהון. Quod si rectum est, judicare licet רבע esse epithetum Ilmaḳahi, qui nonnunquam תהון appellatur; vide supra, p. 77, proœmium articuli XII capitis VII. Nomen רבע in alio titulo inedito, qui Ilmaḳaho dicatus est, scilicet Burchardt 18 (infra, 587), v. 2, reperitur. Ubique suffixum המו «ipsorum» habet.

CAPUT XXII.

INSCRIPTIONES SABÆÆ DEÆ SOLI DICATÆ VEL EAM COMMEMORANTES.

Quum in hominum nominibus vox שמס vel שמסם statum absolutum præbet, alias plurime sive ejus singularis sive pluralis (אשמס) suffixum המו habet. Semel Soles patrum invocantur. Jam tit. 11 v. 1 occasione scripsimus D. H. Müller recte interpretari שמסהמו «dea Sol peculiariter ab iis adorata»; attamen non errat J. H. Mordtmann putans id jam non esse nomen proprium. Nam etsi «dea» non sonat, nihilominus est nomen appellativum sicut אלה, בית | בעל, מנצח et רבע, de quibus in capitibus antecedentibus actum est. In uno titulo (infra, 572) Sol cognomen peculiare habet; in compluribus epitheto «domina cujusdam loci» ornatur. Aliquot tituli deæ Soli consecrati sunt, plurimi eam in serie numinum quæ in fine inscriptionum invocantur nominant. Unde concludere licet Solem apud Sabæos numen inferius fuisse; cf. D. Nielsen, *Die altarabische Mondreligion*, p. 18-19. In triade magnorum siderum Venus vel Luna primum locum tenent. Sed notandum est Solem sub nominibus variis Dhât Ḥimyam, Dhât Bâʿdân, etc. coli, ut jam E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XX (1866), p. 286, e suo titulo 31 = Br. M. 32 concludit et postea D. Nielsen, *Die südarabische Göttertrias*, in *Mélanges H. Derenbourg*, 1909, p. 187-195, elucidavit. Sub nomine Šams videtur Sol tantum apud Sabæos, præcipue apud Hamdânenses, et Ḳatabânitas invocatus esse. De cultu Solis apud Sabæos disseruerunt E. Osiander, *Studien über die vorislamische Religion der Araber, opere citato*, VII (1853), p. 468-469; Krehl, *Religion der vorislamischen Araber*, p. 41 sqq.; iterum E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde, opere citato*, XX (1866), p. 285-286; Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, 1883, p. 56-60; D. Nielsen, *Die altarabische Mondreligion*, 1909, p. 29-31.

ARTICULUS I.

DEA SOL.

In uno titulo, scilicet 288, שמס sine suffixo nec epitheto reperitur. «Solem ipsorum» sine epitheto invocant auctores titulorum 41, 143, 149, 223, 241, 331, 339, 398, 429, Burchardt 18 (infra, 587). In tit. 329 nomen loci ubi dea colebatur evanuit, in tit. 132 legi non potest et in tit. 180 dubium est utrum sacrarium commemoratum sit annon.

ARTICULUS II.

DEA SOL, DOMINA BARYA.I.

Nomen loci truncatum ברי in tit. 294 v. 2 compluribus modis compleri potest scil. legendo בריך, ברים, בריר, ברית, ברית, collatis nominibus quæ geographi arabici præbent. Unum ex eis elicere non audemus.

ARTICULUS III.

DEA SOL, DOMINA BARRATI.

Nomen loci ignotum ברהם in solo titulo 293 v. 2 reperitur.

ARTICULUS IV.

DEA SOL, DOMINA GAḤFATI.

Tit. 11 v. 1 deam Solem, dominam Gaḥfati, commemorat. Vide quæ illa occasione de hoc loco scripsimus.

ARTICULUS V.

DEA SOL, DOMINA YARḲUBI ET ŠABRÂNI.

In tit. 43 v. 5 mentio fit dominæ Yarḳubi et Šabrâni; vide de Yarḳub quæ ad illum titulum adnotavimus; Šabrân est ignotum, sed nulla est causa illud in Gabrân emendandi.

ARTICULUS VI.

DEA SOL, DOMINA MAIFA'I.

Domina Maifa'i in tit. 172 et O. M. 13, nunc 21, invocatur. De loco Maifa', qui in Miles 3, v. 2-3 (supra, 338 v. 5), quoque nominatur, locutus est J. H. Mordtmann, *Zwei himjarische Inschriften*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXX, p. 35-36. Qui confert « Maifa Metropolis » apud Ptolemæum [*Geographia*, VI, VII, 41], inter meridiem et orientem Ṣirwâḥ.

«Mefra» apud Ammianum Marcellinum (ed. Valois), p. 255, «Mapha» apud geographum Ravennatem (ed. Parthey), p. 56. Torrentis Maifaʿ apud C. Landberg, *Dathînah*, p. 157, mentio fit.

571

O. M., 13, nunc 21.

(Tab. XXXI.)

Tria fragmenta tabulæ marmoreæ, quorum unum, $0^m,10$ altum, $0^m,10$ latum, secundum $0^m,31$ altum, $0^m,24$ latum, tertium $0^m,34$ altum, $0^m,34$ latum est, servaverunt conjuncta sedecim versus, qui præter ultimum a sinistra sunt integri; a dextera autem v. 3-7 et 12-16 sunt mutilati. Pars inferior deest. Quod ad superiorem pertinet, Mordtmann existimavit nihil fuisse supra versum primum, quod super eum ora eminens exstet, sed quum inscriptio voce חנן incipiens nusquam reperiatur nec recte sic incipere possit, necessario judicandum est initium tituli desiderari. Fragmentum secundum et tertium ediderunt Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, 1883, p. 55. Postea primum reperit Mordtmann et vulgavit in *Catalogo* a dextera v. 1 et 2 fragmenti secundi collocatum, quocum aptissime conjungitur. A tergo ejus falsarius recens faciem hominis sculpsit et inscriptionem quam duæ statuæ n^is 124 et 140 in *Catalogo* inscriptæ exhibent iteravit. Monumenti imaginem arte photographica expressam in nostra tabula trigesima prima reperies.

De titulo egerunt : Mordtmann et Müller, *o. c.*, p. 55-62. — [J. H. Mordtmann,] *Musée impérial ottoman. Antiquités himyarites... Catalogue sommaire*, 1895, p. 25-26; turcice, 1898, p. 16-17. — Idem, *Sabäische Miscellen*, in *Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes*, X (1896), p. 154-155.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris transcribimus supplenda supplentes :

1 חגן | וקהת | שׁמסם | בעלת | מ
2 יפע | עבדה | שׁרחאל | בן | בתע
3 ..... | כל | יצרן | לה | תנצ
4 עם | .....]ת | ימת | באחד | חר
5 פם | ... | יצד]ן | בן | הות | חרפן
6 ..... | ש]עבם | ידי | שׁרח
7 אל | .....]ם | המת | ימ
8 תן | דתנצעתן | ול | יצדן | שׁר
9 חאל | המת | ימתן | פאו | עקבה
10 ו | דרם | דרם | באחד | חרפם | ל
11 עדד | חרפנהן | לושׁפהמו | שׁמ
12 סם] | עבדה | שׁרחאל | ואדמה | בנ
13 י | בתע] | נעמתם | ואחללם | ו
14 ברי | אאד]נם | ומקימתם | וו
15 צע | צרהמו ו] | ושנאהמו | וכו
16 ן | דן | ותפן] | בורח | ...

Versus 1. Initio tituli licet supplere : | בן שרחאל | בתע | הקני | שׁמסם | בעלת | מיפע | ן | משׁנדן tit. 74 instar vel aliquid simile. — שׁמסם, sicut in multis hominum nominibus, habet *mîmationem*.

Versus 1-2. מיפע. Vide proœmium articuli. — בן | בתע | שׁרחאל. Bataʿensis nomine Šaraḥ'il in tit. 185 v. 1 quoque invenitur. Mordtmann et Müller opinantur auctorem tituli eumdem esse qui Šarâḥîl Dhû-Hamdân in Al-Hamdânî *Iklîl*, X, p. 11, nominatur.

Versus 3. Mordtmann in *Catalogo* addit והמדן. — כל «ut» est conjunctio arabico لِكَيْ respondens, sicut in Hal. 51, v. 15 et cum præpositione כל conferenda, de qua tit. 308 v. 14 occasione locuti sumus. — יצדן. Mordtmann et Müller ducunt hoc verbum a radice ציד et, freti arabico أَصْيَدَ «flectens cervicem (?)», interpretantur «adoraverunt». N. Rhodokanakis in *Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes*, XXVIII, p. 112, docet צד | ציד «venatus est venationem» in Gl. 797 et 1000 *b*, v. 7, occurrere et dubitat num יצדן illuc pertineat. Malumus יצדן a וצד trahere, quod, arabico وصد collato, explicamus «manere, se recludere, i. e. se segregare a mundo».

Versus 3-4. תנצעם «humiliatione» complet Mordtmann. Quinta forma verbi נצע hic tantum occurrit, quum prima forma frequens est, ut tit. 87 v. 10 occasione scripsimus. — ת terminatio numeri cujusque inter 3 et 10 esse potest. — ימת; vide tit. 540 v. 28 commentarium.

Versus 5. Littera *nûn* potest finis verbi יצדן esse.

Versus 6. עבם verisimiliter in שׁעבם complendum est. — ידי «manus». Si, ut Mordtmann et Müller opinantur, metaphorico sensu adhibetur, licet conjicere Šaraḥ'ilum semetipsum obsecrare, si votum non teneat, permittens cuivis tribui manus ipsius desecare.

Versus 8. דתנצעתן. Linea separationis post ת est omissa. — יצדן; vide v. 3.

Versus 9-11. חרפנהן | לעדד . . . עקבהו | פאו. Mordtmann et Müller verterunt עקבהו, collato arabico عَقِب, «posteri», sed tunc non intelligitur cur עקבהו | פאו non post שׁרחאל scriptum sit. Fortasse hæc verba sonant «vel iterationem ejus (temporis)», etsi suffixum המו expectandum fuisset, et חרפנהן | לעדד «pro ratione duorum annorum». Šaraḥ'il enim dicit se aliquot dies vel spatium temporis duplex pro binis annis se reclusurum esse. Mordtmann vertit : «aliquoties in uno anno pro numero horum duorum annorum», obscurum satis. Müller : «semel quotannis pro numero annorum», at חרפנהן non est pluralis, sed dualis. — דרם | דרם; vide

commentarium tit. 392 v. 8. — לעדד. Mordtmann et Müller animadvertunt lapicidam simul scripsisse ב et ע; ut videtur, jure לעדד legendum putant. Cum עדד alias non occurrente confer arabicum عَدَد «numerus». — לושפחמו. Mirare suffixum, quum objecta pars verbi explicite sequitur.

Versus 12-13. בתע | בני complent Mordtmann et Müller. — אחללם «bona»; vide tit. 78 v. 6 et 334 v. 22. Mordtmann notat contextum obstare ne «spolia» explicetur et comparat arabicum حَلَال et حِلَّة apud Wetztein, *Sprachliches aus den Zeltlagern der syrischen Wüste*, p. 53; cf. C. Landberg, *Ḥaḍramoût*, p. 555. — אאלנם | ברי; vide tit. 315 v. 20.

Versus 14-15. ושנאהמו | צרהמו | ונצע; cf. tit. 2 v. 17-18.

Versus 15-16. ותפן | לן | וכון a tit. 99 v. 11 mutuamur. Vide quæ ad tit. 380 v. 5 adnotavimus. Hic ותף videtur designare piam institutionem.

Vertimus nunc, nonnulla supplentes :

[Šaraḥ'il Bataʿensis consecravit Soli,
dominæ Maifaʿi, hanc inscriptionem]
1 *sicut jussit Šams, domina Ma-*
2 *ifaʿi, servum suum Šaraḥ'il Bataʿensem*
3 *. . . . . ut se recluderet ipsi humilia-*
4 *tione per . . . . .] dies in uno an-*
5 *no . . . . . et se reclude]ret ab isto anno.*
6 *Et desecet quævis tri]bus manus Šaraḥ-*
7 *'ili nisi observat per . .] hos di-*
8 *es hanc humiliationem. Et se recludat Šara-*
9 *ḥ'il per hos dies vel iterationem eo-*
10 *rum quotannis pro*
11 *numero binorum annorum, ut augeat Šam-*
12 *s] servum suum Šaraḥ'il et servos suos Ba-*
13 *taʿenses] felicitate et bonis et*
14 *plenitudine potestatum et de-*
15 *mittat hostem eorum et inimicum eorum. Et fu-*
16 *it hæc institutio] in mense . . . . . .*

ARTICULUS VII.

SOL ORIENTALIS.

In uno titulo sabæo nunc tractando, nempe B. N. 1, Soli epithetum משרקיתן «orientalis» tribuitur. Iterum in ḳatabânitico titulo Kallisperis, v. 5-6, videtur משרקיתן Solem designare, quanquam dea ipsa in v. 2-3 illic invocatur. Solem orientalem cum Venere oriente (vide capitis VIII articuli XIV proœmium) comparare licet.

572

B. N., 1.

(Tab. XXXI.)

Lapis a C. Schefer anno 1876 Bibliothecæ maximæ Parisiensi donatus, $0^m,12$ altus, $0^m,10$ latus, $0^m,09$ profundus, sex versus integros præbet, quorum quisque præter ultimum sedecim vel septemdecim litteras habet. In facie superiore sunt tres cavi ad figendam statuam idonei. Monumenti, cujus textus tit. 410 in mentem revocat, imaginem tabula trigesima prima exhibet.

De titulo egit H. Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites de la Bibliothèque nationale*, 1891, p. 10.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris transcripta :

1 ערבם | עבד | בן | הדרום
2 הקני | שמסהמו | משרק
3 יתן | צלמן | דהבן | ד
4 שפתהו | לופי | גרבהו
5 וופי | גרב | בנהו | רב
6 אום | וופי | בערהו

Versus 1. ערבם nomen inauditum, quod potest forma decurtata e ערבשמם (in tit. 40 v. 1) orta esse. — הדרום nomen gentis ignotum.

Versus 2-3. משרקיתן. Adjectivum משרקי jam in tit. 132 v. 2 occurrit; vide procemium articuli.

Versus 3-4. דשפתהו «quam promiserat». Hac interpretatione verbi שפת contextus in tit. 19 v. 9; 73 v. 7; 80 v. 7; 81 v. 2; 84 v. 2; 85 v. 4; 140 v. 11; 410 v. 5; Os. 29, v. 3 multo clarior fit. In El-Ola, v. 9, אשפת potest substantivum plurale esse «promissa» sonans. — גרבהו. Vide quæ ad tit. 407 v. 8 et 521 v. 5 adnotavimus.

Versus 5-6. רבאום in tit. 457 v. 1 jam reperitur; cf. nomina והבאום, סעדאום, רתאום, e quibus patet אום esse numinis nomen. — בערהו; vide quæ tit. 392 v. 7 occasione scripsimus.

Verte nunc, si lubet :

1 *ʿArb, servus filiorum Hadraxami,*
2 *consecravit Soli ipsorum orien-*
3 *tali statuam auream, quam*
4 *promiserat pro integritate corporis sui*
5 *et integritate corporis filii sui Rabb-*
6 *ʾawwami et integritate camelorum suorum.*

ARTICULUS VIII.

DEA SOL TANÛF, DOMINA GHAḌARÂNI.

In uno titulo, de quo nunc acturi sumus, Dea Sol cognomine Tanûf ornatur et domina Ghaḍarâni appellatur, quod epithetum in titulis 43 v. 3; 132 v. 3-4, et 180 v. 2-3, certo restituendum est et in tit. 375 v. 2, locum nominis deæ tenet. Tanûf jam ab E. Osiander explicatur «sublimis», collato arabico ظنف. Fortasse opponere licet nomen numinis תנן infra, in tit. 594 *bis* occurrens, quum תנף «se extollit» et תנן «se demittit» explicari possint, uno ad solem orientem, altero ad occidentem alludente. De loco Ghaḍarân in tit. 375 commentario jam locuti sumus.

573

Os., 31; Br. M., 32.

(Tab. XXXII.)

Titulus est inscriptus lapidi calcario $0^m,33$ alto, $0^m,53$ lato, $0^m,12$ profundo, qui in Museo Britannico servatur, et tenet sex versus, quorum quisque sex et triginta ad octo et triginta litteras habet. In primo versu litteræ sunt fractæ vel deletæ, sed eos restituere potuit M. Lambert; cf. H. Derenbourg, *The Himyaritic Inscription 32 of the British Museum*, in *The Babylonian and Oriental Record*, V (1891), p. 194. Glaser quoque in *Orientalistische Litteratur-Zeitung*, 1906, c. 136, dicit se in suo *Libro inscriptionum* inedito versum complevisse. Titulum vulgaverunt S. Birch et A. W. Franks, *Inscriptions in the Himyaritic Character*, 1863, n° 32.

De titulo egerunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XIX (1865), p. 261-269. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, 1874, II, p. 504-507; separatim excusum, p. 155-158.

Hæc leguntur :

1 [illegible]
2 𐩣𐩧𐩣𐩵𐩺𐩲𐩺 | 𐩣𐩵𐩲𐩣𐩺𐩵 | 𐩣𐩵𐩱𐩤 | 𐩵𐩣𐩲𐩤 | 𐩲𐩣𐩵 | 𐩺𐩧𐩵𐩧𐩺 | 𐩺𐩣
3 𐩺𐩧𐩲𐩣𐩤𐩺 | 𐩣𐩧𐩲𐩵 | 𐩣𐩵𐩧𐩤 | 𐩧𐩲𐩺𐩺 | 𐩺𐩱𐩧𐩧𐩲 | 𐩣𐩱𐩲𐩵𐩵
4 𐩲𐩺 | 𐩱𐩵𐩱𐩧𐩲𐩱𐩺 | 𐩱𐩣𐩣𐩵𐩵𐩵 | 𐩧𐩵𐩤 | 𐩺𐩱𐩧𐩣𐩧𐩲𐩺 | 𐩲𐩺 | 𐩺𐩱𐩧𐩣𐩲𐩱𐩺
5 𐩺𐩱𐩧𐩵𐩣𐩧𐩺 | 𐩺𐩱𐩧𐩵𐩱 | 𐩲𐩣 | 𐩣𐩵𐩧𐩵𐩺 | 𐩧𐩣𐩱𐩺 | 𐩧𐩵𐩧𐩺 | 𐩵𐩣𐩲𐩺 | 𐩧𐩱𐩺
6 𐩣𐩵𐩱𐩣 | 𐩵𐩲𐩲𐩣 | 𐩧𐩣𐩵 | 𐩺𐩱𐩧𐩵𐩵𐩱𐩺 | 𐩧𐩧𐩱𐩲𐩵𐩵𐩺 | 𐩵𐩧𐩱𐩲𐩵[𐩧𐩲𐩣

Quæ hebraicis litteris transcripta, restituto versu 1 :

1 נשאכרב | יהאמן | מלך | סבא | בן | דמרעלי | דרח | הק
2 ני | שמסהו | תנף | בעלת | עתרן | ארבעתן | ועשרנהן
3 אצלמן | לופיהמו | וופי | ביתן | סלחן | ואבעלהו

(Impressum mense augusto 1920.)

4 ומלכהמו ו ול | סעדהמו | ברי | אאדנם | ומקימתם | ול
5 וצע | ותבר | ומנע | ואחרן | כל | צרהמו | ושנאהמו
6 בעת]תר | ואלמקה | ובשמסהמו | תנף | בעלת | עצרן

Versus 1. נשאכרב .... לרח. Vide tit. 433 v. 1-2 commentarium.

Versus 2. שמסהו. Hic tantum habet שמס suffixum singulare, sed in v. 6 plurale. — תנף. Vide proœmium articuli. Cognomen ינף conferendum est, quod in Fr. 12, v. 1; 14, v. 1, etc. reperitur (Osiander).

Versus 2-3. ארבעתן | ועשרנהן אצלמן «has quatuor et viginti statuas». De forma עשרנהן vide quæ ad tit. 308 v. 3 numeri תלתנהן occasione scripsimus. Illic de triginta statuis agitur, quæ totidem stelas indicant. — ופיהמו. Suffixum verisimiliter ad Sabam, i. e. Sabæos refertur. — סלחן; vide tit. 289 v. 15; 308 v. 13; 429 v. 10. — אבעלהו tantum valet quantum בית | אבעל, quum suffixum הו ad ביתן referatur. De hac voce vide tit. 322 v. 1 et proœmium capitis XIX. Glaser in *Orientalistische Litteratur-Zeitung*, 1906, c. 136-138 censet אבעל designare capita familiarum, Winckler, *ibid.*, c. 146-147, cives liberos, quod probamus, quum hic de una domo agatur. Jam Halévy vertit «incolæ».

Versus 4. מלכהמו Osiander vertit «rex eorum», Halévy «possessores eorum, i. e. incolarum». Glaser, *o. c.*, c. 137, inter «possessio, dignitas, potestas, imperium» et «consilium» vel «consiliarii» (assyriacis *milku* et *malâku* collatis) dubius hæret. Primam interpretationem ejus probamus. Winckler quoque, *o. c.*, c. 146, interpretatur «possessiones», quod autem servos ut arabicum ملوك designare putat.

Versus 5. ותבר | וצע jam in tit. 2 v. 18 conjuncta reperiuntur. De תבר vide quæ tit. 419 v. 2 occasione locuti sumus. — מנע «amovere» in tit. 291 v. 3 et in tituli Br. M. a J. Halévy in *Revue sémitique*, 1908, p. 293, n° 1, editi v. 7 occurrit. — אחרן, infinitivus secundæ formæ (إِخَّار), rursus in Os. 35 = Br. M. 33, v. 1, reperitur; perfectum in minæis titulis Acad. 12, nunc Lupar. 5964, v. 4; Eut. 12, v. 4; 14, v. 4; Gl. 1062 = Vind. 10, v. 5, invenitur. Hæc forma significat «rejicere», quarta in tit. 81 v. 10 «differre»

Verte nunc, si lubet :

1 *Naša'karib Yuha'min, rex Sabæorum, filius Dhamar'alii Dharih, conse-*
2 *cravit Soli (deæ) suæ Tanûf, dominæ Ghaḍarâni, has quatuor et viginti*
3 *statuas pro integritate sua et integritate domus Salḥîni et dominorum ejus*
4 *et possessionum ipsorum, et pro concedenda plenitudine facultatum et potestatum et pro*
5 *demittendo et frangendo et amovendo et rejiciendo quovis hoste et inimico ipsorum.*
6 *Nomine 'Athtari et Ilmaḳahi et Solis ipsorum Tanûf, dominæ Ghaḍarâni.*

ARTICULUS IX.

DEÆ SOLES.

Auctores titulorum 40, 44, 339 *bis*, 440, 448 «Soles ipsorum» invocant, compluribus Solibus adoratis, quum Sol in diversis sacrariis colatur. Pristinos homines putavisse complures Soles esse. quod in diversis locis Sol appareat, non omnino abest.

CAPUT XXIII.

APPENDIX AD CAPITA ANTECEDENTIA.

